
3 1761 07833934 8

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R.P.D. JO. FRANCISCO FALZACAPPA

ARCHIEPISCOPO ATHENARUM

Prodierunt in Causis sub anno 1819.

PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, ac necessarius.

TOMUS LXXIX.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCCXX.

Typis Vincentii Poggioli Rev. Cam. Apost. Typographi

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sac. Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1819. per Diœceses dispositus.

A

B

C

F

J

L

M

FINIS.

Die Sabathi 16. Januarii 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA. In præterita Congregatione diei 19. Decembris elapsi anni hujus Causæ resolutio dilata fuit ad proximam. Iterum igitur proponitur Dubium *Sess. 23. Cap. 4. De Reform.*

An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis juxta modum, nempe facta obligatione in forma juris valida per Capitulum, seu Congregationem Ecclesiæ Illyricorum ad successores etiam extendenda (attenta utilitate acceptationis hæreditatis Giannini) quotannis celebrandi ad formam fundationis Ginnini tot Missas ad eleemosynam obulorum viginti, quot fructus percipi possent ad rationem scutorum quatuor in singula centum ex capitali scutorum 459.; nec non obligatis omnibus, et quibuscumque reditibus a singulis Canonicis ab Ecclesia quomodocumque percipiendis in casu deficientiæ donec erigantur Capellaniæ Giannini, pro facultate conficiendi multiplicum ex capitali fructifero ex bimestribus non solutis a R. C. A. efformato, et ex scutis 15. ab Ecclesiæ reditibus addendis quolibet anno donec conficiatur capitale scutorum 674., comprehenso capitali cum R. C. ut supra, pro Capellaniis investiendum, suspensis interim Missis, quæ ex fructibus scutorum 215. celebrandæ essent.

REATINA UNIONIS BENEFICIORUM QUOAD PARAECIAM SANCTI FLAVIANI. *Sess. 24. Cap. 13. De Reform.*

Dubia

I. *An, quomodo, et quae Beneficia sint unienda Paraeciae Sancti Flaviani in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedenda absolutio in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi Fioravanti, dimisso beneficio S. Pauli ad Nurum per Bullas.

Ad II. Affirmative ad cauthelam facto verbo cum SSmo, docto de adimplemento onerum.

Sess. 24. Cap. 13 De Reform.

REATINA UNIONIS BENEFICIORUM

Dubium

An, et quae beneficia unienda sint Paraeciae Pelliscriptae in casu etc.

Affirmative quoad beneficium S. Mariæ Gratiarum, et etiam alterius beneficii S. Antonii Patavini tantum reportato tamen consensu patronorum.

Sess. 23. cap. 18. De Reform.

POTENTINA NULLITATIS SACRORUM ORDINUM. Ex Neapolitanæ Ditionis Clericis tertius est Ascanius Siani, qui Nullitatis SS. Ordinum Litem instaurat. Non unius Subdiaconatus, sed et Diaconatus Sacri Ordinis nullitatem, ac Apostolicam dispensationem tum a continentiæ voto, tum ab aliis oneribus S. Ordinibus adnexis postulat.

In Civitate Potentiæ Ascanius Clericali Militiæ nomen dedit, anno autem 1797. ad Subdiaconatus, et 1798. Diaconatus SS. Ordines promotus fuit, vi ut ipse ait, et Sævitiis a Patre, et Fratre natu majore illatis. Fatuæ Libertatis defensorum, seu verius legitimæ Potestatis, ipsiusque Religionis inimicas phalanges sequutus e Patria migravit, ad annum usque 1804, quo ex Regis indulgentia ei Patriam remeare permissum fuit. Temporum calamitates S. Pontificis exilium incusans nonnisi mense Augusti anni 1816. post annos fere duodeviginti a susceptis Ordinibus facultatem imploravit sua jura experiundi, postquam scilicet tum Pater, tum Frater vitam cum morte commutaverant. Preces Potentino Episcopo illico ablegatæ fuerunt, cujus nedum exquisita sententia, sed et Processus Confectio ad formam *Const. S. M. Benedict.* 14. *Si datam* commissa fuit. Hæc est facti series quam fusius EE. PP. noscent ex impressa, et distributa a defensore Ascanii allegatione, nec non ex animadversionibus defensoris SS. Ordinum. Nunc itaque causa proponitur sub duplici dubiorum formula, quorum prima NULLITATEM susceptorum Ordinum altera DISPENSATIONEM a voto continentiæ respicit.

Quoad *primum dubium* Siani defensor leviter dumtaxat agit de nullitate S. Ordinis, omnesque vires ad dispensationem intendit. Nihilominus ad metum incussum, et vim probandam plures affert testium depositiones, ex quibus colligitur Ascanium a Sa-

cris suscipiendis Ordinibus omnino alienum fuisse, quapropter verbera, minasque exhæredationis, ac expulsionis a paterna domo perpessum fuisse; Frequentes hinc cum Patre, et altero fratre Antonio natu majore contentiones habuisse. Adhuc in minoribus Ordinibus constitutum Ecclesiastica Insignia pluries scidisse, pedibus protrivisse, paternam deseruisse domum ad propinquos in proximo commorantes Balii oppido confugiendo, mortemque potius sibi violenta manu inferre velle, quam Sacros suscipere Ordines. Eadem autem Ordinationis die tum ante, tum in ipso Sacræ Ordinationis momento plures referunt, eum audiisse dicentem se vel in præcipitem amnem conjicere, vel laqueo sese suspendere velle potius, quam Sacri Ordinis vinculis constringi. Addunt etiam ejusdem Patris sævitiis actum sequenti anno fuisse ad Diaconatum accedere, quin unquam divinum persolverit officium. Ex his Ascanii defensor concludit Oratorem reluctantem, et invitum fuisse attractum ad Sacros Ordines, ac proinde nullas esse hujusmodi ordinationes.

Defensor autem ex officio horum testium depositionibus haud fidendum esse contendit, quin imo, et processum insanabili nullitate laborare. Acta enim, quibus innititur querela, in plurimis peccant contra Benedictinam Constitutionem SI DATAM, cujus formam servari præscripsit Sacra Congregatio. Vult ibi S. Pontifex, ut legitimus conficiatur processus, in quo articuli exhibeantur ab Actore. Interrogatoria vero a defensore Sacrorum Ordinum dentur, et Testes debeant tam super articulis, quam super interrogatoriis hujusmodi examinari, secus nullitatis insanabili vitio corruant tum Processus, tum sententia. Jam vero articuli decem ab Ascanio producti fuere, et defensor Sacrorum Ordinum vix generica quædam dedit Interogatoria de patria, conditione, ætate, affinitate cum actore, haud sollicitus de *factis coactionis*, *tum antecedentibus*, *tum concomitantibus*, *tum subsequentibus Oratoris Ordinationem*, *de quibus omnibus exquirere* Testes debebat ex Sacræ Congregationis Rescripto; cum e contra eos examinari curaverit, *super iis solum articulis*, quæ Actor composuerat. Sorores, quæ examinari debebant tam super actoris articulis, quam super defensoris interrogatoriis, fuere dumtaxat rogatæ super quibusdam circum-

stantiis, et quæsitis ab uno Ascanio propositis. Addit præterea eos dumtaxat Testes auditos fuisse, quos Ascanius in notula exhibita selegerat, nullumque a Defensore Sacrorum Ordinum inductum fuisse ex officio Testem; inductos vero Testes adeo concordes fuisse, ut etiam aperte falsa asserere, et jurare non dubitaverint. Tandem Ascanium nulli *formali* subjectum fuisse constituto, quo vis, et metus circumstantiæ probari possent, et ipsius juramento confirmari. Ex his autem testibus nihil aliud desumi posse demonstrat nisi metum, et vim *conditionalem*, et *causativam*, quæ voluntatem non excludit, cum hæc licet coacta semper tamen adsit, ac proinde semper sit voluntas, non autem desumi posse metum, et vim *absolutam*, *et directam*, qua voluntas omnino tollitur, et consequenter non imprimitur caracther, prout unanimiter sentiunt Theologi, et Canonistæ. Nullo autem in pretio habendam dicit fidem triginta sex Concivium, qui ad vim adstruendam inducuntur, qui cum Testes extrajudiciales sint nequeunt legitimam constituere probationem in Causa, in qua probationes ex formali Processu tantum sunt desumendæ.

In II. dubio Sermo est de voto continentiæ, de quo magis sollictus est Siani Defensor cotendens a Theologis post longas controversias statutum fuisse, continentiæ votum ex Ecclesiæ disciplina Sacris Ordinibus inhærere, at non ita*essentialiter* ut ab iis et impresso Caracthere separari nequeat, si ob coactionem causativam, et conditionalem Ordinatus quis fuerit ut eruitur *ex Rota decis.* 870 *coram Emerix*; *et ex Sacra Congregatione in Parisien dispensat.* 25. *Jan.* 1721. in qua dispensatus fuit Diaconus Carolus Cœtlogon a voto continentiæ ob coactionem Causativam in Ordinatione perpessam. Idemque clare doceri ab eadem *Sacra Congregatione aliis omissis in Ramurcen. Dispensationis* 19. *Novembris anni* 1729., in qua reapse a continentiæ voto solutus fuit Subdiaconus simul et Canonic. Joannes Fraciscus Germain, qui conditionalem et causativam coactionem quoad Sacri Ordinis susceptionem demostravit. Cum autem et in præsenti Casu vera adsit conditionalis coactio Siani dispensandum esse a voto continentiæ autumat.

Defensor autem Sacrorum Ordinum negat votum continentiæ separari posse a Sacris Ordinibus, si impressus

sus est Caracther in Ordinatione, cum accessorium sequi debeat naturam principalis ex Canonistarum doctrina, quin suffragium afferri possit a coactione conditionali et causativa prout definivit Sacra Congratio *in Arelaten. dispensationis* 17. *Februarii* 1731. *Osnabragen. disp.* 15. *decembris* 1764., *in Neapolitana Ordinis Subdiaconatus* 21. *Septembris* 1816., *et Aversana Subdiaconatus* 21. *Februari* 1818., *in quibus omnibus* licet probaretur coactio conditionalis, et Causativa in Sacrorum Ordinum susceptione, attamen voto continentiæ Ordinatos teneri definivit Sacra Congregatio, quæ dispensationem ab hoc onere ipsis denegavit; Nulla proinde auctoritate fulciri decisionem 561. *coram Caesare de Crassis*, ejusque transcriptam sententiam in alia decisione 870. *coram Emerix*, cum obsoleta, et vetustissma sit. Quod si prodesset in destructionem solemnis voti continentiæ, deberet esse ille qui cadit *in fortem*, *et constantem virum*, præscriptosque a doctoribus Carectheres habere, quorum *alter* si deficiat levis metus habetur a doctoribus; In præsenti autem casu plures ex hisce Caractheribus conditionesque deficiunt. Addit relatas a diaconi defensore definitiones Sacræ Congregationis valde distare a præsenti casu. Nullimode denique dispensationi locum esse concludit, cum hæc inter *majores* adnumeretur *Causas*, pro qua dispensanda *gravissima* est opus causa sive *intrinseca* hæc sit a juris censura dimanans, sive *extrinseca* in Pontificiæ Potestatis plenitudine residens. *Intrinseca* causa nulla pro Diacono militat. Si vero de *extrinseca* Causa sermo sit hæc duplex esse potest dispensatio vel reditus ad Laicam comunionem firmo remanente voto Castitatis, et hanc Episcopus efflagitat dispensationem, cui ipse defensor Sacrorum Ordinum non obstat, vel dispensationis voti Castitatis, ut Matrimonium contrahat Orator, et hanc denegandum esse probat cum desit *publica Causa*.

Hisce

Hisce fusius in utraque allegatione perpensis respondere ea qua pollent sapientia poterunt EE.PP. dubiis, quæ proponuntur.

I. An constet de Nullitate Sacrorum Ordinum, in Casu etc.

Quatenus negative

II. An sit consulendum SSmo. pro dispensatione a voto continentiae, in Casu etc.

Ad I. Negatine, et Amplius

Ad II. Negative, et amplius

Ses. 25. Cap. 9. De Refovm.

ALBANEN. CANONICATUS, ET CAPELLANIAE. Supremis, quibus decessit, tabulis Felix Antonius Rotondi Loci, cui nomen *Marino*, Incola die 21 Martii Anni 1739. Canonicatum sub Invocatione SSmæ Virginis Rosarii in Collegiata ejusdem loci erigendum instituit, cujus Laicale activum jus patronatus reliquit suæ familiæ. Hanc præbendam Canonicalem iis omnibus frui voluit privilegiis, quæ in Brevi S. M. Urbani VIII. cæteris concessa fuere excepto jure nominandi, quod sibi, suisque reservavit. Ipse revera primus nominavit Laurentium Rotondi suum Patruelem, quo defuncto de successivo jure præsentandi hæc constituit = *Tal nomina vuole, e commanda esso Sig. Testatore, che Spetti alla Signora Lucrezia Rotondi moglie del Sig. Francesco Andreuzzi sua Sorella maggiore, ed in mancanza di essa al Sig. Barnaba Andreuzzi suo Figliuolo; Dopo di questo debba nominarsi dalla Sig. Veronica Vedova relitta dal qu. Barnaba Manfroni altra sua Sorella, ed in Mancanza della medesima alli Signori Domenico, ed Antonio Manfroni suoi figliuoli, e successivamente alla Signora Elisabetta Rotondi moglie del Sig. Andrea Betti altra sua Sorella, e dopo la morte della medesima alli Signori Ponziano, Maria Cecilia suoi Fi-*

Figliuoli, ed altri, che nasceranno della medesima in avvenire, e dopo tutti li sudetti nominati spetti detta nomina al Parente più prossimo perchè così ec. non altrimenti ec. nell' istesso modo, e forma, che tal jus *nominandi, e prestandi a tenore di detto Breve per gli altri Canonicati spetta all' Eccellentissima Casa Colonna* = .

In iisdem tabulis postquam bona constituit pro dote præfati Canonicatus jussit, ut ex sua hæreditate mille ac sexcenta scuta decerperentur, ex qua Summa Capellania in eadem Collegiata Ecclesia erigeretur, cujus nominationem primum Mariæ Cæciliæ suæ uxori reservavit, deinde vero jus istud, devolvi jussit *alle suddette Signore Sorelle nell' istesso modo, e forma, che si è specificato del Canonicato sudetto*.

Cum vero ex hac vita migrasset decimo quinto Kalendas Septembris anni 1817. Canonicus Jacobus Andreuzzi, vacavit tum Canonicatus, tum Capellania. Quæstio nunc inter patronos exorta est, ad quem jus præsentandi pertineat. Nedum enim tres Sorores, sed et eorum filii, qui a Testatore fuerant successive ut supra, vocati ad nominandum decessere: Supersunt tamen Nepotes. Etenim Linea *Veronicae* prorsus exaruit, defunctis Dominico, et Antonio ejus filiis sine prole. Ex linea alterius Sororis *Lucretiae* superest illius Nepos Dominicus Andreuzzi; ex linea, demum tertiæ Sororis *Elisabeth* extant Carolus Betti filius Pontiani, nec non Joanna, et Elisabeth filiæ Mariæ Cæciliæ omnes Nepotes. Questio nunc agitur inter Dominicum Andreuzzi nepotem Lucretiæ ex una parte, et Carolum Betti, Joanna, et Elisabeth de Mattia ex altera; quod clarius patebit ex Scchemate genealogico typis impresso, quod una cum allegatione distribuitur.

Vix enim decessit Canonicus Andreuzzi ad vacantem Canonicatum nominatus fuit a Dominico Andreuzzi primo quidem P. Nicolaus de Affile ex Cappuccinorum familia, postea Sacerdos Franciscus Ruzza, a Carolo vero Betti, ejusque consobrinis Joanna, et Elisabeth, ac Maria Cæcilia Betti præsentatus fuit Sacerdos Felix Quatrari nedum ad Canonicatum, sed et ad

vacantem Capellaniam. At Mitratus Marcni Abbas renuit Quatrario institutionem dare ob oppositionem Dominici Andreuzzi, donec lis super jure nominandi definiretur. Apposito hinc *nihil Transeat* in Episcopali Albanensi Curia Quatrarius ad SSmum confugit, de cujus precibus primum Emo Episcopo, deinde huic S. Congregationi ablegatis EE. Patruum judicium exquiritur distributa allegatione favore Quadrarii, cum Sacerdos Ruzza vadimonium deseruisse videatur.
Quatrari defensor ostendit in sua Allegatione, Fundatorem noluisse, ut post obitum Clerici Laurentii a se nominati juspatronatus activum in una Sororum linea perpetuo resideret, sed potius illud ad eas successive, earumque filios devolveretur, quibus mortuis voluit, ut ad proximiorem consanguineum spectaret nominatio. Et revera defuncto Laurentio Rotondi intitutus fuit in Cononicum simul, et Capellanum Jacobus Andreuzzi a filio Lucretiæ nominatus Ex testamentaria autem dispositione non ad nepotem Lucretiæ, sed ad alteram lineam Veronicæ Rotundi Maufroni, nisi defecisset, delatum fuisset, ob cujus tamen defectum in lineam Elisabeth Rotondi Betti translatum est. Hisce præjactis, cum Fundator simpliciter dixerit,jus nominandi transferri in proximiorem hujusce proximioris consanguinei nomine venit ille,qui non *testatori gravanti*, sed *personis gravatis* proximior est, ut docet *Peregrin. de fideicomiss. Art.* 12. *n.* 19. *verb. nec etiam Card. de Luc. eod. tit. disc.* 23. *n.* 4. *Valent de ultim. Volunt vol.* 12. *n.* 139. *et Rota passim, et praesertim in Reatina fideicomissi* 3. *Junii* 1726. §. *quatenus*, *et* 13. *Januarii* 1725. §. *et si coram Gamaches*. Proximiores autem personis gravatis sunt qui Quatrarium nominarunt, qui proinde instituendus est nedum ad Canonicatum, sed et ad Capellaniam, de cujus nominatione eadem præscripsit Testator, ac quæ de Canonicatu. Quod si Andreuzio competere jus patronatus activum diceretur, tunc *Saltuaria* in hoc jure successio admittenda esset ob ejus reditum in familiam Andreuzzi, quæ *saltuaria* successio semper est excludenda *juxta* Piton. *discept. Eccl.* 26. *num.* 18. *Rota decis.* 165. *num.* 1. *part.* 8. *recent.*, *et in Majoricen. Beneficii* 4. *Julii* 1696. §. *finali coram Card. Tre-*

moil-

moille, *et in Lunonen. Sarzanen. Juspatronatus* 1. *Febr.* 1715. §. *supraccedebat coram Card. Scotto*, in qua statuitur in quolibet dubio de vocatione ad juspatronatus saltuariam semper de una in alteram lineam successionem, ut pote odiosissimam, semper esse excludendam.

Addit deinde, quod si *proximior* ille intelligi velit ratione habita ad testatorem gravantem, certum in facto est ab hoc distare equo gradu tum Andreuzzi, tum Betti, ac Sorores de Mattia, quo in casu, cum quatuor sint nominantes Quatrari, Sacerdotis vero Ruzza unus tantum adversarius, ad Quatrarium attenta vocum in eodem gradu pluralitate pertinere institutionem, ex *Piton. de controv. Patronor. alleg.* 10. *num.* 6. *Vivian. de Jurepatronat lib.* 4. *cap.* 1., *et Rota passim*, ut videre est in *decis.* 51. *num.* 6. *cor. Riminaldo*. Quæ vocum pluralitas eo esset magis attendenda, si juspatronatus istud esset *familiare*, *ac gentilitium*, quo in casu cum voces Patronorum in capita, et non in stirpes numerandæ essent, quatuor ex una parte habentur pro Quatrario ex altera vero parte pro Ruzza Andreuzzi dumtaxat unica habetur vox. Concludit tandem, hunc ab omni jure decedisse *ex Rota dec.* 808. *num.* 8. *coram Cerro* cum *scienter non idoneum* nominaverit, videlicet Cappuccinum licet conditionem adjecisset alium nominandi si hic Apostolicam dispensationem obtinere nequivisset, et nominationem Sacerdotis Ruzza esse inutilem, utpote post quadrimestre factam ex *Piton. loc. cit. alleg.* 2. *num.* 3. 4., e contra Quatrarium tempore utili nominatum fuisse.

Licet autem ab Andreuzzi nominatus Sacerdos Ruzza vadimonium deseruisse videatur, nihilominus ut meo muneri satisfaciam rationum momenta breviter referam a Vicario Generali Albanensi Emo a Secretis Memorialium antequam causa S. huic Congregationi ablegaretur transmissa, quibus innixus Andreuzzi ad unum Canonicatum, minime vero ad Capellaniam primo quidem P. Nicolaum Affile, dein vero Sacerdotem Ruzza nominavit. Sibi itaque jus istud privative, et exclusis aliis consanguineis competere autumat ex Testatoris voluntate, qui hoc devolvi jussit ad proximio-

 rem

rem eodem modo, quo reliquorum Canonicatuum nominatio vigore Brevis Urbani VIII. spectat ad Excellentissimam familiam Columnam; in Brevi vero habetur postquam reservata fuerat Card. Hieronymo Columna Mareni Duci nominatio = *Ipso vero Hieronymo Card. vita functo seu dictae Terrae Duce amplius non existente ipsius terrae Duci pro tempore futuro quoad Abbatiam Canonicatus, et Capellanos* (jus præsentandi scilicet) *pariter perpetuo, concedimus, et assignamus* = At in familia Columna natu major in linea masculina, et gradu proximior jus habet nominandi, et præsentandi tamquam *dux pro tempore* dictæ Terræ; hinc sibi soli concludit competere jus istud *primo* quidem, quia descendens a Lucretia primo loco vocata, et velut filius Barnabæ secundo vocati; secundo autem quia ætate cæteris major, deinde suæ nominationi accedere duas Sorores Catharinam, et Bernardinam Andreuzzi asserit; et hisce de causis Abbas Mitratus Mareni recusavit institutionem Quatrario dare.

Vicarius autem generalis in sua Informatione missa ad laudatum Emum Secretarium Memorialium hæc habet = *Dal tutto insieme io debolmente inferisco doversi preferire la nomina fatta del Betti all' Oratore, a quella fatta da Andreuzzi al Ruzza per la ragione potissima, che sebbene i due nominati Betti, ed Andreuzzi siano in grado eguale di Parentela con Carlo Betti però si uniscono a nominare le di lui Cugine Giovanna, ed Elisabetta, e così vengono ad esser tre voti, quando che dall' altra parte vi è Andreuzzi solo. Valuto assai ancora la separazione, che Andreuzzi vuol fare del Canonicato dalla Cappellania, e ciò per cuoprire (dicesi) le distruzioni de Capitali della Cappellania temendo di essere in ciò scoperto, se conseguisce il Canonicato qualcuno nominato dal Betti, il qual timore, è più rimoto per parte di un nominato da lui. A tal fine vorebbe da se farne soddisfare le Messe. Una ragione di congruenza sarebbe ancora quella di non lasciare sempre la nomina in Casa Andreuzzi* Hæreditario modo, *ma di farla toccare qualche volta anche ad altro ramo della medesima Parentela in grado uguale come Betti, per tale confessato anche da Andreuzzi.*

Cum

Cum itaque in præsenti Causa agatur tum de Canonicatu, tum de Capellania, hæc omnia præ oculis habere dignentur EE. Patres, ut respondere possint Dubio

An, et cui sit danda Institutio in casu etc.

Affirmative favore Sacerdotis Quatrarii tam pro Canonicatu, quam pro Capellania.

PISANA REDUCTIONIS. Dum Pisanam Metropolitanam Ecclesiam regebat Archiepiscopus Franciscus Frosini plurium legatorum Missarum, quibus gravabatur illius Civitatis Capitulum, reductionem indulsit ad formam Sacri Concilii Romani, et juxta facultates eidem tributas ab S. hac Congregatione sub die 3. Julii 1728. Cum tamen labentibus annis impar hujusmodi oneribus licet reductis sese nosceret prædictum Capitulum preces SSmo iteravit, postulans et omissarum Missarum absolutionem, et novam in futurum earum reductionem. *Sess.*25. *Cap.*4. *De Reform.*

Postquam super Capituli instantia exquisita fuerat Archiepiscopi informatio, rem omnem ad diligentem trutinam revocavit Emus ac Rmus Dominus Cardinalis ab Auria in suo elucubratissimo voto, quod EE. Patribus subjicio.

„ Ad annum 1728. Canonici Ecclesiæ Pisanæ petiere reductionem „ *degli Uffizj*, *ed Uffiziature*, *alle quali* „ *sono tenuti annualmente*, *a cagione di essere mancanti*, *o in parte deteriorati i Fondi stati assegnati*, „ *e consegnati* = ex quibus liquet, tunc fundos extasse. (Differunt = *gli Uffizj*=ab=*Uffiziatura*= in „ eo dumtaxat, quod in *illis* præfinita dies est Sacrorum faciendorum, in *his* vero nequaquam præfinita, „ satisque est si intra anni circulum fiant). Archiepiscopus Frosini Apostolicus Delegatus omnibus accurate perpensis, auditisque Canonicis, Deputatis, „ reduxit non pauca = *Uffizj*, *ed Uffiziature*, *calcolan-*

„ *lando le Messe a scudi sessanta l' anno* = lege impo-
„ sita = *di fare le diligenze possibili , e lo stare attenti,*
„ *se si scoprissero alcune occasioni di potere ricupera-*
„ *re i Fondi perduti , e di esigere quel , che non hanno*
„ *potuto esigere ; ed in caso di ricuperarli , ed esigerli,*
„ *siano tenuti di accrescere il numero delle Messe a*
„ *proporzione* = , proptereaque inquit = *praesens re-*
„ *ductio non se extendat ad Missas praeteritas , quae*
„ *remanent celebrandae , sed tantum ad Missas cele-*
„ *brandas in futurum , et ideo consulant eorum con-*
„ *scientiae* .

Ex Actis Sac. Visitationis Canonici affirmant constare , oneribus hisce satisfactum esse usque ad annum 1809. Fatentur item ; „ *La nostra Sacristia dà l' elemosina manuale di un paolo per Messa tanto agli Uffizj ridot-*
„ *ti , che ai non ridotti , che sono baj.* 10. *Romani* =

Verum anno 1814. Capitulum novam reductionem postulavit , et absolutionem quod ad præteritum tempus spectat = *di cinque anni* = Preces commissæ fuerunt=
„ *Archiepiscopo pro informatione , et voto , et audito,*
„ *Capitulo , transmissa notula onerum ad formam re-*
„ *ductionis anni* 1728. : *et referat de legatis in specie ,*
„ *quorum deperdita sunt Capitalia , utrum sint , qui*
„ *cogi possint ad supplementum , aut quid retractum*
„ *fuerit ex locis Montium , de Missis inadimpletis quo-*
„ *ad praeteritum , et impotentia supplendi* = Archiepi-
„ scopus transmisit = *tabellam a tribus Canonicis de-*
„ *putatis scrupulose duorum annorum labore redactam,*
„ *in qua cum Missarum numerus , tum reditus cujus-*
„ *libet Legati exhibentur etc. , atque indicato singulo-*
„ *rum Capitalium calculo , quorum aliqua ex Locis*
„ *Montium usque modo infructuosa omnino remanent ;*
„ *alia vero jamdiu deperdita recuperari nullo modo va-*
„ *lent ac alia demum incerta putantur , nequaquam*
„ *dictis oneribus expresse , et certe destinata* = De
„ incertis Fundis profitentur Canonici , = *potrebbero*
„ *questi essere tuttora nella Massa dei beni Capitolari ,*
„ *ma potrebbero anche almeno in parte esser periti .* =
„ Onera partim ex contractu , partim ex Testamento
„ scatere asseverant .

„ Placuit vobis, Emi Patres, rem mihi committere , ut
„ meam Sententiam aperirem . Diu multumque operi

ma-

„ manus admovi præsertim, in perlustranda tabel-
„ la a Capitulo transmissa, quæ in longius ducta
„ est, et calculos innumeros præsefert. Susceptum
„ tamen munus explere nequaquam potui, quum aliis
„ Caussa indigeret monumentis. Hæc idcirco petii a
„ R. P. D. Secretario, qui idcirco iterum rem commi-
„ sit = eidem Archiepiscopo pro nova informatione,
„ audito Capitulo transmissa Notula onerum ad for-
„ mam respectivarum fundationum, actis reductionis
„ Episcopi Frosini, aliisque documentis ad rem facienti
„ bus, et perquisitis libris, Tabellis, et Sacrarum Visita-
„ tionum Decretis, distincte referat de oneribus, quæ
„ certum habent fundum, eorumque annuo reditu,
„ de eleemosyna manuali, et perpetua ad monetam
„ Romanam, utrum reditus Oratoris culpa decreve-
„ rint, aut sint, qui de jure cogi possint ad supple-
„ mentum, et de peractis judicialibus diligentiis ad
„ recuperandos census deperditos, quo vero ad one-
„ ra, et Legata, quæ incertum habent fundum, re-
„ ferat de illius origine, an constet fundum Capitu-
„ lo fuisse traditum, et de illius erogatione, et cujus
„ culpa in totum, *vel in parte perierit* = In altera =
„ *Informatione* Archiepiscopus hæc retulit: *Singulis*
„ *Anniversariis, et Officiaturis, de quibus in preci-*
„ *bus agitur, tot Missas applicare, et adsignare sibi*
„ *proponunt Canonici quot ad normam Indulti Benedi-*
„ *cti XIII. pro unoquoque anniversario, sive Of-*
„ *ficiatura certi reditus modo habentur. Pro his*
„ *vero Legatis, quorum fundi in praesenti incer-*
„ *tum est, utrum a Capitulo possideantur, Mis-*
„ *sarum 342. onus singulis annis cum unita respectiva*
„ *Fundatorum commemoratione sibi ultro assumerent:*
„ *Unde sane omnis exhauriretur reditus Capitulo ipsi*
„ *obveniens ex Fundis, quae nullam praeseferunt de-*
„ *terminatam, et certam destinationem . . . .*
„ *Notitiis autem, quae a Sacra Congregatione denuo*
„ *sunt requisitae sub die 20. elapsi mensis Septembris*
„ *satisfactum iri puto per alteram hic pariter adjunctam*
„ *Canonicorum relationem . . . . . Quod si per plures*
„ *antea annos juxta istam reductionem adimpleta sunt,*
„ *non sine subsidiario auxilio hoc factum est alterius*
„ *Capituli Thesauri, qui pro Choralibus distributioni-*
„ *bus distinctus habetur, quique ob temporum vi-*
„ *cissitudines ne sufficiens quidem modo esse potest,*

ut

„ *ut suum cuique Canonico pro quotidianis labori-*
„ *bus emolumentum ex eo tribuatur* . . . .
„ *Nova vero Canonicorum responsio ad quaesita quam*
„ *Archiepiscopus transmittit, et probat, ita se habet* =

1. De oneribus quae certum habent fundum.

2. Eorumque annuo reditu.

Essendo questi obblighi in numero considerabile, è convenuto farne una nota a parte, ove per maggior schiarimento si è posto a Scudi, e bajocchi Romani quel Fondo, che a ciascheduno di essi oggi rimane certo, e così l'annua rendita, notando pure di ciascheduno l'origine. Quasi tutti hanno una porzione di fondo incerta, perchè ad onta delle diligenze fatte, non può rinvenirsene l'attuale esistenza, ed altre porzioni di questi fondi si conosce essere intieramente perite . . . .

3. De Eleemosyna manuali, et perpetua ad monetam Romanam.

3. *Monsig. Arcivescovo Frosini ridusse ad un numero minore di Messe i predetti Offizj, ed Offiziature, tassandone l'elemosina perpetua a norma dell' Indulto della S. M. di Benedetto XIII. in Lire una ~~~ 2. d. 4. moneta Toscana, che sono baj. sedici, e* ¾ *Romani. La nostra Sagrestia poi dà l'elemosina manuale di un paolo per Messa tanto agli Offizj ridotti, che ai non ridotti, che sono baj.* 10. *Romani*.

4. An reditus Oratorum culpa decreverint.

4. *Le rendite non sono perite per colpa degli Oratori viventi. Pei trapassati non possiamo starne garanti, e perciò ricorriamo alla clemenza di Sua Santità, onde ottenere una intiera quiete, se qualche danno fosse derivato per loro incuria.*

5. An sint qui de jure possint cogi ad supplementum:

5. *Crediamo pressochè impossibile il verificare oggi, se vi siano persone tenute a rifondere il vuoto di questi Obblighi. Li Fondi sono perduti per la diminuzione de' Luoghi di Monte, e per essere falliti i Debitori.*

6. Et de peractis judicialibus diligentiis ad recuperandos Census deperditos.

6. *Risulta dai Libri del Capitolo, che alcune diligenze giudiciarie sono state fatte in addietro, ma è inutile, e disastrosissimo il tentarlo ad esso, giacchè, secondo la presente Legislazione, gravissime sono le spese, che si richiedono. Gli Articoli, di cui si tratta, sono ormai vulnerati dal lasso del tempo, onde le spese, e le diligenze sarebbero senza effetto, e ne verrebbe la conseguenza di aggravare maggiormente la Cassa dei Legati in modo da non potere neppure adempirli in quella parte, che adempire si possano presentemente.*

Quo vero ad onera et Legata, quae incertum habent fundum referat similiter.

7. De illius origine.

7. *Se n'è formata la nota, ove di ciascuno si riferisce l'origine.*

8. *Si*

8. *Si esprime a ciascuno Offizio in detta Nota.*
9. *Si è espresso per quanto potevasi in detta Nota, e nel prospetto citato di sopra.*
10. *Si risponde come al numero 4.*

Qui pure aggiungiamo la Nota contenente l'ammontare dei Fondi incerti delle Uffiziature.

11. *Risultano esattamente dal Prospetto da noi formato sotto il dì 27. Aprile 1817., ove si trovano la Nota delle Messe arretrate, e tutte le distinzioni, ed osservazioni necessarie sullo Stato attuale di questi oblighi, e dei Fondi del Capitolo.*
12. *Si trasmette la Copia autentica del Decreto di essa riduzione.*
13. *Dagli Atti della Sagra Visita risulta, che questi oblighi venivano soddisfatti. E realmente era così perchè in quell' Epoca anteriore allo Stabilimento in Toscana del Governo Francese del 1808. le circostanze del Capitolo erano più felici, ed adempiva anche agli obblighi deficienti di Fondo, ciò che da quel tempo in poi non ha potuto più fare attese le gravi perdite sofferte. Da quell' epoca incominciò l'arretrato delle Messe, che và sempre più gradatamente crescendo.*

Il Decreto di riduzione di Monsig. Arcivescovo Frosini contesta un deperimento di Fondi fin d'allora accaduto, che realmente però era in una maggior estensione.

E da osservarsi, che molti di questi Fondi erano impiegati a censo, i quali restituiti sono stati impiegati in Beni Stabili. Davano perciò una rendita maggiore di quella, che possano somministrare i Beni, creandosi anticamente i Censi anche all' otto per cento, rendita allora stimata lecita per la scarsità della moneta.

8. *An constet fundum Capitulo fuisse traditum.*
9. *De illius erogatione.*
10. *Et cujus culpa in totum, vel in partem perierint.*
11. *Precesque ipsas transmittet una cum Notula onerum ad formam respectivarum Fundationum.*
12. *Actis reductionis Episcopi Frosini,*
13. *Et perquisitis Libris Tabellis, et Sacrarum Visitationum Decretis.*

„ Hisce præmissis, tria EE. VV. Dubia proponuntur.
„ Primo quæritur, an sit locus reductioni onerum
„ Missarum, quæ vocant = *Uffizj, ed Uffiziature* ju-
„ xta defectum redituum = *da verificarsi dall'Ordina-*
„ *rio a forma della Bolla di Benedetto XIII. di S. M.*
„ Porro reductio postulatur magna ex parte de Mis-
„ sarum oneribus ab Episcopo Frosini jam reductis,
„ atque insuper de nondum redactis. Certe *aliquot*
„ Fundos interiisse, vel fructum minorem parere, si-
„ gnificant Canonici in Tabella transmissa, sed mi-
„ nime probant nominatim, et distincte, *singulos*

„ *quos*.

„ *quosque Fundos*, quos, vel periisse, vel infru-
„ ctuosos evasisse conqueruntur, fuisse *taxative* a
„ Fundatore designatos. De *aliquot* enim Fundis *ta-*
„ *xativa* hæc qualitas indicatur, non ita vero de
„ *quibusdam aliis*, qui *nimis generalitar* enunciantur.
„ Quæ cum ita sint, arbitror concedendam in præsen-
„ tia reductionem non fore, nisi pro iis Missarum
„ oneribus, quorum Fundi *taxative* destinati post
„ decretum Episcopi Frosini absque ulla possessoris
„ culpa *vere perierint* vel *imminuti fuerint*, dummo-
„ do alia non suppetant bona vel personæ, quæ sup-
„ plere teneantur, ut statuit Sacra Congregatio *in Se-*
„ *nogallien. Legati diei* 16. *Junii* 1779. *in Fossanen.*
„ *Reductionis Missarum diei* 29. *Januarii* 1791., *et*
„ *in Vallisoletana diei* 17. *Augusti* 1793. et dummodo
„ eleemosyna manualis pro omnibus oneribus re-
„ præsentetur: quoniam haud ostendunt Canoni-
„ ci, *majorem eleemosynam a Fundatoribus* consti-
„ tutam fuisse. Dixi *pro omnibus oneribus*, nempe
„ qua redactis, qua non redactis ab Archiepiscopo
„ Frosini. Etsi enim iste priorem reductionem tri-
„ buerit juxta Benedictinam; tamen aperte profite-
„ tur Capitulum = *La nostra Sagrestia dà l'elemosina*
„ *manuale di un paolo per Messa TANTO AGLI*
„ *UFFIZJ RIDOTTI, CHE NON RIDOTTI* =
„ Iniquum ergo esset, ut lucraretur = *La Sagrestia* =
„ percipiendo Missarum stipendium juxta Benedicti-
„ nam, dum vix solvit manualem Sacrum facienti
„ Presbytero. Præterea statuta hoc pacto minori sti-
„ pe augebitur numerus missarum celebrandarum, ut
„ quisque videt. *Vere* autem *deperditos* intelligo fundos
„ illos, qui post reductionem ab eo Archiepiscopo pera-
„ ctam, periere, ita ut non amplius existant, *vere infru-*
„ *ctuosos* habeo illos, qui post eam reductionem non
„ amplius reddunt fructum, quem antea ferebant. (*Post*
„ reductionem, inquam, ab Archiepiscopo Frosini
„ factam. Etenim quidquid studiose, diligen-
„ terque decrevit hic Apostolicus Delegatus fir-
„ mum remanere debet præter eleemosynæ taxam ad
„ formam *Benedictinae Constitutionis*, quæ taxa ad
„ manualem redigenda est pro omnibus oneribus ut
„ modo innui). Nequaquam ergo inter fundos *ve-*
re

„ *re deperditos et vere infructuosos* locum sibi vin-
„ dicant ii de, quibus ex. gr. in Tabella vulgo *Pro*
„ *getto pag.*37. ajunt Canonici dubitanter = *è tutto*
„ *in incerto l'impiego, ed esistenza del Fondo: L'Uf-*
„ *fizio però si trova sinora eseguito* = Porro Ar-
„ chiepiscopo Frosini, dum reductionem attribuit,
„ certe indicatus fuit Fundus; Loquitur enim in
„ suo Decreto de Fundis dumtaxat = *stati asse-*
„ *gnati, e consegnati* = nec certe postmodum satis-
„ factum oneri fuisset, si Fundus haud extaret.
„ Item in eadem Tabella a Canonicis concinnata
„ *pag.* 36. scribitur pro missarum Fundo = *Scudi*
„ 50. *dati a Censo sono perduti:* = Atqui ne ver-
„ bum quidem additur de curis adhibitis pro *as-*
„ *sociatione* ad Censitum Fundum adipiscenda. Pa-
„ riter debitor quispiam tum in ea, tum in alia
„ quavis Tabellæ parte dicitur = *decotto* = At ne-
„ quaquam mentio fit de indicto Creditorum con-
„ cursu, deque adhibitis diligentis omnibus judicia-
„ riis, ut Capitulum ex toto, vel ex parte fundum
„ vindicaret; quas diligentias adhiberi omnino De-
„ legatus Apostolicus jussit. Nec sat est illud quod
„ ait Capitulum = *alcune diligenze giudiziali sono*
„ *state fatte in addietro* = Siquidem hæc mera as-
„ sertio est, nullis probationum monumentis in-
„ nixa. Accedit ut *generica* sit hæc assertio; Nam-
„ que ne indigitatur quidem dies, qua inchoacta judi-
„ cia illa sint, non judex, *non* Species actorum.
„ Cæterum nec sat esset actio *instituta*, nec diligen-
„ tiæ = *alcune* = Necesse enim erat prosequi judi-
„ cium ad exitum usque. Neque pariter juvat il-
„ lud, quod Canonici innuunt = „ *è inutile, o disa-*
„ *strosissimo il tentarlo adesso giacchè gravissime so-*
„ *no le spese, che si richiedono* =. Actum es-
„ set de Patrimonio quolibet, si hujusmodi ratio exi-
„ meret Administratores, præsertim Caussarum Piarum
„ a juribus Ecclesiarum tuendis. Insuper in *pa-*
„ *gin.* 38. ejusdem Tabellæ *dubia* hæc prostant ver-
„ ba = *furono impiegati nel Banco Riccardi, e non*
„ *se ne sà l'esito, si crede che il detto Banco sia fal-*
„ *lito* = Sane per vocabulum = *si crede* - quod nil
„ asserit, probatque nihil, fundi *vera* jactura neu-
„ tiquam probatur. Par est ratio tot aliorum Fun-
„ dorum, qui ita in eadem Tabella passim hac

C illac

„ illac enunciantur ; = *Non si trova ove siano sta-*
„ *ti impiegati = non se ne sà l' esito = incerto l' im-*
„ *piego , ed esistenza = era impiegato a Censo , si*
„ *crede restituito al Capitolo , ed ora non se ne sa*
„ *l' esito = non si sa dove sia impiegato = non si tro-*
va ove esistono = Hæ aliæquæ sexcentæ assertiones ,
„ et quidem dubiæ pares esse nequeunt , ut Fundus
„ censeatur *vere* amissus , proptereaque oneris pe-
remptioni locus fiat .

„ Atque hic prætermittendum non est = *che i Cano-*
„ *nici non avendo conosciuta la precisa destinazione*
„ *di tutti i Fondi del Capitolo ; hanno descritti in*
„ *una Nota particolare i Capitali , di cui s' ignora*
„ *una tale determinata destinazione , i quali , detrat-*
„ *to l' Orto alleviato al Sig. Faugier , riconosciuto*
„ *ora già destinato per le distribuzioni del Canonica-*
„ *to Mezzanotte , formano l' annuo reddito di Li-*
„ *re 382. 2. 4. sul Capitale di sc. 1530. e perchè di*
„ *diversi Legati Pii non si sono rintracciati alcuni*
„ *Capitali , che in Origine ad essi appartenevano , i*
„ *Canonici hanno notato ancora nella suddetta Ta-*
„ *bella dei Capitali da essi chiamati incerti , es sendo*
„ *incerto se più esistano , i quali per tutti gli Uffi-*
„ *zj ed Uffiziature ascendono alla Somma di Lire*
„ 2020. 8. 2. sc. 311. 13. *e per quiete di loro coscien-*
„ *za hanno convenuto di buona voglia , che anche il*
„ *suddetto annuo reddito di Lire* 582. , 2. 7. sc. 89.
„ 64. 3. *possa applicarsi annualmente alla celebrazio-*
„ *ne di Messe* 342. *quante risultano sul calcolo della*
„ *Benedettina* =

„ Destinentur utique, per me licet, *in genere* hujusmo-
„ di fundi Sacris faciendis, non autem *in specie* quod
„ attinet ad numerum Sacrorum . Nempe haud 342,
„ tantum Missæ ex illorum redditu erunt celebran-
„ dæ juxta Benedictinam sed numero plures , quot-
„ quot scilicet celebrari poterunt eleemosyna ma-
„ nuali , ut non ita pridem constitui . Quum vero
„ Missæ ex fructibus horum fundorum celebrandæ
„ minime compleant onerum numerum , ita existi-
„ mo Canonici se *non reperisse* fundos , qui initio
„ oneribus istis fuerant adscripti , asseverant , et vix
„ ajunt = *potrebbero esser periti* = Age vero super =
„ *un possibile* = collocanda certe non est Missarum
„ reductio . Nemo animo imbibet, Delegatum Fro-
„ sini , qui audiit Canonicos a se Deputatos , et vi-
dit

„ dit *quanto fu da vedersi* = et consideravit = *quanto fù da considerarsi* (ceu ait in suo decreto)
„ declaravisse *vigentia onera sine fundo* . Aut ergo
„ iste extitit, (prout extasse reor ; de fundis enim
„ verba facit tantummodo = assegnati, e consegnati =) aut ni existebat amplius , id contigit fortasse *ob culpam* Capituli , quod distraxerat fundum
„ et loco pretium in vestimento collocandi reliquerat istud in *Massa Capitulari* , proinde hæc
„ *Massa* oneri missarum adstringebatur. Huç spectat
„ casus hodiernus . Profitetur Capitulum - *Dagli atti della Sagra Visita risulta , che questi Obblighi venivano soddisfatti in quell' epoca anteriore allo stabilimento in Toscana del Governo Francese del* 1808.
„ Jam vero ex Fundis quos Capitulum se hodie =
„ *non ritrovare* = asseverat, ne unum quidem post
„ annum 1808.*periisse* demonstrat. Quamobrem Fundus vel extasse dicendus est ad annum usque 1808.
„ vel si eo non extante, nihilominus Massa Capitularis oneri satis faciebat, perspicuum est satis fecisse , quia ea obligata Canonicis visa est . Itaque
„ etiam nunc satisfacere pergat , donec Canonici reddant rationem Fundorum illorum ; qui minime
„ *vere periere* minime *fructum minorem* gignunt ,
„ sed solummodo asseritur de illis *non si trovano*
„ Capitulum fundos illos a Legati Pii Fundatore recepit , ceu et Episcopus Frosini probavit in suo
„ decreto , et Capitulum non inficiatur . Ergo de
„ iis rationem reddat oportet , Neque enim Fundi
„ in auras abire possunt. Saltem memoriæ proditum esset terræ hiatu vel igne prædia absumpta
„ vel aliud hujus generis infortunium cæteros fundos perpessos fuisse . Quod si eos Capitulum distraxit , pretiumque investimento collocavit , hoc
„ investimentum suffectum est in primi Fundi locum , proindeque in Sacra erogetur. Si pretium
„ investimento non collocavit Capitulum (ut ex.
„ gr. *in pag.* 36. *Tabellae = il Fondo di scudi* 100.
„ *che era impiegato a Censo si crede restituito al Capitolo , ed ora non se ne sa l' esito* =) ergo
„ extat adhuc in Massa Capitulari , quæ proinde
„ Sacrorum onere alligata est. Cæterum jugulat Canonicos confessio ; quam semiaperto ore emittere debuere = *Potrebbero questi* (*Fondi*) *esser*

„ *tuttora nella Massa dei Beni Capitolari* = Donec
„ ergo non probent liquido Fundos *non esse* in Mas-
„ sa, hæc onus Missarum sustineat omnino.
„ Frustra hodie Canonici clamitant = *Le rendite non*
„ *sono perite per colpa degli Oratori viventi; Pei tra-*
„ *passati non possiamo starne garanti, e perciò ricor-*
„ *riamo alla Clemenza di Sua Santità, onde ottenere*
„ *una intiera quiete, se qualche danno fosse derivato*
„ *per loro incuria* = Probent enim Canonici, Fun-
„ dos *culpa Auctorum perisse vere*, indigitantes *qui*
„ nam Fundus esset, et *quomodo* perierit post annum
„ 1808. Id non probant, quamquam de minime lon-
„ go, sed proximo temporis intervallo res sit: ergo
„ *culpa* eorum jugiter manet. Nam *integros* sibi su-
„ munt reditus Massæ, licet Fundos Missarum in eis
„ admixtos esse posse fateantur, et licet eas celebra-
„ rint ipsimet usque ad annum 1808. Itaque perpe-
„ ram nunc recusant id, quod ex eorum confessio-
„ ne, et facto perenni emergit. Culpa sane non ca-
„ ret, qui utitur, fruitur bonis Ecclesiæ, quæ Missa-
„ rum onere premi graviter timet, quas idcirco usque
„ ad annum 1808. celebravit, quin docere queat ul-
„ lam *posteriorem Fundi calamitatem, aut ruinam*.
„ At enim testatur hodiernus Archiepiscopus = *Vires*
„ *Capituli adeo imminutas esse, ut deperditis Spolio-*
„ *rum aliorumque proventuum reditibus, impar omni-*
„ *no sit dicta Legata integro satisfacere, quae in pri-*
„ *ma eorumdem reductione non bene videntur ad tru-*
„ *tinam stabilita* - Perperam. Gratis siquidem dicitur
„ Delegatus Apostolicus Frosini *non bene ad trutinam*
„ reductionem stabiliisse. Quandoquidem reductio-
„ nem impertitus fuit = *degli Uffizi; e Uffiziature a*
„ *ragione di esser maneanti, o in parte deteriorati i*
„ *Fondi stati assegnati, e consegnati* = Hanc reductio-
„ nem impertitus est = *vista la relazione fatta dai Si-*
„ *gnori Canonici Gio. Battista Poggesi, Clemente Ma-*
„ *ria Frosini, e Giuseppe Maria Ruschi da sua Si-*
„ *gnoria Illma, e Rma a tal effetto deputati con quan-*
„ *to in essa ec.* = Reductionem impertitus est = *visto*
„ *quanto fù da vedersi, e considerato quanto fù da*
„ *considerarsi* =: Reductionem impertitus est apposi-
„ tis = *espresse condizioni, e dichiarazioni, che se*
„ *mai per tempo alcuno si ricuperassero o in tutto, o*
„ *in parte li Fondi, debbansi a proporzione accrescere*

le

„ *le Messe* = ; Item = *di fare le diligenze possibili*, *e*
„ *stare attenti*, *se si scuoprissero altre occasioni di po-*
„ *tere ricuperare li Fondi perduti*, *e di esigere quel-*
„ *lo*, *che per tanti anni non hanno mai potuto esigge-*
„ *re*, *come si riconosce dalla relazione dei suddetti*
„ *Deputati*, *ed in caso di ricuperarli*, *e di esigerli*,
„ *sieno tenuti di accrescere il numero delle Messe* =.
„ Tandem quoad præteritum spectat, statuit, ut Ca-
„ nonici = *consulerent eorum conscientiae*. = *Quae cum*
„ *ita* sint, cumque tam præcise, et accurate decre-
„ tum reductionis tulerit Antistes Frosini magno ani-
„ mo opus est, ut *hodie primum* asseratur, eam =
„ *non bene videri ad trutinam stabilitam* = præsertim
„ postquam usque ad annum 1808. sive per annos
„ amplius 80. eam tranquille servarunt Canonici.
„ Nonne potius hi interrogandi essent, utrum paruc-
„ rint conditionibus in eo decreto adjectis, adhibue-
„ rintque rite diligentias, quas Episcopus ille adhi-
„ beri mandavit = *di ricuperare i Fondi perduti*, *e di*
„ *esigere quello*, *che per tanti anni non hanno potuto*
„ *esigere?*

„ Gratis pariter asseritur. *Vires Capituli imminutas esse*,
„ *ut impar sit dicta Legata integre satisfacere* =. Ne-
„ cesse enim esset transmittere ad Sac. Congregatio-
„ nem *Statum activum*, *et passivum Capituli ipsius*.
„ Hic autem nondum transmissus fuit; Latet pror-
„ sus qui sit Capituli Census, et in qua summa; vix
„ annuæ scutor. 91. enunciantur expensæ inter quas
„ miratus sum poni = *Messe Conventuali spettanti al*
„ *Capitolo scudi* 15. =, quando neminem fugit, *Mis-*
„ *sam Conventualem generatim* stipendio præcipuo
„ haud donari, cum illa sit proprium Capituli ipsius
„ onus. Idcirco si placuerit EE. VV. præcipere, ut
„ *activus hic passivusque status transmittatur*, ante-
„ quam quidquam definiatis, non abnuam. Nam-
„ que tunc melius, judicabunt EE. VV. utrum ali-
„ qua reductio danda sit, atque utrum potius *alia*
„ *onera*, quam *Missae* reducendæ sint; sive quod
„ idem utrum Massa Capitularis, in qua gravis suspi-
„ cio est immixtos esse Missarum Fundos, quos se
„ extra Massam *non reperire* Canonici dictitant, te-
„ neatur ex suis reditibus, primo Missas celebrare, et
„ deinde alia onera sustinere. Namque tritum est,
„ Missarum Sacrificia cœteris Legatis Piis præponenda

esse

„ esse, quemadmodum tradit *Polit. de legatis Dis-*
„ *sert. 109. n. 7. ad 12. Anostaz de Caussis Piis lib. 2.*
„ *cap. 6. num. 12. et Benedict. XIV. de Synodo lib. 13.*
„ *cap. ult. num. 23.* Hisce præmissis jam liquet, quæ
„ mea sit de *priore Dubio Sententia*. Nulla in præ-
„ senti concedatur eorum Sacrorum reductio, qui-
„ bus obnoxii sunt Fundi, quos Capitulum ait, *se*
„ *non reperire*, et qui tamen = *potrebbero essere nel-*
„ *la Massa Capitolare* = Neque enim *vere periere* aut
„ imminuti sunt ii Fundi, quos gravia argumenta
„ suadent = *essere nella Massa Capitolare* = Redu-
„ cantur ergo solummodo Missæ illæ, quarum *taxa-*
„ *tivi* Fundi innotescunt, et qui tamen *vere*, *et pro-*
„ *priae* perierint ex toto vel ex parte, aut *reapse* fru-
„ ctuum acturam passi sint. Qui tamen erunt hi
„ Fundi *taxativi?* Qui Missarum numerus inde hau-
„ riendus? Id præcise haud potui eruere ex Tabella,
„ seu = *Prospetto* = Canonicorum. Poterunt ergo EE.
„ VV. hanc Provinciam Episcopo dare, qui nume-
„ rum præfiniat harum Missarum, quæ ad *Manua-*
„ *lem* tamen, non vero ad *Benedictinam* celebrentur;
„ iisdem insuper Legibus, quas præscripsit Episcopus
„ Frosini.

„ Hæc de primo *Dubio*. Jam ad *alterum* progredior, in
„ quo Capitulum *absolutionem* pro tempore *praeterito*
„ efflagitat. Omissæ sunt ad annum usque 1817. 2243
„ Missæ lectæ, et 17. cantatæ. Canonici vellent so-
„ las 1000. celebrare intra quinquennium, videlicet
„ 200. in annos singulos. Autumarem absolutionem
„ impertiendam fore *pro medietate tantum*, sive pro
„ Missis 1121, et una cum cantu cum interventu to-
„ tius Capituli pro omnibus omissionibus.

„ Pauca de *tertio*, Capitulum absolutionem postulat =
„ *per qualunque parte sia potuta venire la dificenza o*
„ *sia da Testamento, o da contratto, o da negligente*
„ *amministrazione* = Responderem *affirmative pro ar-*
„ *bitrio, et conscentia Episcopi, adhibitis per Canoni-*
„ *cos diligentiis de recuperando, et in omnibus esse*
„ *consulendum Sanctissimo* „.

Dubia proponuntur

I. *An, quae, et super quibus legatis concedenda sit reductio in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedenda absolutio quoad Mis-*

Missas non celebratas usque ad annum 1817. in casu etc.

III *An, et quomodo concedenda sit Sanatio et absolutio quoad acceptationem et Administrationem legatorum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad taxam S. Concilii Romani pro omnibus Legatis, quorum absque culpa Capituli vel deperditi sunt fundi, vel diminuti redditus post reductionem obtentam a Præsule Frosini arbitrio et conscientia Archiepiscopi; in reliquis ex hactanus deductis negative juxta votum Emi Relatoris.

Ad II. Affirmative celebratis unica missa cum cantu, et interventu totius Capituli · et aliis missis mille lectis intra quinquennium facto verbo cum SSmo.

Ad III. Affirmative juxta votum Emi Relatoris, et ad D. Secretarium cum SSmo.

BRICTINORIEN. COLLEGIATAE. *Sess.24.Cap.12 de Reform.*

In Congregatione diei 12. Julii 1817. proposita fuit hæc Causa sub quatuor Dubiorum formula nimirum.

I. *An in exequutionem Rescripti diei 16. Martii 1816 Canonici Collegiatae S. Mariae in Burgo Civitellae compellendi sint ad servitium Chori et applicationem Missae Conventualis et aliarum Missarum ex legatis in casu etc.*

II. *An iidem Canonici teneantur per contributum ad expensas pro Ecclesia juxta solitum in casu etc.*

III. *An iidem Canonici teneantur per turnum celebrare Missam ad Auroram, et Meridiem in casu etc.*

IV. *An procedendum sit servatis servandis ad collationem Praebendae Theologalis in casu ec.*

Responsum dederunt EE. PP. = *Ad I. Affirmative in omnibus, et ad Mentem: Mens est, ut Episcopus, durante necessitate ob diminutum numerum Canonicorum indulgeat, Missas cum Cantu celebrari sine assistentia Diaconi, et Subdiaconi, et cogat juris, et facti remediis ad nominationem Vacantium Canonicatuum.*

Ad II. III. et IV. Affirmative.

Novo interim provisa Pastore Ecclesia Brictinoriensi nihil ille intentatum reliquit, ut S. hujus Congregationis Rescripta executioni committeret, utque Canoni-

cos

cos Renuentes primum suasionibus, ac dein etiam Pastorali auctoritate ad debita revocaret Officia: At omnia in irritum cesserre, ita ut exceptis Archipresbytero, et Canonicis Personali, et Golfarelli, cæteri Canonici nec suasionibus flecti nec Ecclesiasticis pœnis commoveri datum est. Interea cum ob defectum Missæ per turnum celebrandæ ad Auroram, et Meridiem sæpe sæpius Populus in diebus festis præcepto audiendi Missam satisfacere nequiret; Episcopus Edictum tulit quo omnes Sacerdotes, etiam qui Canonicatu non potiebantur, cogebantur per turnum prædictam Missam celebrare, indicta pœna suspensionis ipso facto incurrendæ. At dolendum, et quam maxime dolendum est, quod nonnulli ex Canonicis, et alii Sacerdotes ita Episcopi mandatis obedire detrectaverint, ut etiam post incursam pœnam suspensionis publice celebraverint Missam non sine gravi Populi Scandalo; alii in spretum et fraudem legis oppidum Civitellæ deseruerint, seseque ad vicinas paræcias contulerint, atque interea iterum iterumque Populus Missa in diebus Festis privatur.

Nec prætercundum est, Theologalem præbendam adhuc vacare, quia Clericus Galbetti, qui ad illam fuerat a Patronis nominatus, deposito Clericali abitu adhuc extra diœcesim vagatur, quin Patroni licet legaliter ab Episcopo moniti ad novam devenerint nominationem.

Hæc omnia facilius cognoscere poterunt EE. PP. ex duabus Litteris Episcopi, quas eorum oculis seorsim subjicere necessarium duco, ut reasumpto folio diei 14. Junii 1817. deliberare queant.

Dubia

I. *An et quomodo sit procedendum contra Canonicos, aliosque presbyteros, qui post incursam suspensionem publice celebrarunt in casu ec.*

II. *An et quomodo si procedendum contra alios, qui in fraudem Edicti ab Episcopo lati ab Opido Civitellae recesserunt in casu ec.*

III. *An et quomodo sit providendum executioni rescriptorum S. Congregationis in casu ec.*

Ad I. Esse declarandos Irregulares servatis, servandis, et relegandos in Conventu Regularium strictioris observantiæ ad dispositionem S. Congregationis.

Ad

Ad II. Præfixo termino ad redeundum in loco domicilii procedat contra contumaces ad formam SS. Canonum, et imposita redentibus aliqua salutari pœnitentia arbitrio Episcopi.

Ad III. Ad Eminentissimum Præfectum cum SSmo juxta mentem.

SANCTI SEVERINI CAPELLANIARUM.

Ultimo cum quo decessit elogio die decima Julii 1657: Severinus Semprebeni postquam Nepotes suos hæredes universales instituerat, iis omnino deficientibus inuniversa hæreditate substituit = *L' Altare Maggiore della Chiesa di S. Lorenzo della Città di Sanseverino sotto il titolo, e vocabolo di S. Lorenzo con l'infrascritte Condizioni* = nimirum ut binæ Capellaniæ ad nutum amovibiles erigerentur, binique propterea Capellani nominarentur ultra sex, qui jam eodem in Templo Emi Cardinalis pro tempore Abbatis sumptibus Sacra exercebant. Capellanorum nominationem eidem Emo Abbati ejusque Vicario pro tempore tribuit; annua deinde scuta *quadraginta* unicuique ex dictis Capellanis assignavit ab ejus hereditate desumenda, espresse tamen jussit = *che l'Eminentissimo Abbate di detta Chiesa, ed in sua assenza il Vicario residente che debba eleggere, e deputare due Cappellani oltre alli sei che vi sono di presente in detta Chiesa AD NUTUM quali siano obligati officiare detta Chiesa* = voluitque ut hi Capellani essent Sacerdotes, ac Cives Semptempedanæ Civitatis. *Sess. 2. cap. 6. Sess. 23. cap. 18. de Reform.*

Anno 1690. vita functis neptibus ab eodem Testatore contemplatis, primum binorum Capellanorum nominatio locum habuit eamdem Abbatiam de eo tempore, fruente Emo cl. mem. Cardinali De Alteriis, qui ad tramites Semprebreni dispositionum binos Sacerdotes *Semptempedanos* nominavit, veluti ad ultimum usque statum servatum est. Neque hinc præterire debemus quod Emus ille Abbas Commendatarius ea in occasione Capellanis nominatis integram Semprebeni hæreditatem cessit, ejusque administrationem ipsismet reliquit, ea lege adjecta, ut omnibus oneribus pro æquali ab ipsis satisfactis, quibus hæreditas illa præmebatur, reliquum inter ipsos divideretur, quod usque ad postrema nostra tempora continuatum fuit, unde sequitur non fuisse Semprebeni hæ-

reditatem cum bonis Abbatiæ S. Laurentii coacervatam, neque aliud Eños Abbates, quam Capellanorum nominationem retinere voluisse.

Cum vero anno 1763. vigore Bullæ Apostolicæ Sa. Me. Bened. XIV. quæ incipit = *Supremi Pastoris* = Abbatialis illius Cleri S. Laurentii suppressio, et cum Cathedrali Ecclesia S. Severini incorporatio præordinata fuisset, in S. Laurentii Templo Canonici, et Capitulum Septempedanum translatum est; atque ita Capellanorum Semprebeni, aliorumque qui ab Emo Commendatario stipendia recipiebant, cum Canonicis, et Capitulo unum corpus factum est. Triennio tantum immutatio illa perduravit, quo elapso Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium definitionibus, Canonici, et Capitulum denuo ad antiquam Cathedralem Ecclesiam S. Severini redierunt. Duo vero Capellani Semprebeni usque ad annum 1812. in quo diem obiere supremum, Cathedrali Ecclesiæ inservierunt: qua de re Ecclesia S. Laurentii suo viduata clero penitus remansit, ut habetur ex Episcopi relatione. Hæc fortasse fuit causa, cur illa ab Eminentissimo Commendatario tunc Cardinali Marefoschi Monacis Cisterciensibus fuerit concessa, ad quorum instantiam anno 1778. Pius VI. S. M. Litteris Apostolicis = *Docet nos* = talem cessionem non modo probavit; verum etiam sancivit, ut octo Capellaniæ S. Laurentii, quæ erant liberæ collationis Abbatis Commendatarii, et quæ vigore Litterarum Apostolicarum Benedicti XIV. Cathedrali erant adjunctæ, Mensæ Monasticæ Cisterciensium copularentur,

Elapsis temporibus Gallicæ invasionis, ut de omnibus aliis Ecclesiasticis reditibus contigit, ita etiam a Demanio occupatæ fuerunt Semprebeni Capellaniæ. Rebus postea compositis, Canonici, et Capitulum Septempedanæ Civitatis Pontifici Max. preces dederunt, ut attento errore in Litteris suprad. obvento, ac attenta necessitate pro Chorali adsistentia binæ illæ Capellaniæ Semprebeni, uti usque ad annum 1812. observatum fuit, eidem Cathedrali Ecclesiæ S. Severini unirentur, piaque Testatoris voluntas exequeretur, ita ut Eminentissimus Abbas Commendatarius S. E. R. Cardinalis de Petro ad illorum nominationem ad tramites dictæ Testatoris dispositionis deveniret.

Pre-

Preces SSmus huic S. Congregationi remisit *cum omnibus facultatibus*, et *cum clausula de aperitone oris*. Hinc rogatus Emus Cardinalis Abbas Commendatarius, ut audito Procuratore Generali Ordinis Cisterciensium, et transmissa Bulla S. M. Pii VI. instrueret, ac suum votum aperiret, nec non postulata est Informatio ab Episcopo, ut etiam audito Capitulo transmitteret fundationem.

Apprime S. Congregationis votis uterque obsecundavit, iisque omnibus expletis, quæ eidem commissa fuere, signanter transmisso Cisterciensium Ordinis Procuratoris Generalis responso *unanimi voce* Emus ille Abbas, et Episcopus Septempedanus Canonicorum, et Capituli supplicationibus adhærendum esse sentierunt.

Certissimi juris est denegandam esse Litterarum Apostolicarum exequtionem, ubi constet qui eas obtinuit aut minus vera narrasse, aut fraudolenter reticuisse, quæ erant exponenda, ita ut Litteræ obreptitiæ, et subreptitiæ comperiantur, veluti post *Text. in Cap. si in Capitulo ibique Gloss. in verb. exequatur de concess. praebend. in 6. docent Lotter de re benefic. lib. 2. quaest. 8. n. 102., et seq. Rigant. ad Regul. Cancel. 42. n. 158. et Rota Romana cor. Emo Rusconi in Macera-ten. aperit. Oris 27. Junii 1805. §. 5. e 7. 8. et in Veliterna Praelaturae de Bargis super aperitione Oris* 5. Julii 1805. *§. 4. cor. R. P. D. Serlupi*. Cum itaque Summo Pontifici Pio VI. expositum reperiatur, octo Capellanias in Ecclesia S. Laurentii in Doliolo constitutas ad Eminentissimum Commendatarium pertinere = *ad liberam dispositionem Abbatis Commendatarii* = veluti in citata bulla perlegitur; qua de re omnibus illis octo Capellaniis Eminentissimum Abbatem Commendatarium stipendium dare Summus ille Pontifex autumavit; et cum reticitum eidem fuisset binas Semprebeni Capellanias ex Testatoris dispositione particularem habere dotationem, distinctisque reditibus Capellanos perfrui, et pariter silentio obtectum, binos Cives Semptempedanos solummodo ad Capellanias illas Testatorem nuncupasse, *e debbano essere Sacerdoti, e Cittadini della Città di S. Severino* = simulque Summus Pontifex ignoraverit, *che le nominazioni di essi* (voluit Testator) *siano riserbate all' Eminentissimo Abbate di detta Chiesa*, o *suo Vicario ec. quali ab-*

 bi-

biano la facoltà di rimoverli senza licenza , e senza alcuna superiorità , videtur itaque Literas Apostolicas a Cisterciensibus obtentas obreptionis , et subreptionis vitio laborasse, quia si Summus ille Pontifex scivisset dispositionem Testatoris vocantis solummodo Cives S. Severini , omnis adest præsumptio quod nunquam in *tertii* præjudicium, gratiam signasset , ut *Sacra Rota* respondit in *Maceraten. aperitionis Oris* 17. *Junii* 1805, §. 5. *cor. Eminentissimo Rusconi* .

Quid si Monaci essent Septempedani , nunquam tamen Capellaniis illis frui posse videntur , tum quia Testator non *Monacos* , *sed Sacerdotes* vocavit, et quidem *Cives* ; tum quia cum hic agatur de Beneficiis , sive Capellaniis sæcularibus , certissimum est ex Sacris Canonibus Beneficia Secularia Regularibus, nec Regularia Sæcularibus concedi posse *Text. express. in Can. Cum Causam* 27. *de elect. ec. et Card. De Luca de benefic. dis.* 75. *num.* 19. *Rigant, in Reg.* 43. *Cancell. num.* 25, *et Rota cor. Seraph. decis.* 1165. *num.* 12.

Si vero dicatur dispensationem Monacos obtinuisse vigore Literarum Apostolicarum, res in idem reincideret ; nam si illæ fuerint obreptitiæ , et subreptitiæ, dispensatio illis inhærens tamquam haud concessa censeri deberetur .

Nemo etiam ignorat, quod, ut pia cujuscumque Fundatoris voluntas suspensa , aut ablata remaneat Summi Pontificis derogatio accedat opus est. Sed in Litteris Apostolicis hæc non habetur , quod etiam probare videtur Fundatoris Semprebeni dispositionem Monacos illos Cistercienses Sacratissimo Principi reticuisse.

Sed e contra Procurator Generalis Monacorum Cisterciensium nihil reticitum asserit quod exprimi necessarium foret , additque = *che non vi è alcuna ragione , che provi essere queste due Cappellanie di altra natura , subito che sono state erette pel medesimo oggetto di officiare la Chiesa Abbaziale di S. Lorenzo* = Non idem tamen sentit Emus Abbas , qui ait = *Significare debeo duas Capellanias a Severino Semprebeni fundatas non mihi videri ejusdem esse generis , et naturae cum sex aliis Cappellaniis antea erectis in Ecclesia Abbatiali S. Laurentii ejusdem Civitatis Septempedanae. Nam sese istarum eretio debetur Abbatibus Commendatariis, eorumque opera facta est: contra vero duae*

il

illae primo dictae Capellaniae fundatae, ac primo, illae dictae Cappellaniae fundatae, ac dotatae sunt ex bonis haereditatis supra memorati Severini Semprebeni, et Abbas Commendatarius nullum aliud jus habuit unquam vel acquisivit, nisi illud nominandi singulis vicibus = unde concludit. *Certe quidem Procurator Generalis Ordinis Cisterciensis a me requisitus controversiam Monasterii sui jus tueri curavit contendendo praedictas duas Capellanias Semprebeni ejusdem naturae, et conditionis esse cum aliis sex supramemoratis, sed cum argumentum nullum satis validum assertioni suae comprobandae in medium protulerit, hinc in Sententiam ejus descendere nullatenus possum; Cum haec omnia clare deducantur exactis, cumque rationi apprime consona mihi videtur instantia, seu postulatio Capituli Cathedralis S. Severini, idcirco in ea sum Sententia, quam EE. VV. uti aequitati conformem probatam in confido, videlicet quod a me, tanquam Abbate Commendatario, procedatur modo ad nominandos duos novos Capellanos Semprebeni, qui possint Servitium debitum saepedictae Cathedrali prestare, periculum hac ratione removendo, ne divinus cultus in eadem Ecclesia diminuatur.*

Dubium proponitur

An, et quomodo sit locus nominationi duorum Capellanorum ad formam fundationis, seu potius obstent Litterae Apostolicae in forma Brevis S. M. Pii Sexti in casu ec.

Non. proposita cum sequen.

PISANA LEGATI. Supremis Tabulis diei 14. Maii 1558. Sebastianus Amorosi de oppido Buti, reliquit jure Legati, et *pro remedio animae suae* (ut ipsius Testatoris verbis utar) = *Fratribus, et Conventui S.* *Sess. . Cap. de Reform.*
„ *Francisci de Vico Pisano Libras quatuor Olei de Oliva*
„ *puri ad pondus grossum dandas, et solvendas eisdem*
„ *Fratribus, et Conventui per suos haeredes anno sin-*
„ *gulo in perpetuum de mense Februarii in Villa Buti,*
„ *ut dicti Fratres possent, et valerent lampadas eorum*
„ *Ecclesiae coram altare in honorem Sanctissimi Cor-*
„ *poris Christi accensas retinere, cum hoc tamen one-*
„ *re, quod dicti Fratres tamquam Executores sui Te-*

sta-

„ stamenti tenerentur curare annuatim quod omnia et „ singula legata ac contenta, et disposita in praedicto suo Testamento per suos Haeredes observarentur, et ad „ effectum demandarentur. =

Item ordino, et dispongo (sic prosequitur Testator) *et sic gravo infrascriptos meos haeredes, quod statim post mortem meam teneantur, et debeant praesens meum Testamentum elevari facere in Carta edina subscriptum manu Notarii infrascripti pro dando, et relaxando in manibus Fratrum S. Francisci de Vico Pisano pro tempore existentium penes seipsos retinendum, aggravando insuper suos haeredes semel in anno ad libitum dictorum Fratruum, ad reddendum computum, seu computa dictis Fratribus de Observantia Legatorum, et aliorum contentorum in dicto suo Testamento, prout ordinatum, et institutum a se fuerat, et Casu quo dicti Fratres deficerent semel in anno revidere computa dictis suis Haeredibus, quoad observantiam Legatorum, et aliorum contentorum in dicto suo Testamento, tali casu voluntatem suam expressit, quod dicti Fratres intelligerentur, et essent privati nunc pro tunc de dictis Libris quatuor olei, ut supra eis et dicto Conventui relictis per annos tres, et noluit in casu praedicto, quod dicti sui Haeredes per dictum tempus ad aliquod dictis Fratribus, et Conventui dandum, vel solvendum, et tot Vices, et supra intelligendos esse privatos declaravit, quot deficerent in praedictis de anno, in anno.* Ita habetur in particula Testamenti, quam facilioris studii gratia per extensum referendam duxi.

Bona ad dicti Legati adimplementum destinata possidentur jam ab anno 1683. permutationis titulo a Familia Tonini de predicto Oppido Buti, ac Præsens Possessor, et Orator Antonius Tonini quærit ab hac *S.* Congregatione, an post dissolutionem dicti Conventus perseveret nec ne obligatio a Testatore imposita de dicto Oleo quotannis præstando.

Præmittendum est id, quod de statu Conventus Legatarii refert Archiepiscopus in sua Informatione. Ait siquidem = *Conventus Fratrum Min. Conventus S. Francisci de Vico Pisano desertus omnino, ac destitutus Principis jussu remansit jam ab anno* 1782., *et ad praesens ad usus prophanos una cum Ecclesia partim conversus,*

par-

partimque pene dirutus est, ita ut nullomodo possit ad pristinum statum revocari. = Cum itaque nec Conventus nec Ecclesia amplius existant, cujus intuitu Testator legatum scripserat, ut nimirum ipsius Fratres possent, et valerent Lampadas in eorum Ecclesia accensas retinere; hinc putat Toninus adjici amplius non posse ad annuam Olei præstationem quia Legatum etiam ad pias Causas relictum sub conditione suspensiva Caducum fit, et hæredi accrescit si conditio non adimpleatur; *juxta sententiam Abbat. Consil.* 27. *per totum lib.* 1. *et Camarel. de Legatis lib. quaest.* 7. *n.* 2. Correspectivum præterea Legatum dicit ad opus aliquod præstandum, nimirum ad vigilantiam, quam d. Fratres adstringuntur pro Testamenti executione, et annua computorum revisione sub pœna privationis d. Legati, quin ad aliam Ecclesiam, sive Conventum ejusdem Legati emolumentum transferri possit. Si itaque memoratumLegatum reputandum sit Conditionale,pro Caducatione militare videtur vulgata juris Censura, juxta quam Legatum, et quævis alia, quantumvis pia, dispositio ex voluntatis defectu corruere dicitur, ubi contigit, Conditionem sub qua, idem Legatum, aut dispositio concepta fuit, quoque modo deficere; per *Text, express. in Leg. si Legat. leg.aliquando ff. de Condit. et demonstr. leg. quod pure ff., quando dies Legati Cod. leg. si pecuniam ff.si cert. petat,in Movius* §. 4. *de ann. Legat. et in leg. cum in ann.* 11. *ff. eodem, et sic definivit S. haec Congregatio in Civitatis Castellanae Legati* 27. *Septembris* 1738.

Ast bona olim hypothecata favore Legati transeunt cum eodem onere ad tertios, et quartos possessores, et primævam retinent hypothecam *Cenc.de Censib.quaest.* 98. *num.* 14. *Rot. cor. Molin. decis.* 487. Revera Oratoris auctores, et ipsemet Orator semper Legatum olei adimpleverunt favore PP. de Vico Pisano.

Præterea est perpendendum quid adjiciat favor ipse Causæ Piæ ut etiam in quolibet dubio Legatum perpetuum dicatur *Card. de Luca de legat. discurs.* 33. *num.*6. *Tieraquell. de Caus pia privil. num.* 1. *Rot. divers. dec.* 140. *num.* 2. *part.* 2. maxime si Testator pro suæ animæ expiatione Legatum scripserit *Amostaz de Caus. Piis lib.* 1. *Cap.* 13. *num.* 17. *Ciarlin. discept. Forens.*

Cap.

Cap. 7. num. 10., *et S. Congregatio in Cesenat. Legati 22. Martii 1766.*

Animadvertendum insuper est, quod licet desit Conventus, et Ecclesia Francisci de Vicopisano, habetur tamen, uti animadvertit Archiepiscopus, ad decem milliaria in Civitate Pisarum ejusdem Instituti Conventus, et Ecclesia S. Francisci de Ferris nuncupati; a cujus Fratribus ea omnia commode impleri possunt, quæ pro annua Computorum redditione a Testatore præscripta inveniuntur, ipsis proinde Fratribus, et Conventui prædicti Olei solutionem faciendum esse existimat Archiepiscopus, ut ita Testatoris adimpleatur voluntas. Præterea Fratres Ecclesiæ S. Francisci de Vico Pisano nulla succenseri possunt culpa, si eorum Conventus ad usus prophanos conversus fuit, ac dirutus, id namque evenit jussu, et facto Principis, ac proinde deficiente dolo, et culpa caducum non sit legatum *Rot. cor. Molin. decis.* 523. *num.* 4.

Quod si videbitur EE. Patribus legatum adhuc deberi et præstandum esse alteri viciniori Conventui cum iisdem conditionibus a Testatore præscriptis, ut meminit Archiepiscopus; In hoc Casu *duo* postulat Orator, nimirum *condonationem* quoad præteritum scilicet ab Anno 1782. quo contigit Conventus profanatio, ac cessavit Legati præstatio, unde suam, suarumque bonam fidem educere putat; nec non *reductionem* quoad futurum ob suæ rei familiaris angustias, et ob augmentum onerum, quibus bona legato obnoxia modo gravantur.

Dubia proponuntur.

I. *An Orator teneatur ad praestationem legati in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit concedenda absolutio quoad praestationes non factas ab anno* 1782. *in casu etc.*

III. *An sit concedenda reductio quoad futurum in casu etc.*

Die Sabathi 13. Februarii 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SANCTI SEVERINI CAPELLANIARUM

Sess. 2. cap. 6. de Ref.

Dub. *An, et quomodo sit locus nominationi duorum Capellanorum ad formam fundationis, seu potius obstent litterae Apostolicae in forma Brevis S. M. Pii Sexti in casu. etc.*

Affirmative ad primam partem juxta votum Emi Abatis, negative ad secundam.

PISANA LEGATI

Sess. 25. cap. 4. et 5. de Ref.

Dub. I *An Orator teneatur ad praestationem legati in casu etc.*

Et quatenus Affirmative

II. *An sit concedenda absolutio quoad praestationes non-factas ab anno 1782. in casu etc.*

III. *An sit concedenda reductio quoad futurum in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative juxta votum Archiepiscopi
Ad II. Affirmative facto verbo cum Smo.
Ad III. Negative.

Sess. 25. cap. 4. de Ref.

ROMANA. Felix Amadori Testamento quod, condidit die 1. Februarii 1639. postquam Franciscum fratrem suum hæredem ex asse nuncupaverat, perpetuo instituto Fideicommisso, vocationis compendio donavit „ *il più prossimo mio parente della mia Casa Amadori, il quale sia dottore di legge, ed in età di celebrar Messa, e questo mio Parente voglio, che prima di pigliar la mia eredità sia Sacerdote, e celebri Messa, e dopo, che avrà celebrata Messa, si metta in Prelatura* „ Quod si aliquando exaruisset „ *la linea de' miei Parenti* „ quos omnes ad successionem vocabat, repetita tertio quoque verbo conditione „ *che sia dottore di legge, e Sacerdote, ed entri in Prelatura* „ tunc ne unquam deficeret insigne pietatis opus, quo viduis, pupillis, aliisque egenis tutamen, ac defensionem paraverat, jussit „ *che Monsignore Illustrissimo Decano della Ruota nomini due Soggetti dottori Gentiluomini Fiorentini, o dello Stato del Gran Duca, e che questi si esaminino in piena Ruota, e quello sarà giudicato dagl' Illustrissimi altri Auditori di detta Ruota più idoneo, e miglior dottore succeda nella mia eredità come sopra, facendosi subito Sacerdote, e mettendosi in prelatura, e pigliando il mio Casato* „ Voluit insuper, ut eadem servata methodo, alter in lege doctor eligeretur, qui esset, vel statim Sacerdos fieret, quique Auditoris munere penes Præsulem hæredem fungeretur; nec non inter Causarum Patronos unus nominaretur nuncupatus „ *Sollecitatore* „. Tum Præsuli pro tempore, tum Auditori, tum Patrono onus imposuit „ *di patrocinare, e difendere tutte, e singole liti civili di qualsivoglia sorte, di Vedove, Pupilli, Orfane, e povere Persone di qualsivoglia nazione, che avranno da litigare in Roma* „ atque insuper, *che il sudetto Monsignore, ed anche il suo Uditore per se medesimi, e non per interposta Persona, eccetto però il caso d'infermità, celebrino due Messe almeno per ciascuno ogni settimana* „ et ne Præsul hæres aliis distractus curis, Pauperum Causarum patrocinium negligeret, plura cavit, indicta pri-

va-

vationis pœna, ac præsertim „ *non tenga appresso, e in detta Casa mia, dove esso abiterà, alcun suo Parente, nè donne sotto qualsivoglia pretesto, ancorchè di malattia* „

Universæ hæreditatis administrationem concredidit Piæ Congregationi S. Hieronymi, ejusque Eminentissimum Protectorem enixe rogavit, ut curaret „ *che la mia volontà sia appieno eseguita in benefizio di tante povere Persone, e se vi fosse cosa alcuna dubbia, voglio, che sua Eminenza possa dichiararla nel modo, che più le parerà per utile di quest' opera, e che questa dichiarazione sia eseguita, come se io l'avessi specificata in questo Testamento* =

Haud longo annorum circulo Testatoris Conjunctorum exaruit genus; Nam defuncto Francisco primo universali hærede, successit tantum Ugulinus Amadori, qui suæ Agnationis propagandæ Causa a S. M. Innocentio X. gratiam obtinuit fruendi Testatoris hæreditate in statu etiam Conjugali, obsignatis in id Apostolicis litteris. Eo vita defuncto sine liberis jus nominandi S. Rotæ Tribunali concessum initium habuit; et usque in hanc diem juxta Fundatoris legem servatum est.

Cum vero initio anteacti Sæculi imminuti essent reditus hæreditatis Amadori sententia Congregationis Particularis a S. M. Clemente XI. deputatæ sub die 8. Octobris 1717. definitum fuit = *stante diminutione redituum dictae haereditatis D. Advocato Jacobo Lanfredino per S. Rotae Auditorium ad hujus haereditatis successionem praeelecto citra ullam obligationem assumendi gradum Praelatitium assignanda fore annua scuta* 872.

Hic tamen Lanfredinius assumpto Praelatitio gradu hujus Sacrae Congregationis Secretarii munere functus est ad annum usque 1731. quo ad S. Purpuram est evectus.

Plura sunt exempla, quibus probatur, Summos Pontifices derogasse favore Nominatorum oneri ascendendi ad S. Presbyteratus Ordinem, et celebrandi Missas per seipsos, quemadmodum a S. M. Pio VI. indultum fuit Præsuli Grisolino, qui exeunte anno 1808. diem clausit extremum. Nullum affertur

exemplum Apostolicæ dispensationis pro ineundo conjugio, si demas illud, de quo superius memini, concessum Ugulino Amadori agnationis propagandæ Causa.

Ea sequuta vacatione meruit a S. Rotæ Auditorio ad Successionem eligi Advocatus Vincentius Landucci. Sed cum eo tempore nulli percipi poterant hæreditatis fructus, quorum pars ex Principali Rescripto titulo *supraviventiae* ad decennium tributa fuerat defuncto Præsuli Grisolino, altera pars ex locis Montium constabat, quorum fructuum solutio suspensa erat, eaque erat acerbitas temporum, ut exteri qui aut Sacerdotio insigniti, aut Prælatura, vel etiam S. Purpura decorati essent, extorres fierent ab Urbe jam sacrilego ausu occupata; hinc novum Landuccius indultum obtinuit, cui tum defectus omnium redituum, tum temporis circumstantiæ pronam apud Sacratissimum Principem viam sternebant. En verba Supplicis libelli = *L'Avvocato Vincenzo Landucci Possessore della Prelatura Amadori, alla quale oltre l'obbligazione di difendere gratuitamente le Cause Civili dei Poveri, vi è annessa, anche quella di farsi Sacerdote, e celebrare personalmente nella Chiesa di S. Lorenzo in Lucina almeno due Messe la Settimana per l'Anima del Fondatore della predetta Prelatura, supplica umilmente la S. V., che si degni dispensarlo dall' obbligo del Sacerdozio, e della Personale celebrazione di dette Messe, concedendogli grazia, che possa nonostante prender possesso della nominata Prelatura con far però celebrare le suddette Messe nella Chiesa destinata per mezzo di altro Sacerdote, allorquando incomincerà a godere delle rendite lasciate dal pio Testatore. Si lusinga l'Oratore di ottenere dalla S. V. la dispensa da tale obbligazione, giacchè non è punto essenziale alla difesa de' Poveri, ch' è il principale oggetto avuto in mira nel suo Testamento dalla bo: mem: di Felice Amadori* =.

Et voti compos factus est Rescripto diei 22. Februarii 1809. = *Sanctissimus attentis expositis, ac praevia derogatione, uti in supplici libello petitur, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta petita; Contra-*

riis quibuscumque etiam speciali, et individua mentione dignis minime obstantibus etc

Res ita se habuit fere decennii tempore. Tunc ex inito ab Advocato Landucci Matrimonio putantes unus, et alter Nobiles Viri Etrusci, nimirum Comes Jacobus Piccolomini Primicerius Metropolitanæ Ecclesiæ Senensis, et Sacerdos Andreas Moronti Canonicus Volaterranus novæ nominationi viam patere ad eam obtinendam insteterunt penes S. Rotæ emeritissimum Decanum, qui quid actum fuerit ab eo S. Tribunali ita refert = *Il Tribunale della Ruota non „ volendo fare alcun passo, essendovi il Rescritto „ del S. Padre, volle sentire l'Oracolo Santissimo, „ e ordinò al Decano unitamente al Prelato di S. „ Girolamo della Carità d'interpellare Sua Santità, „ acciò si degnasse dichiarare, se avea inteso di „ permettere al Landucci, anche il Matrimonio; Il „ S. Padre rispose, che non era stata mai sua in- „ tenzione, che si godesse la Prelatura nello Stato „ Conjugale, e permise, che la Rota venisse alla „ Nomina di altro soggetto. In seguito il Decano „ propose in vigore del suo diritto i due sullodati „ Individui, ma non essendo comparso, che il so- „ lo Piccolomini, il dì 8. Maggio fu questi assog- „ gettato all'esame, subito il quale credette il Tri- „ bunale di nominarlo. La stessa mattina il Deca- „ no si portò subito all' Udienza di Nostro Signore „ per partecipargli, che la Ruota avea nominato il „ detto Piccolomini, ed il S. Padre si degnò avva- „ lorarla colla sua Sovrana approvazione* =.

Injuria id actum esse putans Landuccius novas Summo Pontifici obtulit preces, postulans = *Che si degni di deputare una Congregazione, la quale esamini le ragioni dell' Oratore ai termini di giustizia, e di equità, come pure di ordinare, che si sospenda ogni ulteriore innovazione sino al termine del Giudizio* = Placuit Sacratissimo Principi die 28. Maii præteriti Anni rescribere = *Alla Congregazione del Concilio, che esamini e giudichi definitivamente, sospesa intanto ogni innovazione, ed adempiti i pesi dell' opera Pia dal attual Possessore sino all' esito del Giudizio* =. Re ita ad

ad Sacram Congregationem delata meum esse duxi Emum Protectorem Congregationis S. Hieronymi rogare, ut auditis præsertim Collatoribus de novis precibus referret. Quid ille senserit habent Emi Patres in Summario ex parte Præsulis Piccolomini distributo una cum allegatione ejus favore. Habent etiam in altera allegatione pro Advocato Landucci rationum momenta, quibus innixus caducitatem a se propellere nititur. Causa sub triplici dubiorum formula proponitur, et ne nimius sim, breviter, quæ ex utraque parte adducuntur, perstringam.

Agitur in primo Dubio *de Caducitate* quam *a Landuccio* incursam sustinent Præsulis Piccolomini Defensores. Cum enim voluerit, ac tertio quoque verbo repetierit Testator, ut Successor in hæreditate = *Prima di pigliare la mia Eredità sia Sacerdote, e celebri la Messa* = Si hoc ipsum sub pœna caducitatis exequi omnino voluit, sequitur ut qualitas Sacerdotalis per modum *conditionis* fuerit requisita, utque Advocatus Landucci, qui ex contractis nuptiis voluntarium posuit impedimentum pro conditionis exequutione, in caduci pœnam inciderit per *Rotam decis. 88. num. 1. coram Crispo, in Nucerina Immissionis 1. Julii 1757. §. 2. coram Paracciano, et Romana Caducitatis 8. Maii 1771. §. 5. Coram Mannelio.*

Quin inquirendum sit bona, vel mala fide Landuccius prædictæ conditionis implementum neglexerit. Cum enim ille probe nosceret Testatorem jussisse, ut si qui ejus præscripta pessundarent - *Subito immediatamente succeda quello, che succederebbe se gli trasgressori, ed inobbedienti fossero morti* = inutilis prorsus evaderet investigatio de bona, vel mala fide, cum nudum, ac simplex factum transgressionis viam caducitati sternat = *Valente de ultimis volunt. Vol. 30. part. 2. num. 14. Molin. de Primogenitur. lib. 1. Cap. 16. num. 32. Rota in Romana Caducitatis 8. Martii 1771. §. 6. coram Mannelio.*

Nec putant in aliquo suffragari Landuccio posse dispensationem a Summo Pontifice obtentam sub die 22. Februarii 1809. Hæc quippe dispensatio cum cohibita sit intra limites petitionis ex Rescripto = *Benigne*

gne annuit pro gratia juxta petita = nequit ad alium casum in ipsa petitione non compreheusum, nimirum ad facultatem ineundi conjugii, extendi. Porro non solum in precibus a Landuccio Sanctissimo oblatis nulla excidit mentio de futuris Nuptiis, sed imo illæ ita conceptæ fuerunt, ut alienum exhibeant Landuccii animum a maritalibus amplexibus. Nam sese nominavit = ***Possessore della Prelatura Amadori*** = dum postulavit dispensationem dumtaxat = *dall' obligo del Sacerdozio*, *e dalla personale Celebrazione* = postulavit etiam = *che possa nonostante prender possesso della nominata Prelatura* =. Nec quidem conciliari potest qualitas *Praelatitia*, nec possessio ipsius Prælaturæ cum viro uxorato. Noluit ergo Landuccius dispensationem pro contraendis nuptiis postulare, qui jam sese tamquam Prælatum Amadori habebat, quique illius Prælaturæ Possessionem nancisci curabat; sed tantum dispensationem a Sacerdotio, et personali celebratione exoravit, eamque dumtaxat concessit Summus Pontifex *juxta petita*.

Id ipsum voluntatis argumentum præbent exempla a Landuccio in precibus allata, ut facilius Pontificem, ad gratiam concedendam induceret. Ea enim exempla casum tantum respiciunt dispensationis a Sacerdotio, nunquam vero ad contrahendas nuptias; quin imo dum cœtera memorantur, silentio prætermittitur exemplum Ugolini Amadori qui a S. M. Innocentio X. contrahendi Matrimonii gratiam obtinuit. Si itaque nec Landuccius voluit petere dispensationem a celibatu; si nec illam voluit concedere Pontifex, qui annuit pro gratia juxta petita; nequit modo ex mutato consilio dispensationem ipsam ad casum gratiæ nec petitæ, nec concessæ pertrahi. Cum longe distet, quod quis *Actu* Sacerdos non sit, ab altero casu, quo quis *habitu* Sacerdos fieri nequeat ob initum Conjugale fœdus. Stricte quippe interpretandæ sunt Pontificiæ dispensationes, nec ad alios casus non comprehensos extendi possunt vel ex identitate, vel ex majoritate rationis. *Piton. discept. Ecclesiast.* 30. *num.* 7. *Rota coram Ansalda decis.* 50. *num.* 27. *in Romana nullitatis pensionum* 19. *Februarii* 1753.

§. 11.

§. 11. *Coram Matthaejo*, *et in Melevitana Mensae diei* 5. *Decembris* 1762. §. 9. *Coram Olivatio*.

Odiosam contra defensor Landucci dicit caducitatis pœnam, ad quam incurrendam necessarium foret, ut Testator expresse Matrimonium suis Hæredibus proihibuisset, et Landuccius scienter, et mala fide Testatoris præceptum violasset. Nam quævis vel levissima Causa pœnam caducitatis excludit, ut tradunt *Honded. cons.* 58. *num.* 37. *Manoch. cons.* 903. *num.* 11. *Card. de Luca de fidecom. disc.* 157. *num.* 5. *Rot. rec. part.* 17. *decis.* 380. *num.* 10., *et decis.* 271. *num.* 24. *cor. Ansaldo*.

Quin immo ipsa Testatoris voluntas suadere videtur Fundatorem non principaliter respexisse ad Prælatitii gradus honores, vel ad Ecclesiasticas dignitates; sed id primum cordi fuisse, ut pauperum defensioni prospiceret; unde sequitur, ut cum ipsius voluntas adimpleri possit secus ab adjectis qualitatibus Prælati, et Sacerdotis, nequeat caduci pœna contra nubentes ex Testamenti Littera derivari; præsertim cum hanc pœnam de casu ad casum extendi vetant *Text. in L. commodissime ff. de liber. in post. et Rot. Coram Ansaldo decis.* 127. *num* 6. *coram Olivatio decis.* 575 *num.* 13. *et in Bononien immissionis* 12. *Januarii* 1753 §. 14. *coram Fiqueroa*.

Addit Landucci Defensor plurimum immutatas esse rerum circumstantias, præsertim ob diminutos quam maxime reditus Hæreditatis, ita ut usque ab initio anteacti sæculi immunes declarati fuerint possessores ab onere assumendi Prælaturæ insignia, atque inde deducere autumat, non posse ex nuda Testamenti Littera interpretatio desumi, cum plurima in eo scripta sint a Testatore, cujus menti obversabatur casus dumtaxat sui hæredis, qui et Præsul, et Sacerdos esset. Hinc ortum ducere putat prohibitionem retinendi = *Le donne sotto qualsivoglia pretesto anche di malattia*, quarum contubernium nec decebat Prælatum, et Sacerdotem, nec necessarium erat hæredi qui ex prælatitio relicto habere poterat = *il Cammeriere, e Cuoco, Cocchiere, e tre Staffieri* = Nec prohibi-

hibitio extranearum mulierum trahi potest ad alium casum a jure improbatum, quo libertas ineundi Matrimonii coerceatur *Sanchez.De Matrim. Lib.* 1.*Disput.* 34. *num.* 14. *Guttières. De Matrimonio Cap.* 21. *num.* 5. *Rot. Rec. part.* 4. *tom.* 2. *Decis.* 493. *num.* 39.

Ad secundum *Dubium* quod attinet rite expletam nominationem sui Clientis putat Defensor Præsulis Piccolomini. Ea siquidem facta est ad formam Testamenti fundatoris, de viro Senensi nobilitate cospicuo, et de cujus Doctrina Testimonium reddidit S. Rotæ Auditorium, cujus examini sese subjecit: atque ita dicit *in tertio Dubio* fructus Legati Pii deberi Præsuli Piccolomineo a die initi per Landuccium Matrimonii; quia posita caducitate ipsius Landucci, et legittima nominatione Piccolomini, ex Fundatoris voluntate sequitur, ut statim primus privetur, et alter fruatur suæ Hæreditatis emolumento.

E contra Landuccii Defensor, qui putat in nullam caducitatis pœnam suum incidisse Clientem illegitimam dicit nominationem Primicerii Piccolomini, ac fructus omnes suo Clienti esse addicendos.

Dubia proponuntur

I. An *constet de caducitate Vincentii Landutii in casu etc.*

Et quatenus Affirmative

II. An *contest de legittima nominatione Primicerii Piccolomini in casu etc.*

Et quatenus Affirmative

II. An, *cui, et a quo tempore debeantur fructus Legati Pii in casu etc.*

Ad II. Affirmative, et complius

Ad II. Affirmative, et amplius

Ad III. Affirmative favore Præsulis Piccolomini a die nominationis

Sess. 23. Cap. 6. de Reform.

FIRMANA BENEFICII. Irrevocabilis donationis tabulis, quibus in Piceni *Murrivallium* Oppido decessit Sacerdos *Firmanus Collaterali* omnia bona sua Societati SSmi Sacramenti ejusdem Terræ addicens, inter cætera pientissime constituta, et illud voluit, ut Beneficium simul, ac Altare sub invocatione S. Andreæ Apostoli erigeretur in Ecclesia Divi Venantii ejusdem loci, Beneficiato onus imponens unius Sacri qualibet hebdomada peragendi, congrua hac de causa constituta dote. Activum hujusce Beneficii juspatronatus ita exerceri voluit, ut prædicta Societas = *medianti-bus quatuor hominibus infranominandis perpetuis futuris temporibus habeat vota jurispatronatus, ac jus praesentandi ad dictum Beneficium* = nimirum = *Praesentatio ad supra dictum Beneficium . . . fieri debeat per quatuor homines simul concurrentes videlicet per duos homines seniores de domo Collaterali, et de agnatione ipsius Donatoris, ac etiam per duos homines de Societate praedicta ab eadem eligendos* = De passivo vero hæc mandavit = *Primo praesententur homines de domo, ac agnatione dicti Donatoris provenientes, ac descendentes ex linea masculina, quibus non extantibus praesententur descendentes ex linea foeminina dummodo ejus Mater, vel saltem Avia immediate descenderit ex linea Masculina, quibus etiam non extantibus praesententur alii homines de dicta Terra Murrivallium, et aliter facta praesentatio nulla sit* = Ut autem quæ tum de Beneficio, tum de piis aliis statuerat Legatis, ad unguem adimplerentur, cuicumque de domo, et agnatione sua, qui decimum quartum attigisset ætatis annum, reclamandi potestatem fecit apud Vicarium Foraneum, Priorem Cœnobii S. Augustini, et Custodem seu *Guardianum* alterius Cœnobii Franciscanæ Familiæ, quos compromissarios Judices nominavit.

[N]emo ex masculina Testatoris linea Beneficium est assequutus, quippe quia unica dumtaxat ei fuerat Neptis Anna Maria, quæ in familiam Grisei suos transtulit Lares; ideoque in ejus descendentes ex Firmani Testatoris voluntate transiit vocatio ad Beneficium S. An-

S. Andreæ. Sequuta est novissima vacatio per obitum Francisci Mariæ, qui tres habuit fratres, ac Sororem. Hæc ex matrimonio cum Thoma Capeci inito filium suscepit Septimium Capeci Sacerdotali nunc caracthere fulgentem, qui Beneficii institutionem sibi debitam autumat. Ex Xaverio autem Grisei altero fratre dicti ultimi beneficiati duo orti sunt filii Septimius videlicet, et Thomas. Hic postremus Clericali militiæ adscriptus ad vacans Beneficium contendebat. Hujus frater Septimius genuit alterum Xaverium, qui puer licet, ac nondum septennis ad beneficium fuit nominatus, et cui patruus Thomas, qui de Beneficio initio concertavit, nunc a lite recedens sua jura cessit. Ex una itaque parte Septimus Capeci, ex altera Xaverius Grisei, cui Patruus Thomas sua jura renunciavit institutionem Beneficii exposcunt, prout clarius EE. PP. noscent ex genealogico schemate typis impresso, quod una cum *allegatione* ab utraque parte distribuitur.

Vix itaque a Patronis fuit Xaverius nominatus illico exoravit pro dispensatione ætatis. Attamen quin obsignaretur ejus supplex libellus, obfuit *duplex nihil transeat* in Apostolica Dataria alterum a Patruo Thoma, alterum a Sacerdote Capeci appositum, qui sibi competere institutionem asseverat tum ob Sacerdotalem, qua fulget, dignitatem, tum quia nulla irretitur Irregularitate sive ex defectu ætatis, qua Clericus puer Xaverius, sive ex delicto, qua Clericus Thomas ob militare indutum cingulum existit. Tunc Emus Prodatarius decrevit = *controversiam super petita dispensatione remitti ad S. Congregationem Concilii pro Voto, coram qua mandavit partes uti juribus suis* =. Cum dicta jam esset dies concertationi, extemplo Clericus Septimius Nicolaus admitti ad Causam postulavit, ejusque instantiam dimisi decreto *Utatur suo jure in Congregatione jam destinata*. Sub duplici ergo dubiorum formula res hodie EE. PP. Vobis proponitur, quorum *primum* utrum sit relaxanda Xaveri supplicatio respicit, *alterum* cui ex collitigantibus sit danda institutio.

Xaverii defensor contendit Clientis sui signandam esse supplicationem, atque concedendam gratiam super ætatis dispensatione petitam, nedum quia imme-

diate descendit ex linea fœminina domus Collaterali, quæ pacifica huc usque gavisa est passiva ad Beneficium vocatione, sed prætcrea et Clericus sit Ecclesiæ servitio mancipatus, habilis ad beneficium obtinendum reputatus ab Eĩo Archiepiscopo Firmano, et concorditer intra utile quadrimestre sub spe, ac conditione futuræ dispensationis fuerit a Patronis præsentatus, quod iis non prohibetur ex *Corrad. in prax. dispensat. lib.* 4. *Cap.* 2. *num.* 14. *et* 15., *et Piton. discept. Eccl.* 13. *par.* 1. *num.* 40. Hæc autem dispensationis gratia faciliter conceditur a Dataria Apostolica, si rationabilis adsit Causa, in quarum numero ponunt doctores consanguinitatem cum Fundatore. *Corr. loc. cit. num.*9. *Vivian. in prax. Jurispatron. lib.*6. *cap.*6. *num.* 8. *et* 9. *Card. de Luc. de jurepat. disc.* 70. *num.*17. *et de Fidecommis. disc.*8. *num.*18. Rota in *decis.* 482. *P.* 1. *divers. sub. num.* 3. *et Rec. part.* 2. *decis.* 194. *num.* 1. Nullius autem jus jam quæsitum tolli asserit, si ea dispensatio concedatur cum patruus Thomas nepoti sua jura renunciaverit, et a lite recesserit; Sacerdos autem Capeci, qui ad beneficium optat, nullum jus sibi sumere possit ex Sacerdotali dignitate, habilitate, et proximitate eo quod hæc non præcepta sint a fundatore per *modum legis*, ac proinde libera est patronis præsentatio minus idonei, minusque habilis, et remotioris ut post *text. in l. unum ex familia ff. de legat.* passim tradunt Card.*De Luca de jure patr. discurs.* 44. *num.* 3. *Piton. controv. patron. Alleg.* 100. *num.* 15. *Rota coram Ansaldo dec.* 841. *num.* 2.3.,*In Aesina aperitionis oris* 5. *Junii* 1802. §. 4. *coram R.P.D. Serlupi*.

Quin quidquam referat Firmanum Collaterali fundatorem inter plures præsentatos voluisse, ut eligeretur *magis idoneus*. Hoc enim voluit dumtaxat, nisi futuri essent Patroni *in electiones concordes*, pluresque præsentati essent, nec extendi ea potest dispositio ad præsentem casum,quod vetant in re utpote odiosa text. *leg.sub. conditione ff. de haered. instituit.et Rota coram Rezzonico dec.*84. *num.*2. Nec ex injuncto a Testatore onere Missæ semel in hebdomada celebrandæ a Beneficiato inferri posse putat Sacerdotalem caractherem in Beneficiato requirendum esse, nisi enim expres-

se

se in fundatione cautum fuerit Beneficiatum per se debere celebrare simplex Clericus capax est, et habilis ad assequendum beneficium adimpleto per alium Missarum onere, ut docent *Gratian. discept. forens. Cap.* 134. *num.* 10. *et* 11. et prout plures definivit Sac. hæc Congregatio, cujus sententiam amplexa est Rota tum in *decis.* 828. *num.* 2. *cor. Molino*, *tum in decis.* 162. *num.* 13. *et seq. part.* 12. *recent.* Præterea ex hujus dispensationis concessione nullum *verum* præjudicium Capecio provenire tuetur. Dum enim de alterius præjudicio sermo est, oportet ut *certum* sit damnum non quidem *eventuale*, quod proinde nihili faciendum est ut docent *Fargna de jure patr part.* 2. *can.* 3. *caus.* 6. *num.* 7. *et Card. De Luca de jure patr. disc.* 70. *Piton. discept.. Eccl. Alleg.* 13. *num* 41 *et* 42., et ut patet ex judicio S. hujus Congregationis, quæ pluries rejecit oppositiones passive vocatorum, et eventuale horum posthabuit præjudicium petitam ætatis dispensationem concedens. Tandem dicit ad Sacerdotem Capeci ex Testatoris voluntate, donec existat familiæ Grisei Clericus, nullimode pertinere vocationem, cum ejus mater non perstiterit in familia Grisei, sed Alexandro Capeci nupserit, ac proinde familia Capeci non *immediate*, sed *mediate* conjungatur cum linea Masculina Testatoris, mediante scilicet familia Grisei, qua extincta non ad ipsum, sed ad homines terræ Murrivallium ex fundatione devolvitur jus passivum.

At e contra defensor Sacerdotis Capeci ait nullimode esse relaxandam supplicationem Xaverii, probatque rarissime, et gravi dumtaxat accedente causa concedi has ætatis dispensationes ab Apostolica Sede ut docent *Lambertin. de jure patronat. art.* 26. *quaest.* 7. *n.* 7. *Rebuf. in prax. benef. part.* 1. *tit.* 1. *de Cleric. num.* 6. *part.* 2. *tit. de Dispensat. rat. aetat. Subel.* §. *Benef. num.* 24.

Addit dispensationes a Sac. Congregatione concessas, et ab Adversario laudatas, semper concessas fuisse, cum nemo alius aderat idoneus, et nullum jus, vel saltem remotissimum, et summopere eventuale habebat ad Beneficium; semper enim a gratiis, et concessionibus abstinuit Apostolica Sedes, si aliorum juribus

idus inferretur detrimentum, a quo semper abhorruit. Accedit Testatoris voluntas, qui suam voluntatem ad *unguem* adimpleri voluit, et a *quibuscumque* superioribus *vel in exigua*, etiam parte derogari prohibuit = *alias si quid, quacumque, et ex quavis causa per quoscumque ad quorumvis instantiam impetratum venit, nullum illud sit, et invalidum, ac pro infecto, et non impetrato teneri, nec impetranti in aliquo suffragari voluit, atque mandavit* = Jam vero Testator præter onus semel in hebdomada celebrandi Beneficiato impositum, (de quo in secundo dubio redibit sermo) voluit, ut inter plures præsentatos, ac contendentes ad Beneficium *magis* idoneus eligeretur. Pueros autem ab assecutione beneficii perpetuo exclusisse, si alia deessent argumenta, vel ex eo probari suadet, quod cum adeo sollicitus fuisset de exequutione suæ voluntatis, ut cuique pro ejus adimplemento reclamandi potestatem fecerit, et nihilominus hanc facultatem, quæ magni certe momenti non est, minoribus 14. annorum denegavit, multo magis pueros, ac impuberes ab assequendo Beneficio, quod plus est, arcuisse censeri debet. Nullimode hinc eam dispensationem signari posse concludit, quæ etsi relaxaretur, nulla esset ob subreptionis, et obreptionis, quo laborat, vitium. Dum enim petita fuit ætatis dispensatio, reticitum fuit onus Beneficiato impositum Missas celebrandi, alios extare ad Beneficium contendentes, et voluntatem Testatoris, qui magis idoneum præferendum esse voluit; Hinc generica solum, obscura, ac captiosa narratio irritam reddit gratiam ad tradita per *Lotter de re benef. lib. 2.quaest. 54. num. 48. et Rota decis. 25. num. 3. coram Ratto*. Falso autem pro Xaverio expositum fuisse dicit, eum fuisse Clericum, dum Patronorum obtinuit nominationem; Nondum enim die 18. Aprilis anni elapsi 1818. dum fuit nominatus Sacro erat Chrismate innunctus: Ex Tridentini vero præscripto (quod in casu præsenti violatum fuisse non constat) nemo per Primam Tonsuram Clericorum albo potest adscribi, nisi confirmatus jam fuerit: ac præterea falsum omnino esse eumdem septimum eo tempore egisse ætatis annum, cum vix tunc sex numeraverit a nativitate annos.

In-

Institutionem Beneficii, de qua est sermo in *II. Dubium* Clerico Xaverio dandam esse censet ejus Procurator, quod vel ut consequens deducit ex iis, quæ pro dispensatione ætatis obtinenda proposuerat; At Capeci Defensor huic dandam esse tuetur, cum nec Thomas, nec Xaverius Sacerdotes sint; Testator autem *mere Sacerdotalem* instituerit Capellaniam, quæ qualitas tum ex onere deducitur Missas celebrandi, ceu docent *Lambert. de jure patronat. lib. 2. part. 1. quaest. 3. art. 23. num. 9. Barbosa de offic. et pot. Episc. part. 2. alleg. 24. num. 43. Amostaz. de Causis piis, lib. 3. cap. 5. num. 9. et Rota decis.* 150. *coram Ratto*, tum ex biscentenaria præsentatione Sacerdotum, quæ longissimi temporis observantia inducit qualitatem Sacerdotalem *Rot. in recent. decis.* 150. *num.* 15. *part.* 18. *et decis.* 150. *num.* 27. *coram Molino*, unde eo minus Fundatoris dispositioni sit dispensandum, sed ipsi Sacerdoti Capeci danda sit institutio *ex Rot. decis.* 904. *num.* 6. *coram Coccino, decis.* 32. *num.* 1. *part.* 18. *recent.* et decis. *citata* 150. *num.* 1. *et* 2. *coram Ratto*.

Dubia itaque proponuntur

I. *An sit relaxanda supplicatio in casu etc.*

II. *An, et cui sit danda Institutio in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore Xaverii Grisei, et amplius.

Ad II. Affirmative favore ejusdem Xaverii, et amplius.

TERRACINEN., SEU SAETINA PRAEBENDAE THEOLOGALIS. Quaestionem, quam de mala relatione examinatorum, et de irrationabili judicio Episcopi, proposuerat Advocatus Aloysius Biasucci, ut Præbendam Theologalem jam collatam Canonico Vincentio *la Galla* sibi vindicaret, diremit S. Congregatio diei 5. Septembris præteriti Anni. Nam propositis Dubiis *Sess.* 5. *Cap.* 1. *de Reform.*

I. *An*

I. *An constet de mala examinatorum relatione, et irrationabili judicio Episcopi in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An Praebenda Theologalis Ecclesiae Saetinae sit adjudicanda Advocato Aloysio Biasucci in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

III. *An, et a quo tempore sint restituendi fructus in casu etc.*

Respondit ad primum *negative* ad secundum, et tertium *Provisum in primo*. Implorato novæ audientiæ Beneficio statuta est hujus diei Congregatio pro repropositione Causæ instante Advocato Biasucci, a quo nihil mihi exibitum est. Ex parte vero Canonici La Galla memoriale tantum pro reassumptione jam exhibitæ defentionis distribuitur. Reasumpto igitur Folio prædictæ Congregationi diei 5. Septembris præteriti anni Vestrum erit EE. PP. respendere Dubio.

An si standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, et amplius.

Sess. 14. *Cap.* 7. *De Reform.*

BENEVENTANA IRREGULARITATIS

In Congregatione diei 29. Novembris 1817. Sacerdos Vincentius Zolli Beneventanæ diœcesis dispensationem ab irregularitate exoravit sub Dubio.

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.

Et in sequenti Congregatione diei 26. Decembris ejusdem anni datum est Responsum = *Negative* =

Post annum et ultra effluxum iterum postulatur Sacerdotis Orat. dispensatio ab irregularitate. Emus Archiepiscopus qui usque ab initio dispensationem posse concedi putabat

bat=*Firma tamen remanente obligatione alias per ipsum emissa, signanter de non accedendo ad occisi Patriam, saltem donec ab ejusdem occisi fratribus remissionem reportaverit* = hæc habet in novis Litteris diei 19. Decembris præteriti anni = *Tunc EE. VV. perpensis a me expositis existimarunt repetere a dicto Sacerdote Zolli novam vitae probationem ad alium annum, quo expleto supplex expeteret dispensationem praedictam. Huic judicio obsequens cessit idem Sacerdos, et per elapsum annum se adhuc gerens ut irregularem vitam duxit, ut ducit, omnibus pro Sacerdotali conditione probatissimam, maxime ex attestatione proprii Parochi. Novissime vero magis, magisque confidens benignitati EE. VV., a me petiit, ut eam iterum commoverem, iterumque efflagitarem optatam absolutionem. Commiseratus igitur conditionem, et espertus resipiscentiam dicti Sacerdotis non possum, quin novas supplicationes, et preces ejusdem submittam sapientissimo Judicio EE. VV., quas sum in voto, ut alias fui, posse relaxare omne irregularitatis vinculum dicto Sacerdoti Vincentio Zolli.*

Ex hiis, quæ Emus Archiepiscopus iterum refert, et ex Folio diei 29. Novembris 1817. reassumendo dignentur EE. PP. dirimere Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Prævio recessu a decisis consulendum SSmo pro dispensatione juxta votum Emi Archiepiscopi, et peractis Exercitiis Spiritualibus pro tempore, et loco arbitrio ejusdem Emi Archiepiscopi.

RIPANA PENSIONIS

Sess. 24. Cap. 13 De Reform.

Annua quadraginta Scutorum Pensio a Dataria Apostolica imposita fuit Parochiali Ecclesiæ S. Angeli Ripanæ Civitatis: Ecclesiæ reditus ad congruam substentationem Parochi, ad Pensionem solvendam, et reliqua onera sustinenda longe impares esse referens

actualis Paræciæ Rector Benedictus Rossi, seseque deceptum antequam Parochialis Beneficii possessionem adipisceretur circa reditus, quos erronea Relatione ad Datariam transmissa exaggeratos dicebat, ut nedum a sibi imposito Pensionis onere liberaretur, verum etiam, ut aliquo augmento redituum suæ Pauperumque substentationi provideretur, quemadmodum Parochus prædecessor congruo fuerat tempore Gallicæ Invasionis subsidio donatus.

Has preces SSmus S. Congregationi remisit *cum clausula de aperitione oris contrariis quibuscumque non obstantibus*.

Hinc rogatus Episcopus, ut audito præsertim Pensionario, eidemque præfinito termino ad deducendum jura sua in S.Congregatione eamdem instructam redderet de annuo Paræciæ reditu, transmisso statu activo, et passivo, ut munus sibi demandatum diligentius obiret, nedum actualem Parochum Oratorem, verum etiam Prædecessorem ejus, nunc Canonicum, et Pro-Vicarium Genaralem audiendos duxit, ab utrisque postulans, ut sibi reditus, et onera Paræciæ describerent, ejusque activum, et passivum statum remitterent.

Mandatis uterque obsequens statum activum, et passivum actualis Parochus ex biennio, Prædecessor vero ex decennio proximo desumptum exhibuerunt, quem Episcopus una cum Informatione S. Congregationi remisit. Ex his colligitur valde inter sese discrepare status; quandoquidem ille quem tradidit Prædecessor, dat Summam *scutorum* 291. 99. introitus, exitus autem *scut.* 75. 69. ac per consequens summam *scut.* 216. 30. ab omni onere liberam; status vero actualisParochi vix summam activam affert *scut.* 130. 37. cum passivam habeat *scut.* 117. 87. libera remanente exigua *summa scut.* 12. 50. Cui vero in tanto discrimine potius fides haberi debeat, refert Episcopus hisce verbis . . . *Deducendum crederem, quod Antecessoris status exactior, et veracior altero haberi possit, eo quia primus ex decennio juxta communem praxim, alter vero, ex biennio desumptus furit . . . et insuper quia hic multa reticuit, quae in statu activo apponere debuisset, prout sunt Ova, fructus arborum, Legumina, ligna, Olera, et caetera hu-*

hujusmodi . . . . Quo vero ad congruam in transacto Gubernio adjectam probat (Praedecessor) ex facto ipso, quod anno tantum 1809. *titulo subsidii extraordinarii, donec pauperioribus Parochis congrua certa statueretur, ipsi, sicut duobus aliis in hac Civitate centum Lirae assignatae, et solutae fuerunt, nec amplius in posterum. Asserit autem (idem Praedecessor) quod nunquam tunc temporis Potestati illegitimae statum sincerum, et juratum exhibuit, sicuti postea dedit Datariae Apostolicae . . . proindeque clare pateret, quod nec Orator deceptus fuit, nec fraudolenter fuerit de hujusmodi statu in Dataria expositum =.*

Hic autem in facto addere juvat Prædecessorem Parochum inter notulam exitus minime recensere annuum stipendium saltem scutorum 20. Capellano solvendum, idque ex eo quod, ut ipse ait, *non l'ho mai tenuto nei quattordici anni, che ho disimpegnato l'Offizio Parrocchiale, essendomi servito nelle urgenze dell'opera degli Amici*. Actualis vero Rector, qui testimonio Episcopi nobili genere natus angustia domesticæ rei cum Patre septuagenario laborat, cogitur, cum necessitas urget, propriis sumptibus non modicis Capellanum in sui oneris levamen constituere.

Certum in genere de jure est, per Pensiones Ecclesiastica Beneficia aut scindi, aut onere gravari non posse juxta præscriptum in *Cap.* 8. *de Praebend. Cap.* 7. *de censib.*, Sacramque Tridentinam Synodum *Sess.*24. *Cap.* 13. *De Reform.* vetare Parochiales Ecclesias, quæ centum scuta suis fructibus annuis non superant, Pensionibus onerari, quin imo nunc in Parochiis omnibus indiscriminatim Pensiones imponi vetant Innocentius XII. *Edicto diei* 11. *Nobembris* 1692., *et Benedictus XIII. Constitutione Quanta Pastoribus*, qua Octavo idus Septembris 1724. Edictum laudati Innocentii XII. confirmavit, ut Parochus integros habeat suæ Paræciæ Reditus, quibus pauperibus Parochianis opem ferre possit.

Quidquid tamen sit de diversis Canonistarum Sententiis, quorum alii negant prorsus Prælatis inferioribus facultatem imponendi Pensiones, sed hoc jus ex laudabili Apostolicæ Sedis usu Summo tantum Pontifici esse reservatum, ut sentiunt *Fagnan. in Cap.*

Nisi 14. *et seqq. de Praebend. et dignitat. Ventrigl. in Praxi part.* 2. *annot.* 1. *num.* 8. *Paulut. Jurisprud. Sacr. lib.* 6. *tract.* 10. *cap.* 9. *et Bonacc. Oper. Moral. titul. de Simonia Disput.* 1. *quaest.* 4. §. 12. *num.* 8. = Alii vero justa concurrente causa hanc facultatem etiam Episcopis tribuunt, ut *Clericat. de Pension. disc.* 1. *Card. de Luca de Pens. discur.* 40. *num.* 41. *Tondut. eod. Tractat. Cap.* 1. *num.* 5. *et Rigant. ad Regul.* 24. *Cancellar.* §. 5. *n.* 156. Est tamen extra omnem dubitationis aleam positum, posse Summum Pontificem super quocumque Beneficio, vel etiam Parochiali, et nulla expressa causa, pensiones imponere, quo quidem supremo jure ita semper usa est Apostolica Sedes, ut pensio congruam substentationem Titulari non detrahat, ut post SS. Tridentinum Concil. *Sess.* 24. *Cap.* 13. *de Reform.* observant *Lotter: de Re Benefic. lib.* 1. *quaest.* 38. *num.* 43. *et Garz. de Benefic. lib.* 1. *Cap.* 5. *num.* 424.

Tota igitur quæstio ad factum redit, utrum posita Pensione scutorum 40. favore Sacerdotis Jamina ab Apostolica Sede collata congrua pro Parocho Rossi sarta tectaque servetur. Certe juxta statum *ex biennio* 1816. *et* 1817. *desumptum* ab ipso Parocho exhibitum non solum congrua scutorum centum non servatur, sed vix tenuis annualis summa ejus favore superextaret. Addit Episcopus plurima concurrere ad suadendam gratiam pro Parocho, nimirum quod undique sepitur a pauperrimis familiis, quibus nequit opem ferre, si pensione gravetur; quod modernus Parochus, licet ex prænobili Familia ortus caret omni subsidio ex domesticis reditibus, immo cogitur suis Parentibus, quorum patrimonium ære alieno plurimum gravatur subsidia vitæ præbere.

Contra vero animadvertendum est ad excutiendum onus Pensionis jam impositæ, et a Titulari acceptatæ necesse esse probare verum, non præsumptum Beneficii statum, ac reditum, ut S. Congregatio respondit *in Civitatis Castellanae Pensionis* 12. *Septembris* 1807. Hunc autem statum deduci ex decennii calculo, vel ante reservationem Pensionis elapsi, vel per quinque annos ante, et quinque post reservatio-

nem

nem decursos, ut testantur *Piton. Discept. Ecclesiastic.* 132. *num.* 7. *Rota in Majoricen. Parochialis* 11. *Decembris* 1780. §. 5. *coram Soderino*, *et S.Congregatio in Reatina Pensionis* 15. *Decembris* 1804. Porro ex decennali calculo, quem exhibuit prædecessor Parochus Rossi, et quem confirmat Episcopus in sua informatione, remanent libera pro actuali Parocho annua scuta *biscentum sexdecim*, *et obul.* 30. a quibus si etiam subducatur pensio *Scut.* 40. videtur satis congruam substentationem favore Titularis remanere.

Plurimum quidem in judiciis præsertim de rebus Ecclesiasticis valet æquitatis ratio, sed non ita tamen, ut possit jus alteri quæsitum tollere; nec inficiari potest collationem Pensionis Sacerdoti Jamina factam a legitima Potestate, nimirum a Sede Apostolica, illiusque oneris acceptationem a Parocho, jus primo quæsitum esse ad ipsius pensionis solutionem assequendam.

Post haec ita suam Informationem concludit Episcopus. = *Hisce omnibus praehabitis*, *licet Orator sufficienti Congrua gauderet*, *et licet etiam aliquid honestae*, *et congruae suipsius substentationi superesset*, *tamen*, *ut commodius suppetat modus*, *nedum Ecclesiam ornandi*, *sacrisque*, *quibus opus est*, *suppellectilibus instruendi*, *sed etiam subveniendi Pauperum*, *aliarumque miserabilium Personarum*, *eo vel maxime mulierum indigentiis*, *et Parenti suo auxilium praestandi*, *ac insuper ut suscepti Ministerii labores*, *et incommoda libentius perferat*, *Gregique sibi credito alacrius attendat*, *quin propriae substentationi necessaria mediis illicitis sibi comparare cogatur aliunde*, *quam ab Ecclesia*, *in qua positus est regere plebem Dei enunciatae Pensionis relaxationem quam suppliciter petit concedi posse arbitrarer*, *quomodo placitum erit Eminentiis Vestris Reverendissimis*, *quarum sapientissimo consilio hunc meum animi sensum plene*, *atque perfecte subjicio*. *Et si ita placuerit gratum mihi quoque foret in eo quod in tanta hujus mensae Episcopalis tenuitate spes mae non confundetur fore ut Pauperes*, *et miserabiles a*

Pa-

Parochis una mecum auxilio rerum suarum subleventur. =

Dubium erit

An sit delenda Pensio in casu etc.

Negative.

Sess. 24. cap. 13. de Reform.

FULGINATEN REDUCTIONIS. In Collegiata S. Mariæ infra Portas in Civitate Fulginea Canonicus Sanctes Tartari adeo tenuem possidet Præbendam, ut reditus ad onera adnexa adimplenda minime sufficiant.

Hæc autem onera, quibus Orator gravatur, sunt applicationis 52. Missarum in diebus ferialibus, aliarumque duodecim in Dominicis, nec non octo Conventualium. Servitium Chori est in diebus Dominicis, Festisque solemnioribus. Nulla est in Capitulo Massa pro distributionibus, sed ex Bulla erectionis tertia fructuum cujuslibet Præbendæ portio in singulos annos in distributiones erogatur.

Missarum eleemosyna annuam conficeret Summam Scutorum decem, et obul. 20., e contra reditus Præbendæ juxta relationem Periti bis ab Episcopo electi non excederent in singulos annos Summam Scutor. 9. 72. $\frac{1}{2}$.

Tam exigui reditus causa cum repeteretur ex inconsiderata Prædecessorum Oratoris commutatione unius cum alio Præbendæ fundo; hinc cum illius instantiam proposuerim per *Summaria Precum* in Congregatione diei 21. Februarii preteriti anni, Rescriptum prodiit: *Dilata*, *et scribatur pro nova Informatione ad mentem* = nimirum = *ut scribatur Episcopo*, *qui referat in specie quoad bona Praebendae permutata cum ejus praejudicio*; *an interfuerit in permutatione* In-

Indultum Apostolicum, utrum contra Haeredes permutantis utiliter actio per Oratorem experiri queat pro emendatione damnorum transmissa partita Catastri quoad Terrenum permutatum, et favore Praebendae retrocessum, et actu possessum in forma authentica.

Ex nova Episcopi Informatione eruitur, commutationem unius Fundi Præbendæ Canonicalis a quodam Rectore prædecessore supplicantis factam, non solum prævio Indulto Apostolico, sed etiam ab Episcopo corroboratam fuisse. Constat etiam ex authentica Partita Catastri valorem unius alteriusque Prædioli in commutationem accepti, et nunc ab Oratore titulo Præbendæ possessi, esse scut. 222, 20. unde ex Periti relatione, ut superius memini, annuos reddit fructus scut. 9. 72. quæ secus etiam ab eleemosyna Missarum minuuntur ob Taxas Dativæ, Viarum, et reparationis aggerum Fluminis.

Incerta emolumenta nulla sunt præterquam exiguæ portiones, ut ajebat Episcopus, raro in Divitum funeribus evenientes, si in dicta Collegiata, aut alibi Invitati officiis mortuorum inserviant. Tum Episcopus in triplici ejus Informatione, tum Capitulum favent Oratoris precibus, quibus postulat, ut Missæ ad viginti tantum infra annum reducantur.

Si reditus impares sint oneribus nunquam Sacra hæc Congregatio reductionem denegare solet, ut *in Civitatis Castellan. Reductionis* 30. *Maii* 1807. *in Lunen. Sarzanen.* 21. *Januarii* 1797. At enim Orator ultro Canonicatum accepit, ac proinde facto suo videtur consensum præstitisse integræ onerum satisfactioni, nec certe post acceptationem facile concedenda est reductio, ut antiquioribus omissis resolutionibus S. Congregatio respondit, *in Novarien Reductionis Missarum, et absolutionis* 12. *Maii*, *et in Camerinen Reductionis Missarum* 16. *Junii* 1792 = præsertim in casu, quo acceptatio sequuta sit cum iisdem reditibus, qui postea non sunt diminuti, ut pariter decrevit eadem S. Congregatio *in Civitatis Castelli Reductionis onerum* 23. *Januarii* 1790. =

Cum ignotum erat qua auctoritate facta fuisset Fundorum commutatio dubium exoriebatur, posse Orato-

torem suæ indemnitati providere per actionem contra hæredes Prædecessorum, qui damnum Præbendæ intulisse suspicabantur. At Episcopus in prima Informatione ita referebat = *Quantum autem ad actionem Oratori competentem contra Praedecessorum haeredes pro damnorum emendatione, difficile exercendam fore considero propter illorum haeredum paupertatem* =

Nunc vero in novis Litteris postquam retulit commutationem factam fuisse interveniente Apostolico indulto, et approbante Episcopo, ut patet ex transmissa Copia Instrumenti, addit meliorem quidem factam fuisse conditionem alterius Beneficii, cum quo inita fuit commutatio, sed revera ex tenuitate redituum semper judicio suo petitæ reductioni esse locum.

Ex his videant EE. Patres, utrum concedenda sit Missarum reductio, et an ad certum tempus cohibenda, si forsan ex melioratione fundorum reditus tractu temporis augeantur.

Dubium erit.

An, et quomodo sit concedenda reductio in casu ec.

Non proposita cum sequen.

Sess. 25. Cap. 11 de Reform.

VERCELLEN EMPHYTEUSIS, ET ABSOLUTIONIS. Ecclesiasticum extat Beneficium sub titulo S. Martini in Ecclesia Parochiali Oppidi *Casalbetrame* Diœcesis Vercellensis erectum, cujus activum, et passivum juspatronatus pertinet ad Conjuges *Signoris*, *Berzetti*, *et Buronzo*, aliosque ejusdem familiæ individuos. Hujus administrationem erat penes Canonicum Aloysium Signoris Buronzo, ceu compatronorum Procuratorem; reditibus vero fruebatur, ac fruitur, qui modo illud possidet Canonicus An-

to-

tonius Berzetti. Ex viginti quinque prædiorum diversæ qualitatis partibus integra exurgit beneficii dos. Cum autem Patroni nimis tenuem viderent esse mercedem, quam ab illorum Conductoribus, annuatim percipiebant, deliberarunt perpetuo alienare dominium utile, seu beneficii bona titulo perpetuæ emphyteusis concedere fratribus Gauttieri Loci *di Novara* pro annuis *Luigi effettivi di Francia semplici* 24. publico Istrumento, in quo hæ adducuntur pro stipulatione contractus Causæ = *nella circostanza di esse-*
= *re li beni di ragione di esso beneficio, che trovan-*
= *si situati nel Territorio del comune di Casal Bel-*
= *trame sudetto sprovveduti di fabricato, ed esser per-*
= *ciò difficile al di lui Possessore il ritrovare, chi*
= *voglia applicarsi alla loro coltura in via di affitto*
= *e di essere eziandio tenue l'affitto, essendo del lo-*
= *ro interesse il migliorare il più, che sia possi-*
= *bile il reddito degli stessi beni col riflesso massi-*
= *me, che venendosi a rendere il detto beneficio va-*
= *cante colla morte dell' attuale Possessore, essi beni*
= *in forza del reale decreto del* 25. *Aprile dell' ul-*
= *timo scorso Anno* 1810. *sono dichiarati liberi nella*
= *Persona di chi n'è possessore del Patronato attivo*
= *del beneficio, a cui sono vincolati, abbiamo concer-*
= *tata, e conchiusa . . . l'annua somma etc.* =

Solemnes itaque conscriptæ die 4. Martii Anni 1811. contractus tabulæ fuerunt, quin pro approbatione ipsius ad Apostolicam Sedem reservaretur recursus. Communi vero placito fuit constitutum, ut omnia vectigalia imposita, ac in posterum imponenda Compatronos onerarent. Ab annuo enim præstando ab Emphyteutis Canone demendum erat quidquid eo anno persolutum pro vectigalibus fuisset. Rebus omnibus restitutis, coscientiæ stimulis exagitati Patroni, ac contractus nullitatem agnoscentes Sacram Congregationem adierunt, ut sanationis indulgentiam obtinerent. Semel iterumque commissum fuit Episcopo tunc temporis Ipporegiensi, et Ecclesiæ Vercellensis administratori, ut prævia edictorum affixione doceret de annuo bonorum beneficii reditu; pro his enim exiguam mercedem a Conductoribus semper persolutam fuisse Oratores in precibus asserebant, quæ scilicet

ad annum usque 1792. non excessit *Liras annuas 220* deinceps vero vix *Franchos* 250. Gallicæ monetæ attigit. Peritus itaque ab Episcopali Curia deputatus constituit annuum reditum in summa scutorum 90. circiter monetæ Romanæ; quoad Edictorum veró affixionem Episcopus præfatus retulit *oblationem fratrum Gauttieri in repetita edictorum affixione nedum superatam non fuisse, sed nec alium apparuisse oblatorem.*

Agitur itaque in *I. Dubio*, utrum Contractus sit concedenda sanatio. Compertum exploratumque omnibus est, vetitam esse ex notissima *Extrav. Ambitiosae* rerum Ecclesiæ alienationem, cui communi doctorum sententia æquiparatur perpetua Emphyteusis, quæ prætérea prohibita est a Concilio Romano *titul.* 19. *num.* 10. Hinc nisi simul concurrant legittimaCausa, evidens Ecclesiæ utilitas, ac Apostolicum Beneplacitum irrita est quævis bonorum alienatio, ac Emphyteusis præsertim perpetua. Ad primum itaque quod attinet legittimam forsan Causam contractui occasionem præbere potuerunt particulares circumstantiæ, quas referebat Episcopus Administrator. = *Praedicta bona ob rusticae fabricae defectum, ob agrorum inter se distantiam, ob infelicem soli qualitatem proprio Beneficiarii aere haud posse utiliter coli, ac necessario esse locanda, quin spes effulgeat locationem temporariam aequiparari posse fratrum Gauttieri propositionibus.* =

Ex quibus Episcopi verbis patet etiam adesse beneficii utilitatem, præsertim cum affixis edictis nec superata fuerit oblatio fratrum Gauttieri, nec alius comparuerit. Concurrente autem utilitate permittitur Emphyteusis a *Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alienand. et a cap. ad aures de reb. Eccles. alienand. vel non.* Utilem autem esse Emphyteusim declarat *Card. de Luca de Emphyt. disc.* 30. *num.* 6. cujus canon æquat bonorum fructum. Attamen Sacra Congregatio ad severiorem revocans Sacrorum Canonum trutinam hanc sententiam, in *Romana Emphyteusis* 23. *Novembris* 1793., tertiam mandavit edictorum affixionem, cum major ex Oblatoribus Canonem proposuisset, qui vix annuum bonorum reditum superabat; Licet ageretur de emphyteusi ad tertiam genera-

rationem dumtaxat. Si evidens igitur, et *vera* ab ipsa requiritur utilitas in temporanea Emphyteusi, multo magis ab eadem præcipitur in emphyteusi perpetua. Inspiciendæ hinc ab Oratoribus propositæ circumstantiæ, ut judicare possint EE. VV. num beneficii revera hæc adsit utilitas, quæ perpetuam suadeant esse concedendam emphytheusim. Porro Oratores dicunt in precibus a Conductoribus ante annum 1792. numquam superatam fuisse pensionem *Lirarum* 220., postea vero numquam ab ea æquiparatam fuisse summam *francorum* 250. Nunc autem prædia in Emphyteusim dederunt pro annuis *Luigi* 24., unde summam scutor. 105. et obol. 60. constituitur. Dum autem Fratres Gauttieri pro perpetua hac emphyteusi obtulerunt *Luigi* 24. *semplici* reditum à Perito assertum auxerunt in scutis circiter sexdecim. Videndum itaque ab EE. VV., utrum hic Canon tantæ utilitatis habendus et adeo utilis sit Beneficio, ut pro eo concedi possit Emphyteusis perpetua. Addendum prætera omnes taxas, et vectigalia ab hoc Canone desumi debere ex inita conventione, quod tamen cum juris dispositionibus minime convenit: Etenim *Leg.* 3. *Cod. de Jur. Emphyt.* sancitur omnia vectigalia, et taxas ab emphyteuta esse solvendas; quæ licet legis dispositio peculiaribus contractuum pactis tolli possit, ut docent Doctores, attamen in emphyteusi Ecclesiastica observanda omnino videtur, quæ evidentem præseferre debet utilitatem, in qua proinde nisi Canon superet bonorum redditum admitti adeo facile hoc peculiare pactum non debet. Cum autem constat de Ecclesiæ utilitate tunc concedi sanationem, et suppleri posse defectui Apostolici Beneplaciti tradunt. *Thesaur. quaes. Forens.* 37. *num.* 2. *lib.* 3. *Card. de Luca de alienat. disc.* 1. quibus addendæ tum Rota *in recent. decis.* 350 *num.* 18. *par.* 5.; et Sacra Congregatio *in Collensi Emphyteusis* 2. *Maii anni proxime praeteriti* 1818. Nec si evidens adsit Beneficii utilitas, impedimento est *perpetuitas* emphyteusis, quominus Apostolicum concedatur Beneplacitum; Pluries enim dum evidens Ecclesiæ utilitas, et justa concurrebat causa, Apostolicum concessit Beneplacitum Sacra Congregatio, ut vi-

videre est in *Privernen. Emphyteusis* 16. *Junii* 1787., *et in Faventina Emphyteusis* 18. *Aug. ejusdem anni*.

Si censeant EE. PP. hæc omnia perperam huc usque peracta Apostolica esse auctoritate sananda; inspiciant, quam suadebat Episcopus, apponi scilicet conditionem = *Ut bona Beneficii propria specialiter hypotecentur pro annua fructus, sive Livelli, sive pensionis solutione, actusque omnes hujusce contractus in Vercellensi Curia peragi in eaque inseri debeant*. Atque simul decernant, an quidquam ab Emphyteutis Gautieri solvendum sit *Laudemii* titulo.

Quæritur in II. dubio, an, et quomodo sit Oratoribus concedenda absolutio a Censuris. Etenim in Censuras incidunt, qui Ecclesiasticorum bonorum alienationis contractum conficiunt sine *Apostolico Beneplacito* ut docet *de Petr. Comment. ad Const. Apostol. Paul. II. Tom.* 6. *pag.* 397. Porro Oratores contractum stipularunt ne reservato quidem recursu pro ejus approbatione ad Sanctam Sedem. Videntur præterea propriam præcipue inspexisse utilitatem, nam ajunt in Istrumento = *essendo del loro interesse il megliorare il più, che sia possibile il reddito degli stessi beni col riflesso massime, che venendosi a rendere il d. Beneficio vacante colla morte dell' attuale Possessore, essi beni in forza del real decreto del 25. Aprile dell' ultimo scorso Anno* 1810. *sono dichiarati liberi nella Persona di chi n' è Possessore del Patronato attivo, a cui sono vincolati* = Atque Apostolici Beneplaciti eo magis culpabilis videtur omissio, quo electus unus fuit ex compatronis, qui Procuratorio cæterorum nomine contractum iniret, qui quidem Sacerdotali dignitate præfulget, quique Ecclesiæ sanctas leges ignorare non poterat. At plurimum condonandum videtur etiam illorum temporum acerbitati, in quibus summo bonorum omnium mœrore quivis ad Summum Pontificem prohibebatur accessus. Videant ergo an hæc difficultas supplere aliquo modo possit Oratorum bonam fidem, ut ipsis absolutio concedi possit.

Dubia itaque proponuntur.

I. *An quomodo sit locus sanationi contractus, et Beneplacito Apostolico in Casu etc.*

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione in Casu ec.*

Die Sabathi 6. Martii 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FULGINATEN. REDUCTIONIS.

Sess. 24. Cap. 13. De Refor.

Dub. = *An, et quomodo sit concedenda reductio in casu etc.*

Affirmative ad viginti Missas tantum ad decennium

VERCELLEN. EMPHYTHEUSIS, ET ABSOLUTIONIS.

Sess. 25. Cap. 11. De Refor.

Dub. I. *An, et quomodo sit locus sanationi contractus, et Beneplacito Apostolico in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione in casu etc.*

Ad I. Dilata, et scribatur Episcopo juxta mentem

Ad II. Affirmative imposita aliqua salutari poenitentia arbitrio Episcopi.

Sess. 24. Cap. 5. et 5. De Refor. Matrim.

AURIEN. DISPENSATIONIS. Ex Summi Pontificis oraculo iterum hæc proponitur Causa, de qua actum est in Congregatione diei 19. Decembris præteriti anni, cum placuit Emis Patribus Dubio = *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consumato* respondere = AFFIRMATIVE.

Defensor Laurentiæ Grande, quæ dispensationem postulat, cum in præterita actione victoriam obtinuerit, breviter jam adducta rationum momenta complectitur in Memoriale *Reassumatur*. Asserit probationem numeris omnibus absolutam erui ex Concordi juramento utriusque Conjugis, ex juramento septimæ manus ab una, alteraque parte præstito, ex pluribus Testibus, ac demum ex recognita Mulieris virginitate.

Quin suspectum dici valeat præstitum a Laurentia jusjurandum, vel tanquam collusivum notandum sit jusjurandum a Viro Benedicto Colilla præstitum. Quæ enim hac de re præscribunt Canones, ut quævis fraus a Matrimonii Sanctitate propulsetur, locum habent, ubi in solo juramento Conjugum solidetur probatio non sequutæ consumationis. Aliter enim judicandum prescribunt SS. Ecclesiæ Canones, aliter censuit S. hæc Congregatio, cum jusjurandum Conjugum, vel etiam solius Mulieris, confirmetur septima Propinquorum manu, et ei famuletur inspectio virginitatis.

Hinc cæteros Testes ad abundantiam adductos sub rigida censura ponere supervacaneum putat, cum secus etiam ab eorum depositionibus satis consistat legitima non sequutæ consumationis probatio: quorum tamen Testium dicta a peculiaribus exceptionibus vindicare conatur, cum præsertim de acta, vel non, Consumatione rogati sint, de qua non nisi ex auditu, vel Credulitate deponere poterant.

Rite vero peractam fuisse sustinet Corporis inspectionem, statim ac Emus Episcopus, deficientibus obstetricibus, Mulieres bonæ famæ, expertas in opere maritali, et a Peritis instructas elegit, atque ita Instructionem S. Congregationis ad tramites juris, nimirum juxta censuram *Cap. Litterae Vestrae 7. de Frigidis, et Maleficiatis*, est interpretatus.

De-

Defensor autem Matrimonii præter allatas jam in anteacta Propositione novas exhibet Animadversiones, ut probationem non sequutæ consumationis excludat, vel saltem novam præscribendam Corporis inspectionem suadeat. Ac primum negat fidem esse adhibendam Mulieris jurejurando, tum quia ex animo transeundi ad alias Nuptias prodivit, tum quia ipsa Mulier dum de Sponsalium, et Matrimonii celebratione loquuta est, plurimis contradictionibus, ac mendaciis sese implicuit. Hinc corruit septimæ manus jusjurandum, ut pote famulativum juramento Mulieris.

Quo vero ad inspectionem corporis ita illam contra Benedictinæ Constitutionis præscriptum, et contra Sac. hujus Congregationis Instructionem contendit fuisse peractam, ut nulla ex ea erui possit non sequutæ consumationis probatio; ita ut nequeat præsens absolvi judicium, nisi nova, et accurata fiat Mulieris inspectio, ut ipse Defensor Matrimonii solemni emissa protestatione postulat. Etenim contra Benedictinam Constitutionem peccatum dicit, ex quo plurima acta hujusce recognitionis absoluta fuerunt nec *praesente*, nec *accito* Defensore Matrimonii; contra vero Instructionem S. Congregationis peccatum dicit, ex quo non tres Obstetrices, sed tres Mulieres intra tres dies a Peritis instructae de signis Virginitatis retulerunt, atque ita res adeo gravis est absoluta. Sed ne actum agam cum rationes a Defensore Lucretiæ adductæ pro dispensatione, cumque Exceptiones a Defensore Matrimonii oppositæ eædem ferme sint, quæ hinc inde propositæ fuerunt in anteacto certamine, easque in Folio diei 19. Decembris collegi, illud reassumere precor Emos Patres, ut dirimere possint.

Dubium

An, sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis.

CO-

Sess. 25. cap. 5. de Reform.

COMACLEN. In strenuo Partium conflictu jus redditum est in hac Causa in Congregatione diei 11. Julii præteriti anni. Nam proposito Dubio = *An, et quomodo Possessores Canonicatus S. Pii V. nuncupat. teneantur coadjuvare Archipresbyterum Comaclen. in cura Animarum* = datum est Responsum = AFFIRMATIVE JUXTA PROVIDAM ORDINATIONEM AB EPISCOPO OMNINO FACIENDAM = Ex obtento novæ Audientiæ beneficio per Canonicum Cajetanum Samaritani, qui Causa ceciderat, cum iterum esset proponenda, statuta per *Decretum* hæc dies fuit reiterando certamini. At Defensores Archipresbyteri Antonii Gentili, cujus favore prodiit Resolutio, satis Causam perorasse putant in præteritis allegationibus, ex parte vero Canonici Samaritani nihil mihi exhibitum est. Hinc sat erit, ut Emi Patres dignentur reassumere Folium prædictæ Congregationis 11. Julii 1818. et pro eorum sapientia respondere.

Dubio

An, sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

SUTRINA JURISPATRONATUS. Hujus Causæ speciem, et rationum momenta exhibet Folium *diei* 11. *Aprilis elapsi anni* 1818. Cum vero ea die non fuerit proposita, in sequenti Congregatione habita *diei 2. Maii ejusdem anni*. Dubio = *An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.* = Responsum datum est = *Dilata, et scribatur Ordinario pro nova Informatione, et voto et referat cui delata fuerit haereditas Luciae Santucci, audita Dominica Donatini* =.

Hæc

Hæc vero habet Episcopus Sutrinus in nova Informatione = *Circa primum haereditas Luciae Santucci immediate delata est in ejus filium Franciscum virum Dominicae Donatini, a Francisco in ejusdem filios, ab his ut pote Matri praemortuis in eorumdem Matrem Dominicam Donatini.*

Audita Dominica Donatini haeres Luciae Zappettoni Santucci haec opinatur ad se cum haereditate omnia jura haereditatis Zappettoni transiisse; ac propterea etiam juspatronatus Capellaniae a Zappettoni institutae; sin minus, unam vocem simul cum Josepho Falcinelli, cui relicta fuit altera vox a Dulcissima Santucci.

Postrema haec sententia, cui videtur acquiescere Donatini, videtur quoque mihi aequitati magis consona; quoties Eminentiae Vostrae non decernant, factum esse locum Ordinario liberae collationis.

Ut enim Falcinelli agit jure donationis; sic Dominica Donatini jure haereditario, neuter autem jure gentilitio, unde videtur aut excludendus uterque, aut utrique jus tribuendum.

Vestrum nunc est Emi Patres reasumpto folio diei 11. Aprilis præteriti anni, Dubium, quod proponebatur, expedire.

An quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.

Iterum proponatur.

URBEVETANA REDUCTIONIS, ET APPLICANIS. In celebri Urbis Veteris Cathedrali Ecclesia Chorali servitio addicti sunt, duo de viginti Canonici, duodecim de Massa Beneficiati, ac triginta Capellani quorum viginti quatuor primæ, reliqui vero sex secundæ dicuntur Erectionis. Nimis miseram suam exponentes conditionem præfati viginti quatuor primæ erectionis Capellani, qui dum ex propria præbenda an- *Sess. 24. cap. 15. de Reform.*

I nu-

nuum reditum non excedentem scuta 23. percipiunt, alternativumque præstare tenentur servitium, omnes vero diebus Festivis, ac unicuique impositum est onus annuas 60. Missas celebrandi, postularunt, ut Capellaniarum numerus ad medietatem reduceretur, aucto reditu superextantibus, utque Sodalitas S. Mariæ *della Stella* (quæ in Oratorio adjacenti Cathedrali erecta est), supprimeretur, ejusque reditus, adimpletis oneribus, duodecim Capellanis, qui superessent, applicarentur.

Preces remissæ fuerunt Episcopo, ut auditis tum Capitulo, tum Confratribus S. Mariæ per secreta suffragia, ejusque sodalitii transmisso statu activo, ac passivo suam aperiret Sententiam. Capitulum Capellaniarum non expedire autumat reductionem; at Capellanorum adversam commiserans conditionem, suppressionem Sodalitii ejusque redituum applicationem Capellanis commendat, novos vero istos reditus iis dumtaxat distribuendos existimat, qui juxta numerum Punctaturarum Choro erunt frequentiores, ac diligentiores. Confratres autem sodalitii suppressioni sese opponunt, et requisitum statum activum, et passivum exhibuerunt, ex quo colligitur reditus annuos superare impensas in summa scutorum 14. Suam vero Sententiam ita proponit Episcopus = *Praedicti Capellani Oratores commiseratione digni sunt, et aliquod subsidium, seu redditus augumentum promerentur pro servitio, quod Ecclesiae praestant. Non video quod detrimentum pateretur Chori servitium, si viginti quatuor reducerentur ad viginti, suppressis quatuor, quorum onera Missarum imponerentur pro rata viginti Capellanis, et reductio ac suppressio fieri posset de actu vacantibus, et successive vacandis. Nam in hoc Cathedralis Choro habemus Canonicos decem octo, Beneficiatos de Massa nuncupatos duodecim, et Capellanos triginta, et sic actu sexaginta inservientes, ex quibus detractis quatuor, remanerent in posterum quinquaginta sex, quorum numerus sufficiens videtur pro Chori servitio in diebus Festis, quorumque medietas ratione alternativae pariter sufficiens videtur pro diebus ferialibus.*

De-

Deinde sodalitium de quo agitur, revera non habet eam Ecclesiasticam utilitatem, unde supprimi non possit ad hunc finem, ut Chori Cathedralis Ecclesiae servitio provideatur, eo vel magis quod sodalitia plurima in hac Civitate habemus; et quemadmodum jamdiu nonnulla Pontificia auctoritate suppressa fuerunt pro hujus Hospitalis subsidio; ita hoc de quo agimus supprimi sine detrimento posset pro subsidio Capellanorum Chori, semper oneribus retentis, et Capellanis imponendis; et quamquam Sodalitii tenues sint Redditus, aliquod nihilominus esset subsidium pro Capellanis, et esset sufficiens, si praeterea Reductio fieret quatuor Capellaniarum ut supra. Qua in re notandum est, quod si sodalitii redditus Capellanis applicentur expensae plures cessabunt in passivo, et major erit summa activa: atque in casu suppressionis parvum sodalitii Oratorium, quod Cathedrali est adnexum, poterit ab Episcopo concedi piae alicui Congregationi Laicorum sine redditibus, et ita nec profanabitur, nec clausum remanebit =

Agitur itaque *in I. Dubio* utrum sit concedenda Capellaniarum reductio. A suppressione beneficiorum, quæ totalem importat beneficii extinctionem, præbendarumque diminutionem abhorrent S. Canones ut *ex cap. Ex. parte* 12. *de Constit*: non debet enim Divini Numinis cultus minui, sed augeri. Si tamen justa occurrat causa, si necessitas, ut utilitas Ecclesiae id suadeat, permittitur suppressio, ut docent *Pyr. Corrad. in praxi rei beneficiariae lib.* 2. *c.* 8. *num.* 13. *et Reinff. in lib.* 3. *Decret. tit.* 12. §. 3. *num.* 32., *et* 33. Inter justas causas recensetur nedum a *Garzia de Benefic. Ecclesiastic. part. ultima c.* 1., et doctoribus supra citatis, sed etiam a SS. Tridentina Synodo diminutio redituum, *sess.* 24. *Cap.* 15. *De Reform.* ibi enim ait. = *In Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus ubi frequentes, adeoque tenues sunt praebendae cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, et personarum qualitati non sufficiant: liceat Episcopis cum consensu capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia iis unire: vel*

si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint, quarum fructus, et proventus reliquarum Praebendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen ut tot supersint, quae Divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiae commode valeant respondere =.

Porro in themate tenuitas habetur præbendarum, seu Capellaniarum primæ erectionis, que 24. annua Scuta dumtaxat Capellano præbent cum onere choralis servitii, et sexaginta Missarum. Harum diminutioni favet Episcopus quoad numerum quatuor dumtaxat, nullumque ex hujusmodi reductione detrimentum Chorali servitio oriri censet. Adversatur tamen Capitulus, sibique detrimentum obvenire exponit ex quacumque Capellaniarum diminutione. Certum tamen in jure est Capituli consensum requiri ad validitatem, si suppressio, ac unio præbendarum fiat ab Episcopo ordinaria tantum facultate *ex cap. cum accepissent de constitut. et ex cit. Trid. Sess. 24. cap. 15. de Reform.*, necessarius autem non est, si a Summo Pontifice peragatur, quia Papæ auctoritas supplet omnes solemnitates ut definitum fuit *in Anconitana Terrarum cor. Seraphin.* relata *a Garzia de ben. part. 12. cap. 2. num. 165.*, et ut docet *Corrad. in prax. beneficiar. lib. 2. cap. 7. num. 19. 29. et 32.*

Compertum præterea est SS. Canones previdisse detrimentum, quod afferri posset Chorali Servitio ex præbendarum diminutione; nihilominus permittitur a Tridentino diminutio, modo tamen tot supersint Præbendæ, quæ divino cultui celebrando, et Ecclesiæ dignitati commode valeant respondere.

Videant ergo EE. Patres, utrum justa, ac necessaria causa pro suppressione concurrat, et an satis provisum sit divino cultui, et Ecclesiæ dignitati, si medietas Præbendarum supprimatur, ut postulant Oratores, vel potius adhærendum sit Episcopi voto, qui quatuor dumtaxat Capellaniarum suppressionem proponit.

De suppressione sodalitii S. Mariæ *della Stella* Sermo

est

est in *II, Dubio*. Quæ a jure prescribuntur, quoad suppressionem beneficii, pro loci pii etiam extinctione militare videntur. Justa, quæ requiritur causa, adest, ut nimirum subveniatur Capellaniarum tenuitati, Addit Episcopus Sodalitatem S. Mariæ tantæ non esse Ecclesiasticæ utilitatis, ut supprimi non possit in Capellanorum subsidium, pluresque alias hujusmodi sodalitates extinctas fuisse, ut Urbevetano Hospitali ops afferretur: Quatenus EE. PP. censeant expedire Confraternitatis suppressionem, ne Oratorium ad prophanos usus convertatur, illud alicui piæ Laicorum Congregationi a se concedi posse autumat Episcopus, Animadvertant tamen Eminentiæ Vestræ ex transmisso activo, et passivo statu constare, reditum Sodalitii vix in Scut. 14. superare exitum; ac proinde videant, utrum talis sit Capellanorum inopia, quaæ suadeat suppressionem Sodalitatis; ex qua haud magni momenti reditus augeretur.

Animadvertendum tamen est annuum reditum juxta statum a confratribus exhibitum esse scut. 77. exitum vero scut. 63. At hujusmodi exitus, si fieret suppressio, et unio, cohiberetur ad scuta tantum sex, et obul. 80, pro Datiis, et impositionibus; cæteræ enim partitæ in dicto statu relatæ vel respiciunt onus Missarum, quæ a Capellanis celebrarentur, vel eas expensas, quæ extincto sodalitio evanescerent, ita ut in casu suppressionis, et unionis superessent annua scuta septuaginta Capellanis tribuenda.

Quatenus autem Sodalitii suppressionem expedire non judicaverint EE. PP.. aliam viam adhuc proponit Episcopus, de qua in *III. Dubio* agitur. En ejus verba = *Quod si praedicti Sodalitii suppressionem S, Congregatio expedire non judicaverit adhuc ex eodem sodalitio subsidium aliquod concedi Capellanis Oratoribus poterit. Dari enim potest Capellanis perpetuum adimplementum Missarum tam Lectarum, quam in cantu cum respectiva eleemosyna, et uni eorum ab Episcopo eligendo dari poterit administratio bonorum Sodalitii gratis facienda, ut economice fiat sine expensis Camerarii Sacristae, et Cancellarii,*

rii, et denique Capellanis assignari perpetuo poterit, quod (oneribus impletis) quolibet anno ex reditibus supererit: =

Ac demum ita concludit Episcopus = *Ad extremum notare puto quod, quodlibet subsidium Capellanis concedatur, illis sub conditione decernatur, quod in Chori, et Ecclesiae Cathedralis servitio sint diligentiores, et Beneficiis Massae debeant associari in Cantu Gregoriano Missarum, et antiphonarum in libro in Medio Chori, quod hactenus non faciunt, eo quod ob tenues proventus se non teneri dicunt, aliisque associentur functionibus* = Quibus et illud addam; quod Tridentinum præscribit *Sess.* 24. *cap.* 15. *De Reform.* superius citata, ut nimirum suppressorum beneficiorum fructus quotidianis distributionibus applicentur; quæ omnia locum habebunt, quatenus EE. PP. Capellanorum inopiæ quorumcumque redituum applicatione subveniendum duxerint.

Dubia proponuntur

I. *An, et quot Capellaniae sint reducendae in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit locus suppressioni Sodalitii S. Mariae in casu etc.*

Et quatenus negative ad II. Dub.

III. *An, et quomodo sit concedenda Capellanis primae erectionis administratio redituum, custodia Sacrarii, et implementum Missarum ejusdem sodalitii S. Mariae nec non facienda applicatio redituum favore eorumdem Capellanorum in casu etc.*

Ad I. Affirmative pro sex Capellaniis, et juxta votum Episcopi facto verbo cum Sanctissimo.

Ad II., et III. Negative.

NA-

NAPOLITANA REDUCTIONIS = Princeps Fabricius Ruffus Testamento Anni 1691. gentilitiam Neapoli erexit Capellam, quam curandam tradidit sex Capellanis, qui essent ad nutum amovibiles, et Laicales, imposita conditione, ut quotidie Sacrum in ea peragerent, et eorum quinque diebus singulis interesse deberent Missæ a Rectore celebrandæ. Eorum cuilibet annua Neapolitani Regni Ducata 40. assignavit, præter alia annua ducata 120. pro cæteris substentandis Capellæ oneribus; in totum annua ducata 360 pro quorum securitate ejusdem Palatii sui reditus obligavit, immo, ut Emus Archiepiscopus refert, omnia sua Hæreditaria Bona. Post annos 1784. et 1796., Capellanorum assignamentum ad annua 72. ducata evechectum invenitur quin tamen appareat, quomodo, et ob quam Causam id contigerit, et quibus Bonis hæc nova redituum accessio fuerit constituta.

Ses. 22. Cap. 6. et Ses. 25. Cap. 4. de Reform.

Modernus Princeps Franciscus Ruffus Pii Fundatoris hæres et Orator, hoc augmentum factum fuisse dicit ab Administratoribus Montis *dei Ruffi*, ex cujus locorum reditu annua Capellanorum pensio præstabatur, et certe id contigisse videtur posse præsumi, quod circumstantiis immutatis nimium tenuis ducatorum 40. reditus evaserit. Præteritorum temporum injuria factum est, ut Mons *dei Ruffi* prorsus evanuerit, et plurimum mutata fuerit Principis Francisci Oratoris rei familiaris fortuna; hinc a Smo postulavit, uti sex prædictæ Capellaniæ ad quatuor tantum redigerentur, quia = *Comechè lo stato attuale delle cose più non permetta potersi adèmpire quanto sopra, ed a norma di tutto ciò venne stabilito dal Governo del già disciolto Monte, e che le Rendite attuali di detta Cappella più non siano capaci, per le circostanze de tempi di mantenere sei Cappellani, come dalla prima Istituzione, ma solo quattro* =

Preces Oratoris Emo Archiepiscopo de more ablegatæ fuerunt, ut transmissa fundatione, et statu activo, et Passivo Capellaniarum, audito præsertim Administratore referret de annuo Reditu; Utrum reditus Orato-

toris culpa decreverint, vel augeri possent, an aliquis de jure ad supplementum cogi posset, et denique an quoad præteritum onera adimpleta fuissent.

Singulis Archiepiscopus diligentissime respondet, et exposita ab Oratore confirmat; quin tamen documentum aliquod ad fundationem spectans trasmittat. Testamentum Pii Fundatoris perlegisse testatur, ut ea, quæ ab eo S. Congregatio postulabat, sibi innotescerent: Hinc satis constare dicit reditus haud Oratoris culpa, sed ob infandas præteritorum temporum vicissitudines decrevisse, eos minime augeri posse, ex eo quod nulla spes effulgeat iterum jura Feudalia acquirendi et restaurandi *gli Arrendamenti*, *e Fiscali LL.* neminem esse qui cogi de jure possit ad supplementum, neminem interesse habere, si ipsum Oratorem excipias; qui etiam unus Reddituum Administrator existit.

Quo vero ad implementum onerum præteritorum = *Vi è stato un Voto (inquit Emus Archiepiscopus) di Legati non adempiti ascendenti alla somma di Ducati* 5454. 75. *e questi con Rescritto Pontificio degli* 11. *Maggio* 1817. *per organo della S. Congregazione della Reverenda Fabrica di S. Pietro sono stati assoluti* =

Contra Pii Fundatoris voluntatem ageretur, si Capellaniæ ad quatuor reducerentur, quas ille sex esse voluit. Porro exploratum in jure est ultimas defunctorum voluntates minime esse commutandas, nisi juxta; ac necessaria accedente causa, *ut ex Can. ultima Voluntas Caus.* 17. *quaest.* 2. *Concil. Trident. Sess.* 22. *Cap.* 6. *et ex Romana Commutationis voluntatis* 14. *Junii* 1806. Verum e contra inter justas causas commutandi defunctorum voluntates diminutio fundorum, vel fructuum absque Administratorum culpa recensetur. Hac enim de causa onerum reductionem concessit Sacra Congregatio *in Senogallien. Reductionis* 10. *Maii* 1783. *in Novarien. Reductionis Missarum* 23. *Novemb.* 1793. et sæpe sæpius ob imminutionem fructuum Locorum Montium reductionem indulsit, *ut in Romana supplementi, et Reductionis* 23. *Januarii* 1802. *ad II. Dubium, et in Civitate Castell. Reductionis* 19. *Julii* 1806., et alibi.

Hic

Hic tamen animadvertendum est pro sex Cappellaniis, cæterisque Capellæ oneribus obligata fuisse nedum Loca Montis *dei Ruffi*, ne dum fructus Palatii, sub quo ædificata est Capella, sed universam Pii Fundatoris Hæreditatem, si quidem ut refert Emus Archiepiscopus = *Si rileva lo stato attivo, e Passivo delle dette Cappellanie, cioè, che la Rendita assegnata dal Testatore fu di annui ducati 240. obbligando tutto l' Asse ereditario col peso di sei Cappellanie quotidiane* =

Hinc licet Patrimonium Ruffo, teste eodem Archiepiscopo = *Sia ora divenuto in uno stato molto deplorabile*, idque non Oratoris culpa, tamen haud verosimile videtur tantis premi angustiis, ut ferre nequeat annuale onus 144. ducatorum, quot pro duobus Capellanis requiruntur, et aliunde S. Congregatio Reductiones, et imminutiones denegare solet, ubi pares oneribus sunt reditus *uti in Ostunen. Reductionis Missarum 4. Decembris 1784., in Capuana Reductionis Missarum 4. Decembris 1792. in Maceraten. Reductionis Missarum 12. Junii 1794.*

Attamen prætereundum non est, fundationem sex Capellaniarum ab initio factam fuisse, assignato cuilibet annuo reditu ducatorum quadraginta, unde pro omnibus annua ducata 240., requirebantur. Nunc vero aucto Capellanis stipendio usque ad ducata 72. etiamsi petita concedatur reductio, requiruntur annua ducat. 288. nimirum quadraginta et octo ducata supra id, quod pro Capellaniis impendi jusserat Testator. Videant ergo EE. Patres, an non solum juris rigor, sed etiam æquitatis ratio suadeant indulgendum esse Oratoris instantiæ. Emus Archiepiscus petitam concedendam esse reductionem putat his verbis = *Avendo considerato maturamente l' affare, e rilevando, che le sei Cappellanie di annui ducati 40., per ciascuna, riducendosi a quattro di annui ducati 72. dovrà l' Oratore sborzare di più annui ducati 48. mi sembra regolare la sua domanda, e perciò stimo, che possa accordarsi la chiesta riduzione di sei Cappellanie a*

quattro , coll' aumento però di ducati 40. , a ducati 72. per ciascuna .

Dubium erit

An , et quomodo sit locus reductioni Capellaniarum in casu etc.

Affirmative ad quatuor Capellanias firmo remanente augmento ad ducata septuaginta duo pro unaqualibet juxta votum Emi Archiepiscopi facto verbo cum SSmo .

Sess.22. Cap.6. de Reform.

MELEVITANA SUBSIDIORUM DOTALIUM . Paulina Gafà in ultimis tabulis anni 1683 statuit, ut unoquoque ineunte quinquennio duabus Puellis consanguineis, virginibus, inopibus, et majoris ætatis duæ solverentur dotes ex biennali reditu suæ hæreditatis : quinti vero anni reditus in melioramentum, vel augumentum Capitalis erogarentur . Cum multæ post tot annorum lapsum essent hujusmodi pauperes consanguineæ supplicarunt Sac. Congregationem anno 1815, ut quolibet biennio illæ duæ solverentur dotes, attento incremento tum Capitalis, tum redituum. Huic petitioni obstitit Baronissa Marianna Muller, quæ jus quæsitum habebat ad integrum subsidium dotale, ex biennali quidem, non ex anni unius tantum reditu constans. Proposito hinc *in Congregatione diei 14. Junii anni* 1817. dubio = *An , et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis Paulinae Gafà ; seu potius sint distribuenda subsidia dotalia ad formam Testamenti in casu etc.* = respondere dignati sunt Emi PP. = *Affirmative ad primam partem juxta petita, attento augumento redituum ; firma remanente erogatione eorumdem quolibet quinto anno ad formam fundationis , et salvis juribus Mariae Annae Muller pro integro subsidio , quo vero ad secundam partem negative* = .

Cum primum quæstio hæc ad Sac. Congregationem delata est , injunctum Episcopo fuit sub die 18. Februarii 1815. ut omnibus interesse habentibus præfigeret ter-

terminum ad deducendum jura sua, quod iterum repetitum est sub die 13. Februarii sequentis anni 1816. Retulit Episcopus in suis litteris diei 25. Junii ejusdem anni 1816. terminum unius mensis præfixisse. At bimestri post, nimirum die 27. Augusti, Catharina Gatt, Maria Borg Olivier, et Catharina Terziolo, omnes jam in matrimonium collocatæ, tanquam Testatricis consanguineæ, et proximiores neglectam sibi termini præfixionem accusantes in Curia Episcopali Melitensi declararunt = *che esse si uniscono alla Signora Baronessa Muller Alessi nell' opporsi alla pretesa divisione, ed alla deroga in questa parte della volontà di detta Fondatrice, riservandosi di allegare le loro ragioni nella Corte Romana* =.

Iisdem verbis sub eadem die id ipsum repetitum est a Vincentio, Benedicto, et Joseph Bonavita = *come rappresentanti delle loro rispettive discendenze, le quali si connumerano tra i prossimiori consanguinei di detta Fondatrice* =. Cum hæ declarationes mihi exhibitæ fuissent in pervigilio Resolutionis diei 14. Junii 1817. cumque edito EE. VV. Rescripto statim novis exhibitis precibus postulatum fuerit, ut iterum Causa ad trutinam revocaretur, rescriptum est *Reproponatur in Folio*; ast post fere biennii lapsum nihil mihi exhibitum est.

In protestationibus seu declarationibus tum familiarum Bonavita, tum Catharinæ Gatt, Mariæ Borg Olivier, et Catharinæ Terziolo legitur ideo se obsistere petitioni reliquarum consanguinearum, quia ipsæ asserunt sunt Fundatrici proximiores consanguineæ. Hinc majori jure fulciri se dicunt cum habeant jam quæsitum præ reliquis consanguineis jus ad subsidia dotalia; quo jure expoliarentur si æquæ ac cæteræ consanguineæ, quæ commutationem voluntatis petierunt, subsidium dotale sibi integre debitum promedietate solveretur. Animadvertant tamen EE. PP. ex protestationibus Legaliter ad S.Congregationem missis dumtaxat erui assertionem, quam tum familiæ Bonavita, tum reliquæ Oratrices sese proximiores Testatrici consanguineas declarant, nulla alia exhibita probatione. Addendum insuper est, Tres superius memoratas Fœminas jam nupti traditas esse, quin constet veniam

impetrasse ad assequendum subsidium Dotale post initum Matrimonium, quod sibi prudenter cavit Basonissa Muller.

His præmissis videant EE.Patres reassumpto Folio diei 17. Maii in quo relata fuit hæc causa, et folio 14. Junii, in quo extat resolutio, utrum harum sex familiarum precibus annuendum sit. Quæ pro his dici possunt, quæque ipsis adversantur, eadem sunt, quæ pro, et contra Baronissam Muller in citato folio 17. Maii allata sunt. Quod si integrum subsidium dotale huic relictum est, quæ licet inter Testatricis consanguineas non esset, attamen inter ipsas connumerari voluit Paulina Gafà, videntur et hæ jus habere ad integrum subsidium, quæ reliquis, ut asserunt, proximiores sunt Testatrici.

Dubium igitur erit.

An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in casu ec.

Non proposita cum sequen.

Sess.22.Cap.11 et Sess.25. cap. 11. de Reform.

ADJACEN. Anno 1724. condito Testamento Sacerdos Joseph Lucciana Civitatis Bastiæ in Corsica duas fundavit Capellanias activi jurispatronatus sui hæredis, et ejus descendentium masculorum, passivi vero proximiorum idoneorum inter conjunctos. Capellanis onus imposuit = *Che ognuno debba celebrare due Messe per ciascuno ogni Settimana all' Altare privilegiato del SSmo Crocefisso esistente nella Cattedrale, e coll' obligo ai medesimi di assistere al Coro nei giorni festivi anche in qualità di Diacono, Suddiacono alla Messa Cantata* = Capellaniarum autem dotem constituit = *in Lire dieci mila moneta di Banco* = Scuta

vide-

videlicet Romana 1540. circiter = *che con l'aggio crede esso Testatore possino essere Lire Diecimila, e seicento* seu a Romana 1630. *che si ritrovano presso i Signori Cambiagi di Genova* = injungens præterea Exequutori suo Testamentario, quem voluit esse quemdam Philippum Felicem Poggi, et in ejus defectu illius filium Antonium, ut dictam summam a Cambiagis exigeret, ac dein arbitratu suo, et quemadmodum Testator ipse oretenus illi significaverat pro Ecclesiæ, et Capellaniarum bono illam tuto collocaret.

Nil hac de re actum videtur usque ad annum 1730. quo constat, Exequutorem Testamentarium summam tantummodo *di lire di Banco 7329. soldi 9. e denari 9.* seu scuta Romana 1130. exegisse non a Cambiagis, verum a Magistratu *degli Straordinarj di Genova* sub conditione ne de ea disponeret, nisi ad Pii Testatoris voluntatem exequendam, accedente etiam consensu, et auctoritate Gubernatoris Generalis totius Insulæ Corsicæ. Quapropter ipso Gubernatore auctorante cum publico Instrumento an. 1731. eam dedit *a titolo d'Impiego, o Cambio, ed in ogni miglior modo* D. Ugoni de Fieschis Januensi, qui sese obligavit solvendi Bastiæ annuum redditum duorum cum duobus tertiis pro quolibet Centenario, imponens *L' onere di pagare un tal frutto annuale* (quod pro eleemosyna duobus Capellanis erogari debebat) *sopra a tutti i suoi Beni presenti, e futuri, sino a che se ne sgravi colla restituzione, ossia pagamento di detto Capitale, qual restituzione però detto Ecmo Signor Ugo non possa fare per anni dieci prossimi, quali passati possa restituire detta partita con rigirarla* =

Rebus nunc etiam ita sese habentibus, cumque eadem summa scut. Rom. 1130. adhuc maneat apud Fieschos, Joseph Maria Morelli filius unicus Annæ Lucciana, quæ unica, et universalis hæres extat Patrimonii Lucciana, et omnium, singulorumque jurium quæ etiam ex parte Dominus Josephi Institutoris duarum Capellaniarum eidem Patrimonio competunt optaret hanc pecuniam a Fieschis exigere, eamque super propriis Bonis, fundisque tutam reddere. Oblatæ in id

id Preces remissae fuerunt Episcopo Adjacensi qui audito præsertim Capitulo, Capellanis, et omnibus interesse habentibus referret de valore fundi ad Capellaniam spectantis, et annuo reditu, de bonis Rusticis subrogandis liberis ab omnibus oneribus, et hypothecis, eorumque valore, et annuo redditu per Peritum ex officio, et de evidenti Capellaniarum utilitate.

Episcopus omnibus interesse habentibus per edictum vocatis, neminem extitisse declarat, qui aliquid opposuerit, dein S. Congregationem certiorem facit sibi constitisse Fundum ad Capellanias spectanctem consistere in Capitali scutorum Rom. 1130. cum dimidio, annuum vero reditum ratione duorum cum duobus tertiis pro quolibet centenario; bona rustica subroganda libera ab omnibus oneribus, et hypothecis per peritum ex officio ab Episcopo deputatum extimata fuisse in scutis Rom. 1300. et anno reditu scut. itidem Rom. 65.

Quod autem ad utilitatem, quæ ex proposita permutatione duobus Capellaniis derivare posset hæc habet in sua Informatione = *An in hujusmodi permutatione, seu Cambio adsit Ecclesiae, vel duarum Capellaniarum evidens utilitas, quamquam naturali quadam benignitate congruat, ut illarum bona transeant in possessionem Familiae de Morelli, nihilominus cum Familia de Fieschi sit longe ditior, et omnia ejus bona hypotheca teneantur favore earumdem Capellaniarum, adeoque tutius sit, ut in eadem permaneant, propterea nulla suppetit ratio sufficiens, qua dictum Cambium, seu permutatio permittatur.*

Et re quidem vera Rerum Ecclesiasticarum permutatio inter alienationis species accensetur ex jure *Extrav. ambitiosae de Rebus Eccles. alien. vel non.* Neminem autem latet, Res Sacras, vel ad pios usus destinatas alienari non posse, nisi vel necessitas suadeat, vel evidens Ecclesiæ utilitas, *dicta extrav. ambitiosae et cap.* 5. *de Reb. Eccles. alien. vel non, leg.*14. *et* 27.*Cod. de Sacro* 5. *Eccles. Nov.* 7. *cap.* 1. *Concili Trident. Sess.* 22. *Cap.* 11. *et Sess.* 25. *Cap.* 11. *de Reform.*

Verum aliquid de strictiori jure forsan concedi posset naturali æquitati, habita ratione Propinquita-

tis

tis Oratoris cum pio Institutore, ejus hæreditariæ qualitatis, et activi jurispatronatus, si id sine Ecclesiæ damno conciliari aliquomodo posset. Magis enim congruere videtur Canonum, et Ecclesiæ Benignitati, Piorum Fundatorum Propinquos, et hæredes favore prosequi, quam extraneos.

At hic non abs re erit animadvertere, juspatronatus activum, ex Testatoris dispositione forsitan Oratori non competere; Testator enim jus istud reliquit *al suo Erede, e suoi discendenti maschi* Orator autem utpote qui filius est Annæ Deæ Lucciana, non e masculo, sed ex fœmina ab ipso Institutoris hærede procedit, unde videtur duas Capellanias liberæ Collationis evasisse, et ab omni Patronatus jure arcendum esse Oratorem; jus enim Patronatus cum quoddam vinculum et servitutem secum ferat in rebus Ecclesiæ, fines excedere non debet, qui fuerint in Fundatione statuti, unde cum ad Lineam masculinam illud restrinxerit Pius Fundator, videtur ad fœmininam extendi non posse, nisi ex Benignitate Ecclesiæ, quæ facit, ut juspatronatus, et si Agnatitium, extincta agnatione, transire etiam possit ad Extraneos hæredes, quoties Fundator expresse, et taxative cum particula *tantum* vel alia simili suæ uni agnationi non reservaverit. Hac vero non existente particula, prout in præsenti casu, restrictum videtur ad agnationem, donec existit, extincta autem agnatione relictum censetur dispositioni Juris Communis *Fagnanus in Cap. perlatum est lib. de Jurepatron. 2. 25. et Rota in Cremonen. Jurispatronatus 6. Junii 1578. coram Serafino*, ex qua Juspatronatus agnatitium transit in hæreditarium *Rota in Recent. decis.* 509. *num.* 13. *part.* 5. *et decis.* 220. *num.* 16. *par.* 11.

Illud modo inquirendam occurrit, an pecunia quæ *a titolo d'Impiego, o Cambio, ed in ogni miglior modo* data est, quæque hypotheca afficit cuncta præsentia, futuraque Bona Debitoris, idoneum et licitum constituat fundum pro duabus Capellaniis. Porro si hæc pecuniæ collocatio, ut Cambium accipiatur, nemini dubium, quin absit in ea quidquid verum constituit Cambium, pecuniæ nempe translatio, ac proinde nonnisi, ut Cambium *Fictum* et *siccum* haberi potest: Cambia vero, quæ sicca, et ficta vo-

vocantur improbarunt Pius IV. *in Constit. cum Sicut* 1. *et S. Pius V. in Constit. In eam* 162. sin vero pro censu habeatur cum ad censum licitum constituendum juxta celeber. Bullam *Cum Onus* S. Pii V. requiratur, ut census constituatur super re immobili, quæ certa sit, ac per suos distinctos confines, ac nomina designata, nullo modo constitui potest super omnibus imponentis Bonis, ut ea Fundi censiti naturam sortiantur, quin imo census hujusmodi, utpote qui usuræ labe non careret nullus omnino esset. *Urceol. Consultat. Forens. Cap.* 22. *num.* 31. Videtur proinde nullimode probari posse pecuniæ investimentum apud Ugonem Fieschi pro dote constituenda duarum Capellaniarum.

At aliud adhuc superest, quod Sapientissimum EE. PP. judicium requirit. Compertum enim est ex superius expositis quale servitium demandatum fuerit duobus Capellanis a Pio Fundatore: Compertum etiam quale fatum Cathedrali Ecclesiæ Bastiæ supervenerit in præteritis Ecclesiæ, et Imperii vicissitudinibus. Cum ergo valde immutata Ecclesiæ Bastiæ conditio fuerit, cum ea amplius non sit Cathedralis, cum prorsus in ea modo Capitulum desideretur; quod Adjacium traslatum est; cum proinde pii Institutoris intentio, et mens satisfieri nequeat, quod onus in posterum Capellanis imponi poterit? *Porro* (inquit ac de re Episcopus Adjacensis) *ut pia Institutoris dispositio aliquo modo sustineatur, putamus non esse abs re, immo et aequum, si dictis Capellanis praescribatur aliquod servitium praestandum in dicta Ecclesia olim Cathedrali Bastiae, veluti quod quoties in ea peragenda sit, saltem diebus festis Missa solemnis; ipsi fungantur officio Diaconi, et Subdiaconi; seu celebrent in ea cum opus fuerit, mane diluculo missam, vel circa meridiem pro opportunitate populi, vel quid simile, quod tamen altiori judicio ejusdem S. Congregationis relinquimus.*

Dubia erunt

I. *An sit locus repetitioni Capitalis, et quomodo sit investiendum favore Capellaniarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit approbandum investimentum cum Oratore in casu etc.*

III. *An, et quae onera imponenda sint Capellanis in casu etc.*

Die Sabathi 27. Martii 1819. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ADIACEN.

Sess.22.Cap.11 et Sess.25. cap. 11. de Reform.

Dub. I. *An sit locus repetitioni Capitalis, et quomodo sit investiendum favore Capellaniarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit approbandum investimentum cum oratore in casu etc.*

III. *An, et quae onera imponenda sint Capellanis in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative, et investimentum esse faciendum vel in bonis stabilibus, vel in censibus ad formam Constitutionis S. Pii V.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative ad formam fundationis, sed donec redintegretur Capitulum, Capellani inserviant in munere Diaconi, et Subdiaconi in Missis Solemnibus; quo vero ad Missas lectas celebrent horis, et diebus ab Episcopo præfiniendis in populi commodum.

Sess. 25. Cap.6 De Reform.

MELEVITANA SUBSID ORUM DOTALIUM

Dum jam typis impressa fuerat hæc causa, et in præcedenti folio relata, licet ab EE. PP. non resoluta, Procurator Catharinæ Gatt, Mariæ Borg Olivier, Catharinæ Terziolo, Catharinæ, et Mariæ filiarum Judicis Vincentii Bonavita, et alterius Catharinæ filiæ Josephi Bonavita harum mihi attulit rationes manu exaratas ad parcendum expensis, qua-

rum summam majori ex parte EE. PP. habent in Foliis tum proximæ habitæ Congregationis 6. *Martii*, tum *diei* 14. *Junii anni* 1817. in quo allata a Baronissa Muller rationum retuli momenta : addendum nunc dumtaxat, si de facti specie sermo sit, tum Catharinam, tum Mariam filias Judicis Vincentii Bonavita, antequam ad Conjugales amplexus transirent, veniam ab Episcopo implorasse consequendi subsidium dotale etiam post contractas Nuptias : quod reliquas Oratrices sibi præcavisse non constat.

Si vero de rationibus, quæ jus respiciunt, sermo sit : dicunt ipsæ nullam adesse justam Causam commutandi voluntatem Paulinæ Gafà, quia falso fuit expositum redituum incrementum, unde nedum necessaria, sed et utilis deest commutandæ voluntatis causa. Falso enim expositum fuit assertum redituum incrementum hodie perdurare. Verum quidem est domus ante annum 1813. reddidisse Scuta 255. antequam scilicet pestilentiæ morbus Melitensem Insulam vastaret, et antequam plura alienigenarum millia ab eadem migrarent, nunc vero domus, quæ dotalis subsidii fundum constituunt, minorem summam reddunt, ut asserunt septem Notarii. Constat etiam ex redditione rationis administrationis hujus Legati ab Anno 1809., ad Annum 1815. introitum fuisse in Scut. 1615. circiter, exitum vero in Scutis fere 826., ac proinde libera remansisse dumtaxat scuta 789. Posito vero decremento redituum non amplius est locus commutationi voluntatis, cum deficiat utilis Causa, ob quam S. Congregatio hanc commutationem concessit. Quin imo etsi non adesset hoc redituum decrementum, nunquam præsumendum esset, Testatricem voluisse, ut adauctis reditibus decurtaretur subsidium consanguineis relictum ; minus enim nunc acciperent hodiernæ consanguinæ, quam quæ Testatricis ævuum proxime sunt sequutæ. Præterea voluit Paulina, ut Legatum a quatuor ad binos Annos reduceretur in casu tantum, quo nulla adesset ex puellis primo vocatis : Unde militat regula = *ubi voluit expressit, ubi noluit non expressit* = et cum prævidens redituum augmen-

mentum, non ideo ampliaverit numerum subsidiorum, præsumendum videtur, illa ampliare noluisse.

Dubium erit:

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Dilata, et Episcopus referat de vero actuali reditu bonorum, et quot puellis, et qua auctoritate veniam concesserit optandi sdbsidium post initas nuptias.

FIRMANA IMMISSIONIS. Concordi EE. Patrum judicio cum hæc Causa proposita fuit in Congregatione diei 5. Septembris præteriti Anni sub Dubii formula = *An, et cui sit danda Institutio, seu potius manutentio in casu etc.* prodiit Rescriptum = *Affirmative ad primam partem favore Sacerdotis Costantini Rioli; negative ad secundam, et amplius* = ex decreto Emi, ac Rmi Præfecti facta est facultas Fratribus Rioli succumbentibus iterum tentandi judicii aleam, a qua tamen recedere videntur, cum statuta nova Propositionis die nihil mihi exhibuerint. *Sess. 24. Cap. 18. de Reform.*

Novas tamen distribuet allegationes Sacerdos Rioli, in quibus nihil aliud agit, nisi occurrere difficultatibus, quas ejus Adversarii excitaverant contra supradictum Rescriptum, ut non obstante clausula = *Amplius* = novam obtinerent audientiam. Dicebant enim deficere directam Sacerdotis Costantini vocationem, quia Testatrix filios tantum primi gradus Sylvii Rioli ad successionem invitaverat, ac proinde nulla sedes vocationis inveniebatur pro Sacerdote Costantino utpote Nepote.

At Nomine Filiorum Nepotes etiam venire saltem lato modo sumpto vocabulo post *Text. in lege Justa; etc. et leg. Liberorum ff. de verbor. Signific.* tradunt *Gonzalez. Caus.* 59. *num.* 4. 21. *et* 22. *Mant. de conject.*

 ult.

ult. volunt. lib. 3. tit. 19. num. 8. et Fusar. de substit. quaest. 320. num. 33.

Nec dici posse videtur ex hac *Nepotum* comprehensione sub nomine *Filiorum* odiosam fieri extensionem de Persona ad Personam. Non enim fit extentio, cum eæ Personæ dicuntur vocatæ, quæ sub usurpato vocabulo lato modo sumpto comprehenduntur ex justa interpretatione, quæ a Juris dispositione descendit. Huic enim dispositioni juris sese conformasse dicendum est Testatores, si contrarium expresse non dixerunt, ac proinde non vi extensionis de Persona ad Personam, sed ex justa, ac legitima voluntatis interpretatione sustinetur comprehentio *Nepotum* sub appellatione *Filiorum*.

Præsertim hæc interpretatio sequenda videtur in præsenti Causa, in qua nullæ adhibitæ fuerunt Clausulæ a Testatrice, quæ compendium vocationis ad Silvii Rioli Filios tantum primi gradus cohiberent. Immo econtra tota dispositio enixum votum prodit favore ejus Filiorum quovis tempore existentium, usque adhuc, ut si quis ex iis Sacerdos fieret, Capellanum jam nominatum e sua Sede detruderet.

Dum enim Testatrix facultatem dedit eligendi Capellanum, addidit statim = *Con questo però, che questi possino rimoverlo, o rimoverli ogni volta, che fosse promosso al Sacerdozio alcuno de' Figli del Sig. Silvio Rioli etc. e di più, ch'essi Figliuoli del Sig. Silvio in luogo di Patrimonio possino o tutti, o parte ordinarsi a titolo di detta Cappellania.* =

Porro sive inspiciantur pluralia verba = *alcuno de' Figli o tutti, o parte* = sive alia perpetuitatem indicantia = *Ogni volta* = plane sequitur nil minus Testatricem cogitasse, quam restrictam ad solius primi gradus Filios vocationem eorum, quos tanto prosequebatur amore, ut protestata fuerit = *volendo, che li Figliuoli di detto Sig. Rioli siano preferiti ad altri* = *Text. in leg. Centurio. ff. de Vulg. et Pupill. Menoch. Cons.* 151. *num.* 33. *Peregrin. de Fideicom. Art.* 21. *num.* 44. *et Rota in Recent. decis.* 21. *num.* 13. *part.* 5. *Tom.* 1.

Cætera habent Emi Patres tum in nova allegatione favo-

vore Sacerdotis Costantini Rioli, tum in Folio prædictæ Congregationis *die* 5. *Septembris* præt. Anni, quod reassumere precor, ut dirimere possint dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, et amplius dummodo Sacerdos Constantinus resideat in Oppido Pinnæ, ad formam fundationis, et descriptis bonis hæreditariis Annæ Scipioni in catastro nomine Capellaniæ; fratres vero Riroli consulant conscientiæ suæ.

URBINATEN. CONCURSUS. Indicto concursu ad vacantem Parochialem Ecclesiam S. Clementis Castri Pagini in Archidiœcesi Urbinatensi, sex fuerunt qui examinis periculum subierunt. Duo reprobati fuerunt, quatuor approbati. Renunciante eo, qui primum obtinuerat gradum, electus ab Archiepiscopo fuit, qui in secundo fuerat constitutus, nomine Sacerdos Andreas Calzini. Id egre ferens Sacerdos Antonius Venturini, qui tamquam tertius fuerat approbatus statim apposuit = *nihil transeat* = tum in curia Archiepiscopali, tum apud Datariam Apostolicam, ut remoraretur concessionem Bullarum, quæ ab ipsa erant expediendæ. *Sess. 24. Cap. 18. de Reform.*

Nihil tamen profuit; nam ex decreto Emi Pro-Datarii lacerato = *nihil transeat* = Apostolicæ litteræ expeditæ fuerunt, et data est possessio Sacerdoti Calzini, ac tantum aperta est Venturinio via experiundi jura sua in judicio. Tunc ille recursum habuit ad SSmum, a quo remisso ejus supplici libello ad S. hanc Congregationem concordata da more fuerunt dubia citato tum Sacerdote Calzini, tum Promothore Fiscali. Statuta etiam pluries fuit dies proponendæ causæ, quam in præsenti Folio refero, distributis allegationibus a Sacerdote Venturini, silente Promothore Fiscali, ac silente etiam Sacerdote Cal-

zini

zini, qui ut refert Archiepiscopus interea temporis aliam prævio novo concursu Paræciam est assecutus. In I: *Dubio*, in quo num constet de irrationabili judicio Archiepiscopi, disseritur, Venturini defensor ait nedum a Constitutione S. Pii V. *In conferendis* statutum fuisse, ut injuste neglectus, ac posthabitus in collatione Præbendæ possit ab irrationabili judicio Episcopi appellare; sed et ipsi adjudicandam esse Præbendam definitum fuisse a S. Congregatione tum *in Aesina Concursus* 12. *Martii* 1736., *in Firmana Parochialis* 21. *Augusti* 1762. jamvero irrationabile in themate de quo agitur, fuisse judicium Archiepiscopi ex eo quod Venturinius dignior, et magis idoneus postpositus fuerit, nedum minus idoneo, sed et indigno, qui rejiciendus erat. Etenim magis dignus, et idoneus habendus ex S. Conc. Tridentini *Sess* 24. c. 18. *de Ref.* ex Ben. XIV. in Const. *Cum illud*, ille est, qui nedum scientia, quæ sufficiens etiam esse potest, sed et ætate, moribus, prudentia, aliisque requisitis ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis præ cæteris emicat, ut ex communi Theologorum, et Canonistarum Sententia docet Gaudent. *de visit. c. 3. tit. de post. Episc. dub.* 8. *sect.* 4. §. 5., et S. Cong. *in Assisien. Parochialis* 27. *Novembris* 1773. §. *Quanta cura*, *et in Feretrana Parochialis* 8. *Febr.* 1783. §. *Sacrorum Canonum*. Cum ergo Calzinius secundo loco, et Venturinius tertio in examine probati extiterint, non ex hoc inferendum, Calzinium esse digniorem, cum præter scientiam, cæteræ requirantur, qualitates; nec = *si quis est doctoris is* „ *etiam aptior*, *seu magis idoneus ad regimen* (Pa- „ rochiale scilicet) *habeatur*, *vel etiam habendus sit* =, ut monuit S. Cong. in Litteris datis die 10. Januarii 1721. a S. M. Clementis XIII. approbatis; et statutum fuit in Synodo Diœcesana Urbinatensi a S. Sede confirmata. At examinatores Synodales unanimiter retulerunt ob populi desiderium, Ecclesiæ utilitatem, et personales qualitates Beneficium conferendum esse non Calzinio secundo loco approbato, sed Venturino. Atque ex hac unanimi Examinatorum relatione nedum *irrationabilitatem*, sed et *nullitatem* deducit judicii Archiepiscopi defensor

Ven--

Venturini tum ex *Sess. 24. Cap. 8. de Refor.* tum ex Synod. *citat. Urbanien.* De Venturinio testes ferunt ab ingenua, ac pia familia ortum duxisse, diligentia, pietate, modestia, ac doctrina, tum cæteris in Scholis, tum in Altaris ministerio exemplar fuisse; summa diligentia et animarum utriusque sexus salute Confessarii munus exercuisse; in Calliensi Diœcesi per quatuordecim fere annos Parochi officium cum laude gessisse; et nunc Publicos Repræhesentantes hominum Paræciæ Castri Pagini Venturinium præ Calzinio postulasse. Calzinium e contra ex vili conditione natum testantur, post obtentam Paræciam S. Andreæ in Serra Ocrensi non laudabilem, nec a turpis lucri alienam vitam duxisse, pluriesque explicationem S. Evangelii omisisse; pueros fidei rudimenta non docuisse, processum in ipsum confectum fuisse, et a S. Pœnitentiaria absolutionem obtinuisse peractis prius spiritualibus exercitiis per mensem in aliqua religiosa domo. Hinc cum Calzinius ob personales qualitates omnino indignus et Venturinius dignus sit, evidens esse concludit hujus defensor irrationabile judicium Episcopi.

An Venturinio conferenda sit Paræcia quæritur in *II. Dubio*. Huic dandam esse concludit defensor ex iis, quæ in superiori dubio proposuit.

Contra vero hæc habet in sua Informatione Archiepiscopus = *Non modo Sacerdos Venturini petit nullam declarari electionem Sacerdotis Calzini in Parochum Ecclesiae S. Clementis, sed etiam sibi uti debitam, dictam conferri Ecclesiam. Irrationabilis utraque petitio, meo sensu est. Quoad praetensam electionis nullitatem tria tantum Orator affert, quae animadversionem mereantur: jactatam scilicet electionem ante scrutinii finem; praepeditum Examinatoribus praecipuorum ex ipsius Oratoris requisitis examen, et electi demerita. Falsitas intempestivae electionis ex praecedenter dictis patet apertissime. Itaque falsum esse impedimentum praedictum, non obscure eruitur ex iisdem recursus verbis. Quoties Venturinus vetitum, asserit Examinatoribus fuisse, quominus ad trutinam revocarent* li migliori requisiti dell'Oratore, *fatetur Examinatores ipsos non modo requisita omnia habuisse*

sub

sub oculis, sed tanta ea perpendisse sedulitate, ut notabiliora a minori digna consideratione secreverint. Si aliqua tantum, non omnia perpendissent, ignorassent profecto quanta ea essent ponderis, quae occulta eis remansissent. Neque hinc Venturini confessio sistit. Addit etiam non modo Examinatores mihi respectiva approbatorum concurrentium retulisse merita, sed magis idoneum eum judicasse. Porro aut judicium non ob impeditam trutinam, sed sponte praecipitarunt Examinatores; aut ea, qua par est, diligentia perlustrarunt Concurrentium, adeoque et Venturini quaelibet requisita. Quid Examinatores ipsi deposuerint ignoro. Id unum certum est, aut eos haec haud testatos esse paradoxa, aut a veritate manifestis aberasse contradictionibus. Ad electi praetensa demerita, quod attinet, nil aliud habent Venturini preces, quam calumnias evidentissimas. Testimoniales literae, quas occasione Concursus habuit Calzinius a Vicario Capitulari Urbaniensi falsitatis imputationes redarguunt. Tot honorificae approbationes, quas in aliis obtinuit Concursibus, quaeque ex Actis constant, ejus demonstrant merita. Quod autem plus est, easdem Venturini cum contra detulit obtrectationes ad Sacram Congregationem Episcoporum, et Regularium negotiis praepositam Mense Maii praeteriti Anni 1816. nihilque, ob veritatis defectum, obtinuit. Tandem, quae temere asserit, ne levibus quidem comprobat praesumptionibus, vel indiciis. Reliqua in precibus exposita, aut aeque non vera sunt, aut ex se corrunt, ut praesertim Episcopi obligatio se conformandi Examinatorum relationi. Hinc de legitima Peraeciae collatione non videtur ambigendum. Caeterum quamvis invalida fuisset, quod in EE.VV. illuminatissimas nec addere quidem posse mentes pro certo habeo, frustra praelationem peteret Venturinus. Data expositorum veritate, non sola Paraeciae nulla fuisset collatio; sed integer nullitate laboraret Concursus. Etenim sive electio facta sit ante expletum Scrutinium, sive qualitates omnes Concurrentium haud perpenderint Examinatores sive non solam hi relationem fecissent, sed protulissent etiam super electione judicium, pro nullo habendum esse

se Concursum EE. VV. sapientiam latere nequit. Repetere tunc oporteret Concursum cum ex actu nullo nullum cuilibet jus quaeri valeat. Per impetrationem tantum optatam Paraeciam obtinere posset Venturinus Ast meum contra votum eam obtinebit. Calumniatoris notam, quam sibi pluries inussit, et Testium subornatio, qua Paraeciam ipsam alias consequi tentavit frustra, Parochialis officii apud me indignum eum constituunt. Quocumque igitur res se vertat, postulat Venturinus Paraeciam sibi conferri. Hinc, quo nescio spiritu, me in jus vocavit coram EE. VV. ad dicendam Causam quare promoveri non debeat, et immitti in controversae Paraeciae possessionem. Haec ea sunt; quae EE. VV. exponenda esse, opportunum duxi, et ex quibus firmissimo sum in sensu, quod collatio Paraeciae S. Clementis Pagini Sacerdoti Andrae Calzinio facta validissima reputanda sit, atque in casu etiam contrario, vix caeteroquin excogitando, rejici debeat praelationis petitio, pro qua injustissime recurrit Sacerdos Antonius Venturini.

Dubia proponuntur.

I. *An constet de irrationabili judicio Archiepiscopi quoad Collationem Paraeciae Castri Pagini favore Sacerdotis Andreae Calzini in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An eadem Paraecia sit conferenda Sacerdoti Antonio Venturini in casu etc.*

Ad I. Negative, et attenta translatione Parochi Calzini indicendum esse novum concursum.

Ad II. Provisum in I.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

VICEN. REDUCTIONIS. Sacerdos Joseph Patau Parochus *S. Stephani de Granollens*, et Suffraganeæ Ecclesiæ *S. Juliani de Villaminosa* hæc, quæ sequuntur, in precibus exponit habere onera in utraque Ecclesia.

In Parocchiali Ecclesia *S. Stephani* = Anniversaria *centum quadraginta sex.* Missæ lectæ = *biscentum triginta quatuor*, Missæ *di Mensa* (sic appellatæ quia habent Fundum mensæ Parochiali unitum, et singulis vigiliis a Parocho celebrantur) *quadraginta sex.*

In totum onera Ecclesiæ *S. Stephani sunt numero* 440.

In Ecclesia Suffraganea *S. Juliani* = Anniversaria = *decem octo* = Missæ lectæ = *octoginta tres* = Missæ de Mensa = *viginti novem* = Missæ in Capella B. Mariæ Virginis *de Palau* = *quatuor* = Officia = *sex.*

Præter hæc onera ex fundationibus derivantia aliæ celebrantur Missæ, anniversaria, et officia sumpta eleemosyna ex *cratere*, ut illic vocant, seu ex urna, in qua deponuntur eleemosynæ a fidelibus oblatæ generatim in defunctorum expiationem, et congestæ sive ex pecunia, sive ex pretio panis, et tritici. Ex his eleemosynis celebrantur Missæ, et anniversaria, atque his intersunt præter Parochum, et Vice-Parochum; alii Presbyteri, vel saltem in Sacris constituti ex viciniis advocati, quibus certa datur eleemosyna. Tandem a Paroco celebrantur officia funeralia sive, ut vocant, *sepulturae* scilicet in die tumulationis defunctorum, sive *capitis anni*, scilicet in die, quo obitus recidit annus. Pro his vel dantur *triginta solidi* Catalani, sive quatuor *papette*, et cantantur tres Missæ funerales, et tria Officia Defunctorum, scilicet *unum nocturnum cum laudibus* pro unoquoque; Vel dantur *solidi decem* Parocho totidemque Vice-Parocho, et tum unum tantum cantatur officium, et duo Missæ leguntur. Hisce ex usu illius regionis præcognitis oportet distinctim exponere quam horum onerum ex defectu Sacerdotum, et aucto pretio victualium reductionem Parochus Patau postulavit in porrectis huic S. Congregationi precibus, quas in parte emendavit coram Episcopo, cui pro *informatione* ablegatæ fuere.

PRI-

PRIMUM ut Missæ, ex quarum fundationibus taxatur eleemosyna in solidis Catalanis *sex*, *septem*, et *decem* reducantur ad eleemosynam *solidorum duodecim* pro Ecclesia *S. Stephani*, et ad eleemosynam *solidorum Catalanorum quindecim* pro Ecclesia S. Juliani non comprehensis tamen oneribus Missarum *de Mensa.*

SECUNDO ut ad eamdem eleemosynam *solidorum Catalanorum duodecim* pro Ecclesia *S.Stephani*, *et solidorum quindecim* pro Ecclesia S. Juliani reducantur annuæ Missæ adventitiæ, quæ a fidelibus quotannis offeruntur, quæque fere attingunt summam monetæ hispanicæ *realium* 1800.

TERTIO ut pro Officiis atque anniversariis, pro quibus assignata in singula sunt *solida quindecim*, aut viginti, augeatur stipendium ad solida *viginti quatuor* pro Ecclesia *S.Stephani*, et ad *triginta* pro Ecclesia *S.Juliani*, atque eadem habita proportione celebrentur anniversaria ex eleemosynis collectitiis Fidelium oblatis generatim in animarum purgantium expiationem.

QUARTO ut in Officiis funeralibus, sive *sepulturae*, sive *capits anni*, Nocturni Cantus, et Laudum Officii Defunctorum reducatur ad simplicem recitationem, et presbyteris, vel in Sacris constitutis interessentibus assignetur stipendium *solidorum sex Catalanorum.*

QUINTO ut pro legato Presbyteri *Joannis Francisci Pladela Sala* ex quo Missæ celebrandæ sunt una cum recitatione unius nocturni, et laudum reducatur recitatio Officii.

SEXTO ut pro Responsoriis recitandis in absolutione cadaverum stipendium, quod nunc præstatur *unius denarii* pro unoquoque Responsorio augeatur ad sex.

SEPTIMO quod ubi in Officiis funeralibus *sepulturae*, vel *capitis anni* pro quibus triginta solidi percipiuntur, sive quatuor *papette* tres Missæ ad unam reducantur, cujus stipendium sit *solidorum duodecim*, et alii duo interessentes, qui officium canunt singuli percipiant emolumentum *solidorum sex.*

OCTAVO quod in Officiis funeralibus ubi dantur de-

cem solidi Parocho et decem Vice-Parocho duo Missæ legendæ ad unam reducantur.

Episcopus in sua *informatione* transmisit *tabellam* onerum utriusque Ecclesiæ, quæ non omnino consonat cum oneribus descriptis in precibus Parochi. Constat siquidem ex hac *tabella*, quod Ecclesia *S. Stephani* gravata est annuis anniversariis in *numero* 201. et affirmat Episcopus quod pro *hisce anniversariis, et Officiis fundatis redditus sunt in moneta Catalonica, qui ad monetam Romanam reducti sunt septuaginta scuta argentea plus minusque.* Onera vero annua Missarum lectarum in eadem Ecclesia S. Stephani sunt *numero* 221. *pro quibus* (ut prosequitur Episcopus) *Missis lectis in dicta Ecclesia fundatis reditus ad monetam Romanam versi quadraginta scuta argentea et obuli* 12. $\frac{1}{2}$

In Ecclesia vero *S.Juliani* prout ex ipsa tabella constat, anniversaria, et officia sunt *numero viginti novem*, pro quibus, ita testante Episcopo, *anniversariis, et Officiis in Ecclesia S.Juliani de Villaminosa fundatis sunt reditus ad monetam Romanam versi novem scuta argentea, et obuli decem.* Pro Missis vero lectis, quæ in tabella sunt *nummero* 77. *in* eadem Ecclesia S.Juliani fundatis *redditus ad monetam Romanam reducti sunt quatuordecim scuta argentea, et ob.* 75.

Ceterum advertit Episcopus quod *in adjuncto Statu comprehenduntur etiam illae fundationes, quarum redditus sunt litigiosi, adeoque celebrationes interim suspensae sunt, donec super his feratur Sententia.* De Causis porro referens Episcopus petitae reductionis illud affirmat, *quod neque in Parochia S. Stephani, neque in ejus suffraganea praeter dictum Rectorem, ejusque Vicarium est alius Sacerdos, qui residentiam faciat, et haec Residentia Sacerdotum non est fortuita, sed quia nullum est beneficium fundatum, quo residere debeat Sacerdos, consequenter attento onere Missarum, quas Rector pro Populo celebrare tenetur, pro benedictionibus nuptialibus, pro puerperiis, pro infantibus decedentibus in Dei laudem, pro Parochis totius Dioecesis e vita excessis, pro Confratribus, praeter alias septuaginta Mis-*

sas

sas vulgo dictas de Mensa seu Vigiliarum, quarum Stipendium sufficiens est, adeoque reduci non debeat, praedicto aniversarium, officiorum, Missarumque oneri fieri statis nullatenus cum Suo Vicario possit, et aliunde stipendium valde diminutum, et tenue esse existimamus hanc reductionem ab Oratore postulatam debere esse perpetuam, neque aliter mederi poterit nisi praedictae fundationes valde tenues ad aliam Ecclesiam transferantur cum detrimento Beneficii Curati quod dolendum maxime esset = Tandem concludit = *ad supplementum stipendii pro Anniversariis Officiis, et Missis lectis, sive ex fundatione sive ex cratere nullus est, qui teneatur.*

Quæ porro Episcopus addit circa modum faciendae reductionis inferius referam ubi de singulis reductionis capitibus sub distinctis dubiis agam.

Petitæ reductioni obstat regula, quod agitur de legatis, et fundationibus jam acceptatis quæque exequtionem jamdiu habuerunt; proptereaque tum concedi non solet reductio, nisi probetur post acceptationem, et exequtionem diminutos ita fuisse fructus, et deperditos fundos (de qua diminutione nihil in precibus habetur, nihil in Informatione Episcopi), ut implementum onerum acceptorum rediret in maximam acceptantis perniciem, ut tenuit semper S. Congregatio, et præcipue in *Novarien Reductionis Onerum* 17. *Septembris* 1791. *et in Matilicen* 16. *Aprilis* 1792. Recolant tamen Emi Patres Decretum *Tridentini Sess.* 25. *Cap.* 4. *de Reform. in quo permittitur reductio onerum Missarum quando constat, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis pro singulis diebus a testatoribus praescriptis nequeat satisfieri, vel eleemosynam hujusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere.*

Utrumque in casu concurrere videtur. Nam in utraque Ecclesia celebranda quotannis sunt anniversaria, et Officia ex fundationibus *biscentum triginta*; Missæ vero lectæ *biscentum nonaginta octo*, et preterea Anniversaria officia, et Missæ ex eleemosynis con-

conquisitis generatim pro animabus purgantibus, quæ dicuntur *ex cratere*. Debet præterea Parochus applicare Missas, et officia *Sepulturae*, et *Capitis Anni*, et Missas annuas *septuaginta de mensa*. Addendæ sunt Missæ pro Populo, pro nuptiis, pro puerperiis, pro infantibus, et Parochis defunctis. Impossibile itaque fere videtur, ut Parochus, ejusque Vicarius (qui tantum in Ecclesiis Parrochialibus resident, cum deficientibus titulis Beneficiorum alium presbyterum testatur Episcopus adesse neminem) tot, tantisque oneribus soli satisfacere queant. Alias S. Congregatio reductionem concessit in casu, quo non reperiebatur Sacerdos, qui celebrare posset in *Viglievanen* 4. *Aprilis*. 1789.

Tenuis porro videtur Eleemosyna. Nam pro Anniversariis, et Officiis, quæ in utraque Ecclesia S. Stephani, et S. Juliani celebranda sunt in numero *biscentum triginta*, reditus sunt in annuis scutis 79. 10., ita ut complexive pro omnibus anniversariis, et officiis ne obuli quidem triginta quinque respondeant. Pro Misssis vero *biscentum nonaginta octo* reditus scutorum44.75.dant Eleemosynam obulorum *quindecim* pro singulo Sacro. Ubi vero emolumentum sit impar oneribus reductio concedi solet quemadmodum alias fecit S. Congregatio *in Vigilien Decanatus* 23. *Junii* 1739. *et in Urbevetana* 24. *Novembris* 1787. Ponderent hæc EE. PP. et videant, num potius quam per reductionem implemento horum onerum, quibus ab uno Parocho, ejusque Vicario fieri non potest satis, consuli debeat; translatio facienda sit ad Ecclesias viciniores, sed hanc translationem cessuram in præjudicium Parochialis affirmat Episcopus.

Quatenus Emi Patres in reductionem inclinent, subjiciam hic quæ censet Episcopus supra singula reductionum Capita, quæ sub infrascriptis dubiis claritatis gratia complectuntur.

In I DUBIO postulatur ut Missæ lectæ, quæ ex fundationibus taxatam habent eleemosynam in *Solidis Catalanis* sex, aut *Septem*, aut *decem* reducantur ad eleemosynam *Solidorum duodecim* pro Ecclesia *S. Stephani*, et Solidorum *quindecim* pro illa S. Juliani. Quamquam et supra notavi redditus assignati

pro

pro Missis lectis complexive sumpti respondeant eleemosynam fere obulorum *quindecim monetae Romanae* singulis Missis: attamen ex nonnullis fundationibus taxata est eleemosyna in *Solidis sex*, *Septem, aut decem*, quam incongruam dicit Episcopus, et putat admittendam petitam reductionem, quin tamen afferat rationem cur major eleemosyna taxanda sit pro Ecclesia S. Juliani, quam pro Ecclesia S. Stephani.

In II. DUBIO agitur de reductione Missarum, quæ ex *cratere*, scilicet ex piis sive in pecunia, sive in generibus Fidelium oblationibus celebrantur. Putat Episcopus eamdem servandam esse taxam Solidorum Catalanorum duodecim pro Ecclesia P. Stephani, et Solidorum quindecim pro Ecclesia S. *Juliani*.

III. DUBIUM respicit reductionem anniversariorum, et Officiorum, sive ex fundationibus, sive ex *cratere* animarum purgantium, quorum eleemosyna taxata est in *Solid. Catalan. quindecim, vel viginti*. Justam putat Episcopus Parochi postulationem, ut pro Ecclesia Parochiali S. Stephani statuatur pro hisce Anniversariis, et Officiis eleemosyna *Solid. vigintiquatuor* propterea que *praefatus Anniversariorum, et Officiorum numerus reduci poterit ad centum viginti unum, et residui erunt quatuor solidi; et quatuor nummi*. Pro Ecclesia vero S. Juliani statuatur eleemosyna *Solid. triginta* ita ut pro eadem Ecclesia *Anniversariorum, et Officiorum numerus reduci poterit ad undecim et residui erunt undecim Solidi unus nummus, et quinta pars nummi.* Ad supplementum horum residuorum usque ad integrum stipendium pro uno Anniversario vel Missa desumi potest ex cratere animarum in utraque Ecclesia.

In IV. DUBIO quæritur num in officiis funeralibus, vel Sepulturæ, vel Capitis anni cantus unius Nocturni, et Laudum Officii Defunctorum reduci debeat ad simplicem recitationem, et num aliis præter Parochum, et Vicarium interessentibus stipendium dari debeat *Sex Solidorum*. Utrumque probat Episcopus. *In omnibus inquit, et singulis Anniversariis Officiis Funeralibus Sepulturae, et Capitis Anni decantatur unum Nocturnum cum Laudibus Officii defunctorum, vel ante praedicta Anniversaria,*

et

et Officia, vel post, vel multoties alia die; et si non cantatur propter superveniens impedimentum, debet privatim recitari integrum matutinum cum Laudibus a singulis interessentibus; cum jam praeter dictum Nocturnum cum laudibus in fine cujusque Anniversarii decantari debeant ab assistentibus quatuor responsoria seu absolutiones, et in fine Officiorum funeralium, Sepulturae, et Capitis anni cantentur ab iisdem plures preces, litaniae, et responsoria in rituali pro nostra Dioecesi approbato praescriptae, exoptaret Orator, ut ab hujusmodi onere canendi dictum Nocturnum cum laudibus Officii defunctorum absolveretur, tum ipse, et Vicarius propter alia onera Parochialia quibus adstringuntur, tum reliqui interessentes propter itineris molestias quas sustinere debent. Hoc satis aequum existimamus solummodo ab omnibus interessentibus decantentur responsoria, precesque consuetae descriptae in Rituali pro Nostra Dioecesi Vicensi approbato in fine uniuscujusque Anniversarii, vel Officii praedicti = Et si forte hisce Anniversariis Animarum nuncupatis praeter Parochum, ejusque Vicarium, alius vel alii in Sacris constituti interfuerint huic, vel his Eleemosyna sex Solidorum Catalan. Singulis Anniversariis assignari potest.

V. DUBIUM Pro legato Presbyteri Joannis Francisci *Pladela Sala* celebrandæ sunt Missæ, sed cum recitatione Officii defunctorum, et Episcopus indulgendam esse censet reductionem oneris *recitandi unum* Nocturnum cum Laudibus Officii Defunctorum.

VI. DUBIUM respicit augmentum eleemosynæ pro *Responsoris* quæ canuntur in absolutionibus supra Corpus Cadaverum. Cum tenuis hæc eleemosyna sit unius denarii pro singulo responsorio Episcopus ad sex denarios augendam autumat.

VII. DUBIUM est quoad Officia funeralia, de quibus hæc habet Episcopus = *Pro Officiis funeralibus, Sepulturae, et Commemorationis, seu Capitis anni uti vocant, licet defunctorum bona, si adsint teneantur ad supplementum; prudens tamen non existimamus fideles cogi ad hoc supplementum, hoc enim pau-*

per-

perrimas etiam personas comprehendit, quae vix consuetam huc usque eleemosynam, licet valde incongruam persolvere valent; et saepe saepius non extantibus bonis decedentium propriis, propinqui ex pietate funera persolvunt, quod forte non contigeret, si ad debitum supplementum cogerentur, adeoque satius existimamus Oratori annuere quod expostulat nempe tres Missas funerales ad unam reduci cujus stipendium erit duodecim Solidorum Catalaunicorum, et pro cantu in singulis Officiis percipientur ab unoquoque sex Solidi; hoc ita procedet dum cantantur tria consueta Officia funeralia, et dantur triginta Solidi, seu quatuor papette plus minusve pro stipendio.

In VIII. DUBIO inquirendum erit de aliis Missis funeralibus, pro quibus dantur Parocho *decem solida* totidemque Vice-Parocho. De his ita opinatur Episcopus = *Quando vero non cantantur praedicta tria Officia, sed unum tantum, vel sepulturae vel Capitis anni uti vocant, tunc datur stipendium decem solidorum unicuique, cum onere unius Missae legendae, cum haec Officia decantentur ut plurimum a solis Rectore, et Vicario, aequum existimamus, ut reductis his duabus Missis ad unam, cantari solitum Officium; cujus Missae stipendium habeat duodecim solidorum, atque pro Cantu a Rectore percipientur quatuor solidi, et totidem a Vicario, et licet pro cantu congruens adhuc stipendium non tribuatur, patienter sustineant; satius enim hoc ducimus quam pauperes gravari ultra id quod possunt.*

Dignentur itaque Emi Patres dirimere infrascripta Dubia.

I. *An Missae lectae quae ex fundationibus singulae taxatam habent eleemosynam in Solidis Catalaunicis Sex, Septem, et decem reduci debeant ad tot Missas quot reditus ad eleemosynam Solidorum Catalaunicorum duodecim pro Ecclesia S. Stephani de Granoliens, et Solidorum quindecim pro Ecclesia Suffraganea S. Juliani de Villaminosa in casu etc.*

II. *An ad eamdem taxam reducendae sint Missae adventitiae quae ex cratere, ut vocant, sive ex piis Fidelium oblationibus celebrantur in casu etc.*

III. *An sit locus reductioni Anniversariorum, et Officiorum, pro quibus sive ex fundatione, sive ex cratere datur eleemosyna Solidorum Catalanorum quindecim aut viginti, ita ut pro Ecclesia S. Stephani assignetur eleemosyna solidorum vigintiquatuor, et solidorum triginta pro Ecclesia S. Juliani in casu etc.*

IV. *An in Officiis funeralibus sive Sepulturae, sive Capitis anni cantus nocturni, et laudum Officii Defunctorum reduci debeat ad recitationem; et aliis praeter Parochum, et Vicario interessentibus dari debeat stipendium Solidorum Sex in casu etc.*

V. *An pro legato Presbyteri Joonnis Francisci Pladela Sala recitatio Nocturni, et laudum Officii reduci debeat in casu etc.*

VI *An pro Responsoriis canendis in absolutione super Corpus Cadaveris Stipendium, quod nunc praestatur unius denarii, augendum sit ad Sex pro unoquoque Responsorio in casu etc.*

VII. *An in Officiis funeralibus pro quibus datur eleemosyna triginta Solidorum, tres Missae canendae reducendae sint ad unam, pro qua percipiat Parochus eleemosynam Solidorum duodecim, et tres interessentes Officio Defunctorum Singuli percipiant eleemosynam Solidorum Sex in casu etc.*

VIII. *An pro Officiis funeralibus, in quibus datur Parocho eleemosyna Solidorum decem totidemque Vicario duo Missae lectae ad unam sint reducendae in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad solidos duodecim pro utraque Ecclesia.

Ad II. Servandam esse taxam Synodalem, donec aliter in Synodo provideatur

Ad III. Affirmative ad viginti quatuor solidos pro utraque Ecclesia.

Ad IV. Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad V. Affirmative uti in præcedenti.

Ad VI. VII. et VIII. Orator recurrat ad Episcopum.

NE-

NEPESINA UNIONIS, ET TRANSALTIONIS. Agnes Bartoli in Supremis Tabulis suis universalibus Hæredibus onus imposuit erigendi duas Capellanias mere Laicales, altera in Parochiali Ecclesia Oppidi Filacciani, alteram in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella Urbis: Obiit Testatrix Anno 1802. ac triennio post ejus mortem facienda erat juxta Testamenti legem utriusque Capellaniæ erectio. Pro dote primæ Capellaniæ ipsa Agnes constituerat nonnulla Bona tam Urbana, quam Rustica in prædicto Oppido existentia, ac insuper quatuor loca Montium; Onus vero Capellano eligendo imposuit = *di una Messa quotidiana perpetua da celebrarsi in uno degli Altari di detta Chiesa dal Cappellano* pro tempore, *se sarà Sacerdote, e dimorasse in Filacciano, o da altro Sacerdote da destinarsi dal medesimo Cappellano, escluso però sempre l'esercente Maestro di Scuola, giacchè con la fondazione di questa Cappellania intendo vi sia una Messa quotidiana di più del solito.* *Sess. 14. cap. 9. de Reform.*

Utque facilius assequi posset, quod ipsi cordi erat, nimirum ut ex hac erectione augeretur Sacerdotum in Oppido Filacciani numerus, utque quotidie in Populi commodum celebraretur = *Una Messa di più del solito* = addidit = *lascio di più al Cappellano* pro tempore *l'uso della Casa per di lui abitazione posta incontro li Signori Mauri, con l'uso ancora di mobili, ed altre cose necessarie per di lui uso, ed un letto finito* = Ac postquam ex diversis Familiis Personas ad juspatronatum tum activum, tum passivum invitaverat, in earum defectu nominari voluit = *Un qualche povero Giovane di questa Terra di Filacciano, che sia però di ottimi costumi, e che eziandio cammini per gli studj della via Ecclesiastica, acciò con detta Cappellania possa ordinarsi, obligandoli però nelle suddette Persone risiedere in Filacciano, ed ivi permanere* =.

Hujus Capellania legitima facta est erectio, et primus Capellanus oneri Missæ quotidianæ per aliquot tempus satisfecit. At postea diminutis fructibus ex præteriti temporis vicissitudine, et aucto Missarum stipendio, ab antecessore Moderni Episcopi Nepesini

facta est Missarum reductio ad ratam fructuum, qui detractis expensis annuam *Scutorum* trigiuta quinque summam constituunt.

Alterius vero Capellaniæ in Ecclesia S: Mariæ de Vallicella erigendæ dos a Testatrice taxative constituta fuit = *di tutti li residuali Luoghi di Monti, che si troveranno a mio favore nella mia morte, oltre quelli lasciati per Legato* = quæ loca Montium sunt in numero decem, et octo. Onus Capellano impositum erat Trium Missarum in qualibet Hebdomada. In hac etiam Capellania pluries Familias ad juris nominandi honorem invitavit, quibus omnibus deficientibus substituit = *Li RR. PP. di S. Maria in Vallicella detta la Chiesa Nuova* =.

At vero cum elapso triennio a Testatrice præfinito pro erectione Capellaniæ jam difficilis evaserat solutio fructuum ex locis Montium, quæ paulo post suspensa fuit ob infandam Pontificiæ ditionis hostilem occupationem, locum non habuit præscripta Capellaniæ erectio, quæque adhuc desideratur.

Hinc præterito anno Archipresbyter Filacciani Antonius Franci, qui etiam est Agnetis Bartoli exequutor Testamentarius postulavit a SSmo, ut unius jam erectæ, alteriusque erigendæ Capellaniæ reditus unirentur, ut ita juxta Testatricis voluntatem redintegrari queat quotidianæ Missæ in Parochiali Ecclesia Filacciani celebratio.

Favet petitæ unioni Episcopus, de sua Sententia rogatus. Suum præstant consensum Patres Congregationis Oratorii. At resistere videtur dispositio SS. Tridentinæ Synodi quæ *in Cap. 9. Sess. 14. de Reform*: vetuit ne Beneficia unius Diœcesis etiam ratione augendi cultum Divinum, aut numerum Beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius Diœcesis beneficio perpetuo unirentur.

Accedit etiam petitam unionem, ac translationem secumferre commutationem voluntatis, a qua Ecclesiæ Canones abhorrent, nisi justa, ac necessaria concurrat causa, ut pluries decrevit S. hæc Congregatio, ac præsertim *in Firmana Translationis, et unionis 26. Junii 1779. in Maceraten Unionis 13. Julii 1789. et in Romana Unionis 7. Maii 1806.*

At

At in præsenti casu nequit ad unguem servari Piæ defunctæ voluntas, imo necessitas cogit, ut numerus Missarum utriusque Capellaniæ moderetur contra illius dispositionem. Etenim cum ex bonis in dotem relictis pro prima Capellania reditus percipiatur non excedens annua scuta triginta quinque, substineri non potest onus quotidianæ Missæ, unde locum jam habuit illius reductio ad ratam fructuum a Prædecessore Episcopo Nepesino facta. Cumque ex decem, et octo locis Montium annuatim percipiantur scuta 22. 50. hæc summa satis non est pro tribus Missis in qualibet Hebdomoda ad Taxam Perpetuæ; Unde nunquam facta est Secundæ Capellaniæ erectio, quæ fieri non poterit, nisi cum reductione Missarum, quæ locum habet, ubi fructus legati imposito oneri impares sint. S. Congregatio *in Auximana reductionis* 17. *Augusti* 1796. *et in Romana* 15. *Septembris*, 1802. *et* 11. *Aprilis* 1807.

Imo videtur Testatricis voluntatem non modo unioni, ac translationi non adversari, sed potius petitæ gratiæ viam quodammodo sternere. Si enim ordo Piorum legatorum inspicitur, primam in Testamento sedem occupat Capellania in Ecclesia Filacciani, secundam tenet altera Capellania in Ecclesia S. Mariæ de Vallicella erigenda. Hinc deduci posset magis primam, quam alteram fuisse a Testatrice prædilectam.

Nec prætereundum est, defunctam cum de hac Capellania erigenda cogitavit consulere voluisse commoditati Populi Filacciani, in quo duo tantum resident Sacerdotes, per tertiæ Missæ quotidianam celebrationem = *giacchè colla fondazione di questa Cappellania intendo vi sia una Messa quotidiana di più del solito*. = Potius igitur quam evertatur benigna interpretatione suppletur Defunctæ voluntas, si per unionem, ac translationem Capellaniæ tot simul coalescant reditus, quot necessarii sunt ad celebrationem Missæ quotidianæ, qua Animæ suæ expiationi, et Populi commodo provideatur.

Si hæc justa, ac necessaria videatur Causa concedendæ gratiæ, eo vel magis a juris rigore deflecti poterit, cum postulatæ unioni, ac translationi suffragetur con-

consensus Patrum ex Congregatione Oratorii, in cujus Ecclesia facienda esset alterius Capellaniæ erectio. *Tamburin. de Jure Abbat. Tom. 3. disput.* 15. *quaest.* 3. *num.* 1. et Sacra Congregatio *in Ferentina applicationis 27. Augusti* 1796.

Notandum tamen est prædictos Patres in præstito consensu conditionem adjicere = *Che qualora la Cappellania, che si dovea erigere in questa Chiesa fosse di giuspatronato di questa nostra Congregazione, abbia in compenso la medesima Congregazione il dritto di nominare alternativamente il Cappellano dellaCappellania già eretta nella suddetta Chiesa di Filacciano*=

Hæc demum habet Episcopus in sua Informatione, ut unionem faciendam suadeat = *absque unione utriusque Capellaniae nequit obtineri finis a Testatrice intentus, quae sic consuluit Animae suae Suffragiis, ut simul etiam voluerit consulere Filacciani utilitati constitutione Capellani, qui ibi resideat. Nequit profecto hujus intentionis effectus obtineri absque unione reditus,qui ex utraque Capellania coalescit. His de Causis arbitrarer, unionem fore Sacris Canonibus consonam, reservatis, et cumulatis patronorum juribus utramque Capellaniam respicientibus*.

Ex his omnibus colligitur Capellaniam in Urbe nunquam fuisse erectam, quæ juxta mentem Testatricis erigi debebat usque ab anno 1806., nimirum expleto triennio post illius obitum. Si per aliquot annos intermissa est fructuum Locorum Montium solutio, si plurimum diminuti sunt reditus, non ideo prorsus evanuerunt tresdecim annorum haud brevi cursu. Attamen videtur nec ex parte celebratas fuisse tres Missas in qualibet Hebdomada statutas. Videant EE. Patres an concedenda sit absolutio, et condonatio quoad præteritum, licet Orator de his nihil postulet in supplici libello.

Dubia erunt

I. *An et quomodo sit locus unioni, et translationi in casu etc.*

Et quatenus Affirmative

II. *An, et quae onera imponenda sint unico Capellano pro utraque Capellania in casu etc.*

III. *An*

III. *An, et quomodo sit providendum juribus Patronorum in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit concedenda absolutio, et condonatio, quoad praeteritum in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative pro Missa quotidiana.

Ad III. Capellanum nominandum esse cumulative a Patronis utriusque Capellaniæ in quorum defectu jus nominandi spectare Patribus Congregationis Oratorii ad formam fundationis.

Ad IV. Episcopus moneat, qui fructus LL. MM. percepit, ut instet particulariter penes S. Congregatione.

FLORENTINA, SEU FESULANA. In præterita rerum omnium perturbatione occupata a Gallicis Copiis Hetruria, lex a Laica Potestate lata est sub die 19. Junii 1808., quæ Commendas omnes Hierosolymitani Ordinis abolevit, bonaque commendata libera esse voluit, Familiisque Patronalibus, vel ultimorum Commendatariorum perpetuo, ac omni onere soluta addixit. Aderant duæ Commendæ, quarum una S. Severi in diœcesi Florentina, altera S. Euphrosini in Diœcesi Fesulana, quæ ea lege abolitæ fuerunt, et utriusque bona ad Familiam Canigiani translata ab eo tempore usque adhuc ea pacifice possidet, fructusque suos facit. Duabus hisce Commendis trium Paræciarum, S. Severi scilicet *a Segri* in Diœcesi Florentina, S. Donati *a Castel Nuovo*, et S. Salvatoris *a Albola* in Diœcesi Fesulana jus-Patronatus adhærebat una cum onere solvendi congruas Parochis, et Fabricæ Ecclesiarum manutentionis.

Sess. 22. Cap. 11. Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

Cessata hostili invasione, ac Summo Pontifice Apostolicæ Sedi restituto Catharina Naldini Vidua Canigiani Mater, Tutrix, et Administratrix Victoriæ Canigiani Patrimonii Canigiani, omniumque jurium eidem competentium universalis hæredis S. Sedem adiit postulans absolutionem quoad fructus ex Bonis duarum Commendarum in antecessum acceptos; facultatem eos in posterum percipiendi, bonaque omnia libere possidendi, cum jure etiam præsentandi propriis Ordinariis Parochos trium nominatarum Ecclesiarum ni-

nimirum Juspatronatus, quod antea Commendatario pro tempore competebat.

Hac super instantia S. Congregatio sub die 22. Julii 1815. rescripsit = *Quoad jus nominandi utatur jure suo coram Episcopo, et quatenus de jure, in reliquis lectum*.

Instantes proinde Oratrix preces iteravit ineunte anno 1816. pro obtinendo jurepatronatus, et interim monuit absolutionem quoad fructus perceptos, facultatemque in posterum percipiendi, et Bona retinendi a S. Pœnitentiaria obtinuisse sub die 8. Decembris 1815. Quapropter S.Congregatio Archiepiscopo Florentino remisit preces pro Informatione,et Voto audito præsertim Promotore Fiscali, et transmissa Copia Indulti S. Pœnitentiariæ, nec non Episcopo Fesulano pro Informatione, et Voto audito Promotore Fiscali.

Ex utriusque Præsulis Informatione, adnexisque Relationibus non satis constabant omnia, quæ scitu necessaria erant ad rectum, tutumque ferendum judicium; Omnes enim suffulti S. Pœnitentieriæ Indulto, cujus copiam transmisit Archiepiscopus Florentinus legitimum habentes absolutionem quoad fructus perceptos, et facultatem quoad fructus percipiendos, et bona retinenda in posterum Oratricis petitioni favebant, et trium Parochiarum juspatronatus quod antea Commendatario competebat, Familiæ Canigiani concedi æquum, et congruum arbitrabantur.

At Sacra Congregatio ne quid juribus Ordinis Hierosolymitani præjudicium inferretur, die 25. Maii 1816. decrevit, ut scriberetur Emo Archiepiscopo Senensi, qui audito Receptore Ordinis (Senis commorante) referret, an Commenda, de qua in precibus Catharinæ Naldini Viduæ Canigiani, esset de jurepatronatus gentilitio ejusdem Familiæ, utpote dotata ab ejus auctoribus, vel potius liberæ collationis ejusdem Ordinis.

Transmisit primum Emus Archiepiscopus folium ab Episcopo Fesulano traditum, in quo hæc habentur = *Le Chiese Parrocchiali di S. Salvatore ad Albola, e di S. Donato a Castelnuovo erono ab antiquo unite alla Commenda di S. Eufrosino alla Volpaja dell' Ordine Gerosolimitano, fondata da Fr. Pietro della Volpaja nell'*

An-

Anno 1443. *che riservò il Patronato ai Maschi della Famiglia Canigiani, ed il Commendatore pro tempore faceva Amministratore di tali Chiese li due Vicarj amovibili.*

Nell' Anno 1784. *divenute inamovibili in virtù de Sovrani Motuproprj; al Commendatore, a carico del quale stava il mantenimento delle Parocchie, e delle Fabriche, fu riservato il Gius-Patronato di dette Chiese, che godè liberamente sino all'* 1808. *in cui la Toscana passò sotto il Governo Francese l' ultimo Rettore di tal Commenda fu il Canonico Vitalissimo Arrighi . . . . Venuto questo a morte nell' Anno* 1810. *i Beni della Commenda ritornarono come liberi alla Casa Canigiani, non riconoscendo le leggi il suddetto Ordine. Il Sig. Ippolito Canigiani ne prese possesso, soddisfece agli aggravj, e passato agli eterni riposi ne lasciò Erede la Signora Vittoria Canigiani sua Nipote, oggi rappresentata dalla Madre Caterina Naldini Oratrice . . . . che sodisfacendo sempre agli obblighi; desidera goderne i diritti correspettivi, col nominare all' Ordinario i Rettori, o Parochi . . . . Nel tempo della vacanza della Sede Fiesolana il Vicario Capitolare nominò il Rettore per la Chiesa di Castel Nuovo con i dritti, che credè avere per mancanza di Patrono legittimo. Il Nuovo Rettore incontrò varj contrasti con la Casa Canigiani per i quali fù obligato a dimettersi al più presto. Per ovviare ai medesimi, essendo tuttora vacante la detta Chiesa, e per fuggire ancora i dispiaceri, che potessero incontrarsi nella vacanza della Chiesa di Albola, per dare un compenso alla Casa Canigiani, a cui carico è il mantenimento di queste Chiese, fondate dagli Autori della stessa Famiglia . . . . si crederebbe opportuno, che almeno sino a che non torni a vivere in Toscana il S. Ordine Gerosolimitano; fosse dalla S. Sede accordata tal nomina a questa nobil Famiglia =.*

Interea apud S. Congregationem institit nuper defunctus Bajulivus Bonaccorsi Hierosolymitani Ordinis apud S. Sedem Orator postulans ut facultas nominandi, et præsentandi Parochos, seu juspatronatus provisorie tantum concedatur adjecta conditione = *Senza cedere i diritti dell' Ordine Gerosolimitano* =

Tunc iterum requisitus Eṁus Archiepiscopus Senensis novam dedit Informationem, ex qua præcipue eruitur auditum fuisse Receptorem Ordinis Hierosolymitani. A Receptore rogatum fuisse sententiam Locumtenentis Magisterii, et Consilii ejusdem Ordinis Cataniæ Residentis, et vices Supremi Principis vulgo *Gran Maestro* gerentis, et utrumque tum Receptorem, tum Locumtenentem suum præbere consensum, ut petitum juspatronatus Oratricibus concedatur, *attese le circostanze della Religione . . . ma, che nella facoltà sia espreso d' essere accordata provisoriamente, e senza ledere i diritti della Religione*. Colligitur demum Commendam S. Euphrosini alla Volpaja Jurispatronatus fuisse Familiæ Canigiani: Nihil vero quoad alteram S.Severi *a Legri* in Diœcesi Florentina erui potest.

Plura inquirenda occurrunt in hac Causa, ac primum utrum validum censeri debeat Indultum petitum, obtentumque a S. Pœnitentiaria, pendente jam recursu apud hanc Sacram Congregationem. Compertum habent EE. Patres generale decretum a S. M. Innocentio XII. die 4. Julii 1692. editum, et a S. M. Clemente XIII. iterum publicatum, et confirmatum sub die 15. Aprilis 1768. prohibens quominus de una ad aliam Congregationem recursus habeatur sub Pœna nullitatis. Porro hujusmodi Indultum sub quatuor conditionibus concessum fuit; nimirum: *Standi Mandatis Ecclesiae super praemissis quandocumque ferendis*; 2. *eadem Bona servandi, ac rem utilem in iis gerendi*, 3. *satisfaciendi oneribus eisdem Bonis adnexis*, et 4. *Certiorandi Haeredes de hujusmodi obligationibus*. Si indultum nullum videatur; vel si juxta primam illius conditionem aliquid de novo præscribendum sit, consequens erit, ut ex integro cognosci debeat de precibus, quas ab initio huic S. Congregationi exhibuit Catarina Naldini, ac proinde nedum de jurepatronatus trium Parœciarum, verum etiam de venia circa fructus in antecessum perceptos, deque facultate eos in posterum percipiendi, ac bona possidendi judicium ferri oportebit.

Ut res omnis recto procedat ordine inquirendum primum videtur de pertinentia utriusque Comendæ. Ex plu-

pluribus, ac repetitis Informationibus constat Juspatronatum Comendarum pertinere ad Familiam Canigiani. Nam licet non exhibeantur Tabulæ Fundationum, attamen tum Archiepiscopus Florentinus, in cujus Diœcesi est altera Comenda S. Euphrosini, tum S. Ordinis Hierosolymitani Receptor, et Locumtenens Generalis indubie conveniunt Commendas fundatas fuisse a prænobili Familia Canigiani cum perpetui Jurispatronatus reservatione, easque continuo per plurium Sæculorum cursum ab ipsius Familiæ Equitibus fuisse possessam, eamque ultimo loco retinuisse Commendatorem Hyppolitum Canigiani, a quo in Oratricem tamquam universalem hæredem transierunt. At vero licet in facto constat Juspatronatum utriusque Commendæ spectasse ad Familiam Canigiani, ex quo oriebatur, ut unus ex illius Familia inter Hierosolymitani Ordinis Equites adscriptus eligi ad Commendas posset, earumque fructus percipere, non inde sequitur, ut illarum Commendarum Bona transirent tamquam libera in Familiam Canigiani, illiusque Patrimonio ita consociarentur, ut fructus percipere, et in proprium commodum erogare posset quislibet ejusdem Familiæ, Bonorum hæres, atque possessor. Hæc bonorum Comendarum occupatio, hæc fructuum perceptio originem ducit a lege per illegitimam, laicamque Potestatem lata, quæ Gentilitias Commendas respectivis Familiis addixit, quin unquam superaccesserit necessaria Summi Pontificis, ac suprema authoritas, qua occupatio Bonorum sanaretur, et jus percipiendi fructus tribueretur. Sane a SS. Tridentina Synodo *Sess. 22. Cap. 11. de Reform.* plurimis, gravissimisque pœnis coercentur ii, qui Bona Ecclesiæ, aut Piorum Locorum usurpare, vel fructus percipere, et in proprios usus convertere audent.

Verum nonnihil concedendum esse videtur acerbissimis Ecclesiæ temporibus; quibus uti omnes sciunt difficillimus erat ad Apostolicam Sedem accessus; plurimum concedendum esse videtur, bonæ ad illam accedendi Oratricis voluntati, cum primum facultas daretur, quemadmodum reapse fecit pristina restituta tranquillitate Mense Julii 1815. At quod Bona,

 quæ

quæ antea fuerant comendata, modo transeant in partem liberi Patrimonii Familiæ Canigiani renuit voluntas Pii Institutoris cujus cordi fuit non augendi reditus Familiæ, sed erigendi Commendas: nihil autem magis notum in jure est, quam ne Piæ Institutorum voluntates, nisi ex justa, et legitima Causa comutentur *Concil. Trid. Sess. 22. Cap. 6. de Reform. Can. ultima voluntas 2.quaest.17.* At fortasse legitima Causa temporaneæ saltem detentionis, et administrationis Bonorum cum fructuum perceptione hauriri poterit ex præsumpta Pii Institutionis voluntate, ut qui Familiæ Canigiani Juspatronatus reservaverat, Bona etiam addicere voluisset, si forte prævidere potuisset casum, quo per vim illegitimæ Potestatis Commendæ Hierosolymitani Ordinis ita supprimerentur, quin posset de iis idem Ordo disponere.

Nec id Religionis Hierosolymitanæ juribus adversatur; donec enim Supremi Principis auctoritate in florentissimis Hetruriæ ditionibus ea ad vitam quodammodo non revocentur nequeunt in foro experiri; quemadmodum innuunt Locumtenens Magisterii, et Consilii Cataniæ residens, et Receptor Ordinis in Hetruria; et ejusdem Ordinis apud Apostolicam Sedem Orator = *Sebbene la presentazione alle vacanti Parocchie della Comenda Giuspatronato Canigiani in mancanza di Titolare spetti alla Religione Gerosolimitana; ciò non ostante l'esercizio di un tal diritto è difficile, se non impraticabile nelle attuali circostanze della Religione medesima, e quindi si limita, che non siano pregiudicati i diritti di essa, e specialmente, che nella facoltà sollecitata dalla S. Sede in favore dell' Amministratrice dell' anzidetta Comenda sia espresso di essere accordata provisoriamente, e senza ledere i diritti della Religione.*

Quod si id concedi posse arbitrentur EE. PP. sequitur necessario, ut Oratrix teneatur satisfacere oneribus quæ ipsis Comendis imposita erant. Profecto inter hæc onera præcipuum sibi vindicat locum illud, quod respicit annuam manutentionem Parochorum, Ecclesiarumque Paraecialium S. Severi *a Legri* in Dioecesi Florentina, S. Donati *a Castel Nuovo*, et S. Salvatoris *a Albola* in Dioecesi Fesulana Juris quippe regula est bo-

bona cum oneribus, quæ ipsis erant inde transire ad tradita *per Cencium de Censibus quaest. 93. num. 14. Rot. cor. Mol. decis. 487., et S. Congr. in Pisana Legati diei 16. Januarii proxime elapsi*. Quid vero statuendum erit de Jurepatronatus earumdem trium Paroeciarum quod antea Comendatario pro tempore competebat, quodque modo a Familia Canigiani petitur? Porro cum ex plurium Sæculorum observantia constet, hoc Juspatronatus Commendis Hierosolymitani Ordinis adhæsisse, quodque per Comendatarium Sancti Euphrosini, et Sancti Severi exercebatur, dici posse videtur deficientibus Comendatariis ac impedito illius exercitio quoad Laudatum ordinem, Juspatronatum ipsum si non extinctum, saltem suspensum sit, ac proinde Beneficia liberæ collationis evadant, Juspatronatus siquidem, cum servitutem quamdam, ac vinculum afferat in re ecclesiastica sane nequit extendi, ultra fines in fundatione statutos. Hinc videant EE. PP. utrum concessa etiam retentione Bonorum favore Familiæ Canigiani, tot bona separari debeant, quibus congruæ dos singulis Paræciis constituatur, ac interim Paræciæ liberæ prorsus collationis evadant.

Verum enim vero eadem voluntatis præsumptio, quæ suadere videtur Pium Institutorem Bona Commendata addicere voluisse Familiæ, cui juspatronatus Commendæ reservaverat, si extinctionem ejusdem Commendæ prævidere potuisset, suadere etiam videtur, illum ea bona Familiæ tribuere voluisse cum omnibus oneribus, cum omnibus juribus, inter quæ sane illud est nobilissimum præsentandi, ac nominandi Parochos, de quibus agitur.

Hanc amplectuntur sententiam Emus Archiepiscopus Senensis, Archiepiscopus Florentinus, ac Episcopus Fesulanus, ac insuper Hierosolymitani Ordinis Locumtenens, ejusdem Ordinis apud Apostolicam Sedem Orator, et Receptor in Hetruria consensum suum præbent etiam pro concedendo Oratricibus trium Paræciarum Jurepatronatus, provisorie tamen, et salvo semper jure Ordinis nimirum = *Che nella facoltà sia espresso di essere accordata provisoriamente, e senza ledare i dritti della Religione*.

Quod

Quod tandem spectat ad fructus in præteritum perceptos a Familia Canigiani jam monui EE. PP. quid per Rescriptum S. Pœnitentiariæ concessum fuerit, quidve contra hujusmodi gratiam opponi posset. Videant ergo an, quatenus ex integro de petita condonatione cognosci debeat concedenda sit absolutio a Censuris, et indulgendum precibus Oratricis ob ipsius bonam fidem, qua concurrente solet S. Congregatio pro condonatione rescribere; ut *in Romana Legati* 19. *Januarii* 1788. *in Reatina Reductionis Missarum* 24. Martii 1787. *et in S. Miniatis. Visitationis SS. Liminum* 7. *Martii elapsi anni ad. II. dub.*

Dubia proponuntur

I. *An et quomodo Familiae Canigiani sit concedenda administratio Bonorum duarum Commendarum in casu etc.*

II. *An eidem concedenda sit perceptio fructuum eorumdem Bonorum, in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit concedendum eidem Familiae Jus nominandi Parochos in casu etc.*

IV. *An et quot Bona sint separanda pro congrua trium Parochorum et manutentione Ecclesiarum in casu etc.*

V. *An sit concedenda absolutio, et sanatio quoad fructus jam perceptos in casu etc.*

VI. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione a Censuris, in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

SU-

SUTRINA JURISPATRONATUS. Proposita hac Causa in præterita Congregatione diei 6. Martii rescriptum est *iterum proponatur*. Iterum igitur proponitur

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

Dubium

An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.

SUTRINA UNIONIS PARAECIAE. Prope Civitatem Roncilionis extat Pagus ex adjacenti lacu appellatus *Vico*. Superioribus annis incolis refertus erat cum suo Parocho, qui fines Paraeciæ habebat conterminos cum Parochiali, et Collegiata Ecclesia SS. Petri Apostoli, et Catharinæ supradictæ Civitatis. Sed nunc deserta antiqua Via Consulari Pagus habitatoribus caruit, qui Lares ad proximam transtulerunt Civitatem. Quare collapsis Domibus Vici vix paucas habent Casas Piscatores, qui vesperescente Coelo, proximam petunt Civitatem. Numerus vero animarum accrevit in Parochiali SS. Petri, e Catharinæ Roncilionis ad 2820. Capita, ut unus Archipresbyter, qui Paraeciam regit, satis non sit ad exercendam Curam, sed indigeat Capellano, qui eum coadjuvet.

Sess. 7. Cap. 4. de Reform.

Per obitum ultimi Rectoris sequutum in Mense Novembris anni 1802. vacavit hæc Præbenda, preces hinc porrexit Sacræ huic Congregationi Roncilionis Archipresbyter, postulans, ut prævia suppressione ejusdem Rectoratus, illius redditus suæ Archipresbyterali Præbendæ addicerentur injuncta sibi, et Successoribus obligatione retinendi Capellanum Curatum, qui sibi non solum coadjuvet, sed etiam onera ei Ecclesiæ infixa adimplere teneatur.

Re-

Requisitus tunc temporis Episcopus hæc habuit in sua relatione = *Reditus praebendae Archipresbyteralis satis sunt circumscripti; nam vix deductis illius oneribus, Scuta Centum attingunt, ideoque aliquo subsidio indiget Orator, ut sumptus Vice Curati substinere valeat. Fructus vero Praebendae Vici tenues admodum sunt, et ascendere possunt ad annua circiter Scuta 67. comprehensis Scutis 36. quae per Chirographum San. Mem. Clementis XII. adsignata fuerunt anno 1740. pro Congrua Rectoris, quaeque a R.C.A. persolvuntur. Onera vero Rectoratus ejusdem in annuis circiter scutis 24. Quae cum ita sint mihi videtur suspendi interim posse ad tempus, nempe per decennium illius Rectoratus collatio, addictis fructibus Archipresbytero Oratori cum obligatione retinendi Capellanum, qui etiam onera praedicti Rectoratus adimplere, et singulis diebus Festis in Ecclesia Vici Sacrum peragere teneatur. Dixi ad tempus tantum, quia si forte contingeret, Pagum denuo inhabitari, posset praesto esse Parochus, qui curam exerceat. Quod si post, lapsum tempus et aliae Domus prolabantur, et nullus adhuc sit Incola; tunc uniri poterit Rectoratus ad formam SS. Canonum Parochiali, et Collegiatae Ecclesiae Roncilionis.*

Hæc desumpta sunt ex folio diei 15. Maji 1802., in quo relata fuit hæc causa, ac resoluta in sequenti Congregatione 19. Junii, in qua Dubio = *an, et quomodo sit locus suppressioni, et unioni Paraeciae, seu potius suspensioni nominationis, et applicationis redituum* = responsum est = *Negative in omnibus* = At iterum relata causa in Congregatione diei 20. Novembris ejusdem anni prodiit Resolutio = *Praevio recessu a decisis affirmative juxta votum Episcopi* =

Expirato non solum decennio, sed et quinquennio obtentæ prorogationis novas obtulit preces Archipresbyter, ut iterum alterius decennii prorogationem obtineret. De novis hisce precibus requisitus modernus Episcopus hæc refert = *Eminentiarum Vestrarum jussa exequens non habui, quem audirem, ob relativum interesse, quoniam nemo est, qui in antiqua Paraecia Vici domicilium habeat, prout apparet ex attestatione adnexa, quam exararunt duo Cano-*

nonici Collegiatae Roncilionis. Ex eadem attestatione constat onera adnexa ad formam praecedentium Indultorum impleta hactenus fuisse; animarum curam non passuram esse detrimentum; nec non causam defectus Incolarum adhuc persistere, sicut etiam perseverat, et altera causa tenuitatis redditumm Archipresbyteratus Roncilionis. Censerem itaque prorogari posse Indultum ad aliud decennium cum nulla proxima spes effulgeat, ut Vicum ab Incolis habitetur, et ut Archipresbyter Roncilionis donetur ea Congrua, quae ejusdem dignitati, laboribus, et meritis respondeat. Quod si in hujus decennii prorogatione Eminentiae Vestrae decernerent, ut Archipresbyter quotannis huic Ven. Seminario meo persolvat quindecim Scutata, praestarent profecto opus benignitate, et Sapientia Vestra dignissimum satis consulendo necessitatibus Archipresbyteri, et aliquantulam opem ferendo miserrimo Seminario meo, cui in summo languore Vires suppeditari necesse est, ne Dioecesis haec, quae sacris Ministris quam maxime indiget, summo malo supersit iisdem prorsus viduata. Dum ego pro viribus huic praeviso incommodo occurrere satago; ab EE. Vestris consilium, opem, praesidiumque ad eumdem finem vehementissime exposco, benignitati Vestrae confisus etc.

Hisce in facto expositis addam, quæ ex jure diligenter ac docte referebantur in prædicto folio diei 15. Maji 1802. = „ Ex Concilio Tridentino *Sess.* 21. *Cap.* 7. „ *de Reform.* probatur Parochialium unio in casu, „ quo Parochialis fatiscens sit exigui reditus, si nul- „ lo ex præscriptis remediis reparari possit. Constat „ tamen apud omnes; quod uniones hujusmodi con- „ ceduntur, si adsit Paræciæ necessitas *Can.* 49. *Caus.* „ 26. *quaest.* 1. si concurrat utilitas *Cap. Exposuisti* 33. „ *de Praeben.*, et pro forma accedat consensus Capi- „ tuli *Cap. Tua nuper de his, quae fiunt a Prelat. Cle-* „ *ment. ultim. de excess. Praelat*, et certatim tra- „ dunt *Turricel. de Union. Cap.* 6. *num.* 18. *Lotter de* „ *dere Benefic. quaest.* 28. *num.* 134. et Sacra Congre- „ gatio in *Leopoldien Unionis* 1. *Septembris* 1836.

„ Neque vera in casu proposito abesse videtur necessitas, „ cum Paræcia Vici fatiscens non sit, ut non suppetant

„ media ad reparationem necessaria , neque Ecclesia „ Parochialis Roncilionis inopia premitur , cum Archipresbyter congruam conciliarem habeat . Utilitas vero excluditur ex eo , quod unita Paræcia imminueretur divinus cultus . Tandem non constat „ exquisitum fuisseconsensum Capituli , quem semper necessarium esse duxit Sac. Congregatio , et præcipue in Forosempronien. Translationis Paræciæ , „ et Applicationis 19. Decembris 1701,

„ Nihilominus animadvertendum est , quod Paræcia „ Vici nunc prorsus inutilis est , cum deserto pago , „ et habitatoribus vacuo nullæ amplius sint animæ, „ quæ illi Rectori subjiciantur . Rursus ponderandum, „ quod habitatores Vici domicilium transtulerunt ad „ Civitatem Roncilionis, ita ut Archipresbyter aucto „ animarum numero , solus curam animarum præstare non possit , eique necessarius sit Capellanus „ Curatus . Ut igitur hujus stipendio consulatur necessaria videtur unio , cum ex reditibus Paræciæ supprimendo novis oneribus Archipresbyter supplere „ valeat .

„ Postremo observandum est , quod cultus Divinus non „ imminuitur, cum non convertatur Parochialis Vici „ in usus prophanos , sed in eadem omnia Missarum „ onera impleauntur , et præcipue in diebus Festis , „ ut Piscatores , qui lucente die ad lacum accedunt , „ Sacris possint interesse.

Videant ergo Eminentissimi Patres , utrum , iisdem perdurantibus circumstantiis , locus sit prorogationi Indulti, et utrum aliquod subsidium ex Paræciæ Vici redditibus pro Seminario sit prælevandum , quemadmodum postulat Episcopus .

Dubium erit

An , et quomodo sit locus prorogationi Indulti in casu etc.

Die Sabathi 8. Maii 1819. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FESULANA SEU FLORENTINA. *Sess. 22. Cap. 11. 25. cap. 9. de Reform.*

Dub. I. An, et quomodo familiae Canigiani sit concedenda administratio bonorum duarum Commendarum in casu etc.

II. An eidem concedenda sit perceptio fructuum eorumdem bonorum in casu etc.

III. An, et quomodo sit concedendum eidem Familiae jus nominandi Parochos in casu etc.

IV. An, et quot bona sint separanda pro congrua trium Parochorum, et manutentione Ecclesiarum in casu etc.

V. An sit concedenda absolutio, et Sanatio quoad fructus jam perceptos in casu etc.

VI. An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione a censuris in casu etc.

Ad I. Affirmative, et esse concedendam administrationem bonorum duarum Commendarum Familiæ Canigianæ salvis juribus S. Ordinis Hierosolymitani adimpletis omnibus oneribus ad formam fundationum, et cum onere certiorandi hæredes.

Ad II. Affirmative ut in I., donec S. Ordo Hierosolymitanus restituatur.

Ad III. Affirmative, ut in præcedentibus.

Ad IV. Negative, et omnia bona Commendarum esse obstricta.

Ad V. Affirmative solutis scutis centum quinquaginta in piis operibus, erogandis quoad scuta quinquaginta arbitrio Archiepiscopi Florentini, et quoad reliqua centum arbitrio Episcopi Fesulani.

Ad VI. Affirmative facto verbo cum Sanctissimo, quoad omnia.

 SU-

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

SUTRINA JURISPATRONATUS.

Dub. An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.

Reproponatur cum voto D. Secretarii.

Sess. 7. cap. 4. de Reform.

SUTRINA UNIONIS PAROECIAE.

Dub. An, et quomodo sit locus prorogationi Indulti in casu etc.

Affirmative ad aliud decennium a die expirati Indulti, et ad formam præcedentis.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

VERULANA SUBSIDII DOTALIS: Marchio Scipio de Filonardis Civis Verulanus in Testamento Romæ condito sub die 13. Januarii Anni 1639. universalem hæredem scripsit Ven. Sodalitium S Mariæ Jacobi Verularum, adjecta lege = *Che il Signore, ed Officiale di detta Compagnia debbano dell' entrate dell' Eredità assegnare ogni Anno a Zitelle povere di detta Città di onesta vita Scudi venticinque, Veste, con Calzette, e Scarpe etc. e così la detta dote in tutto sarà di Scudi trenta . . . e che detto Signore, ed Officiale non possa convertire in altro uso l' entrata di detta Eredità, ma che ogni volta, che sarà fruttata sino alla somma di scudi cinquanta si debba rinvestire ad effetto, che frutti in servigio di dette povere Zitelle*. Gens de Filonardis olim dives, nunc in pluribus familiis diffusa, ut plurimum paupertate laborat. Inter cœteros Filonardæ Gentis pauperes agnatos quidam est Ennius, qui cum Filiam haberet, Theresiam nomine, eique congruam Dotem constituere non posset, supplicavit S. M. Pium VI. ut dignaretur *aggraziare la detta sua Figlia di poter conseguire la dote di Scudi mille, e questi col fare sospendere sino al compimento della domandata somma due delle Tre doti, che si danno in Veroli dell' Eredità di Scipione Filonardi* = Exemplum etiam afferens alterius Puellæ suæ agnationis Annæ Fe-

Felicis, quæ auctoritate Benedicti XIV. subsidium dotale Scut. 400. uti inter Moniales cooptaretur, obtinuerat: Supremus ille Pontifex Oratoris preces irritas non fecit, ac sub die 9. Aprilis 1788: obsistentibus licet Episcopo, et Confratribus Sodalitii S. Mariæ Jacobi, per Sacram hanc Concilii Congregationem = *Oratoris Instantiam benigne remisit arbitrio Collatorum, etiam quoad quantitatem, et modum, in casu, quo supradicta Oratoris Filia nubat in Domino tantum.*

Inde vero factum est, ut quod subsidium dotis, dummodo in Domino tantum nuberet, Oratoris Filiæ concesserat Sacratissimus Princeps, ipse Ennius Filonardi iteratis precibus petierit, licet in sæculo nuberet, cui instantiæ, requisita prius Episcopi Informatione rescriptum est *sub die* 28. *Maii* 1791. *doceat de prompta occasione nubendi*. Ac tandem Anno 1800., dum tertio renovata fuerat instantia, Theresia, re infecta, e vivis excessit.

Interim Margarita Soror defunctæ novas Anno 1802. obtulit preces S. Congregationi, ut ejus favore transferretur dos, quam Soror defuncta consequuta fuisset, nisi præmortua esset. Nonnisi quinquennio post a defuncto Episcopo remissa est informatio, contra quam insurrexit Ennius ita ut *die* 18. *Martii* 1809. nova postulata est Informatio, et cum ea longius quam par erat differretur, instante interim collationis dotium assueto tempore *die* 1. *Septembris* ejusdem Anni rescriptum est *dentur Urgentiores suspensa interim collatione saltem unius dotis usque ad exitum pendentis recursus in Sacra Congregatione.*

Successere deinde notissima Invasionis tempora, in quibus Oratrix inutili conatu ad laicam convolavit potestatem, donec reintegrata legitima Summi Pontificis potestate, iterum S. Congregationem adiit, renovans preces ad assequendum toties petitum dotale subsidium, ac præsertim, ut ex indicta per superius memoratum Rescriptum diei 1. Septembris 1809. suspensione collationis unius saltem subsidii, *essendo trascorsi otto anni vi devono essere in eposito scudi* 250. *acciocchè avendo essa pronto partito di maritarsi di ordinare intanto il pagamento dei sud-*

detti

detti Scudi 250. ferma restando la sospensione fino al compimento di Scudi 1000.

Super novas preces rogatus Episcopus contrarium aperuit Votum, quemadmodum contraria fuit nova resolutio Confratrum S. Mariæ Jacobi ; Quemadmodum videre est in allegatione per eorum Procuratorem distribuenda. Causa igitur Sapientissimo Eminentissimorum Patrum judicio sub *duplici concordato dubio* definienda proponitur. Quid contra Oratricis instantiam proferat V. Sodalitii defensor habent EE. PP. in ejus allegatione typis impressa. Quidquid vero si non ex jure , saltem ex æquitate adduci posset pro concedenda gratia , addam ex officio, cum oratrix nequeat ex summa egestate suam parare defensionem. Certe si littera tantum Testamenti Scipionis Filonardi inspiciatur , nequit ex ea Oratrix aliquid præsidii sibi mutuare. In iis enim Tabulis nulla excidit mentio de *Consanguineis* , et dum Testator dotalia subsidia Puellis pauperibus Verulanis addixit , nihil addidit , ex quo prælatio favore suarum Consanguinearum erui liceat.

At novum non est , ut quod testator expresse , cavere neglexit , suppleat benigna præsumptæ illius voluntatis interpetratio. Porro nihil magis naturali Charitati , nihil magis sanguinis vinculo congruere videtur , quam quod Testator ille , qui extraneis Puellis per gratuitas largitiones subsidia in perpetuum afferre voluit , eo magis Consanguinearum , sibique sanguine conjunctarum inopiæ succurrere voluerit: *Mant. de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 16. *et seqq. Rota in decis.* 98. *num.* 4. *coram Duran. et in Perusina subsidii dotalis* 2. *Maii* 1702. §. 3. *coram Scotto.*

Oratricis autem Consanguinitatis conjunctionem in octavo gradu probat Arbor Genealogica; de ejusque summa egestate, et honestate , Parochus luculentissimum perhibet testimonium. Hisce probatis extremis , succedit præsumpta Testatoris voluntas , qui non ex particulari affectione in aliquam certam personam de suo Patrimonio disposuit, sed omne illius compendium contulit = *alle Zitelle povere di detta Città di onesta vita* = Ac pluries repetiit = *desidero che detta mia eredità sia in servizio di dette povere Zitelle* = Si tempore conditi Testamenti habuisset in-

ter

fer sanguine conjunctas virgines honestas, ac pauperes, eas certo certius prætulisset extraneis, ignotisque fœminis, quas ad dotalia subsidia invitavit.

Nec succensendum videtur, quod Oratrix in Verulana Civitate ortum non duxerit, ita ut exclusa dici debeat ab expressa defuncti voluntate, quia vocavit = *Le Zitelle povere di detta Città di Veroli* = Hoc enim objectum vim haberet, si Oratrix in vim expressæ vocationis subsidium postularet, tunc enim vinceretur ab iis fœminis, quæ in Verulana Civitate natæ fuissent; At in præsenti casu ejus instantia tota nititur in æquitate, et in præsumpta voluntate Testatoris; præsertim cum designatio originis enunciative tantum facta videatur, ac prorsus desint *particulae*, quæ adhiberi solent ad stricte coercendam vocationem inter Verulanas tantum fœminas.

Addendum insuper est quod Oratrix est de agnatione Familiæ Filonardi, ac proinde ipsius Testatoris, atque Ennius ejus Pater, ut testantur Vestatoræ Civitatis Conservatores, inter Patritias illirulanvitatis Familias adnumeratur, ejusque majores primis illius Civitatis honorum gradibus gavisi sunt.

At vero prætereunda non est distinctio, quam sæpe, sæpius sequuta est hæc S.Congregatio inter Fœminas, quas testator expresse, licet simpliciter, præferri mandavit extraneis, et tunc quia illæ sedem vocationis habebant, et ex justitiæ debito veniebant, usque ad decimum gradum juxta juris civilis regulas computandum admisit ut *in Camerinen. Subsidiorum Dotalium* 18. *Julii* 1733. *et* 8. *Augusti ejusdem anni*, et inter Fœminas, quæ cum nullam habeant vocationis sedem, nec expressa Testatoris voluntate juvantur, sed tantum ex præsumpta sanguinis affectione subsidia dotalia postulant, et tunc eadem S.Congregatio intra quartum tantum consanguineitatis gradum iisdem Fœminis opem tulit, ut *in Ferrarien. Subsidiorum Dotalium* 14. *Decembris bris* 1765. *et in Perusina Subsidiorum Dotalium* 30. *Augusti* 1766.

Nec tamen desunt in ipsa Familia Filonardi exempla aliarum Puellarum, quæ ex hoc ipso pio legato subsidium dotale prælative ad fœminas extraneas, et in

in majori summa, quam præscripserat Testator, obtinuerunt. Hujusmodi exempla collegit informatio defuncti Episcopi Verulani de anno 1788. quæ relata est *in Summario sodalitii.*

Quod si EE. Patres aliquod dotale subsidium super Pio Legato Oratrici concedendum esse decreverint, tunc *secundi dubii*, in quo de quantitate subsidii agitur, erit disputationi locus.

Porro Theresia Filonardi subsidium *scut. mille* petiit, idem in eamdem summam petebat Margarita Oratrix. Summus vero Pontifex Pius VI. dotem Theresiæ concessit, at quoad quantitatem, et modum arbitrio Collatorum remisit. In allatis vero exemplis Puellarum numquam ad dictam summam gratia pervenit. Mariæ enim sub Benedicto XIII., et Annæ Felici sub Benedicto XIV. unicuique summa scut. 400. concessa est, ut in Domino nuberent; Mariæ vero Josephæ sub Clemente XIV., ut ad Nuptias posset transire scut. 120. datum est dotale subsidium. Cæterum in præsentiarum cum jam amplius octo annorum spatio S. Congregationis decreto suspensa sit unius annuæ dotis collatio, consequens est, ut in sodalitii, vel in Legati Pii ærario scut. 250. circiter ex suspensa dote superesse debeant.

Dubia proponuntur.

I. *An sit locus constitutioni dotis subsidiariae in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An, et quomodo, et in qua summa sit solvenda in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Provisum in I.

SE-

SENOGALLIEN TRANSACTIONIS. = Approbationem Transactionis postularunt Administratores Nosocomii Senogalliensis, quam conciliaverunt cum Aloysio Roberti. Postquam ea de re postulata fuerat juxta morem Informatio ab Emo Episcopo, rogatus est Emus, ac Rmus Cavalchini ut re perpensa votum suum aperiret. Id summa diligentia, ac doctrina perfecit, ut EE. Patres noscent ex elucubratissimo ejus sequenti voto. *Sess.21. cap. 6. de Reform.*

„ Exeunte Mense Majo Anni 1808., Administratores „ Nosocomii Montis Bodii, legitima accedente au- „ ctoritate, in Emphyteusim ad tertiam Generatio- „ nem concesserunt cuidam Josepho Rustici Præ- „ dium nuncupatum *Le Cone*, annuo convento Ca- „ none Scut. Sexaginta cum dimidio, persolvendo „ ad ratam Scut. 20. 16. 3. in quolibet quadrime- „ stri. Cum autem hujusmodi Contractui solidalis „ accesserit Fidejussor Aloysius Roberti, factum est, „ ut Rusticus qui suum dumtaxat nomen Contra- „ ctui præstiterat, quique præterea nullo prorsus „ Censu potiebatur, sese de medio sustulerit in ipso „ quasi exordio, ita ut Contractus integre coalue- „ rit in ipsum Robertum, tamquam solidaliter obli- „ gatum. Reque vera, quousque in humanis fuit „ Aloysius, ipse unus Prædium illud possedit, ipse- „ que unus quadrimestrales ratas Nosocomio per- „ solvit. Eo tandem vita functo anno 1815., Jo- „ seph ejus Filius Contractum Emphyteuticum agno- „ scere, et Canonis ratas persolvere adeo firmiter re- „ cusavit, ut spretis omnibus urbanitatis officiis opor- „ tuerit in eum judicialiter agere: hinc facile in- „ notuit, arduam, et periculi plenam futuram esse „ institutam hujusmodi controversiam. Aloysius „ enim Roberti, quo tempore una cum Josepho Ru- „ stici stipulatus est Emphyteusis contractum, aut „ nihil, aut ferme nihil in bonis possidebat: quo- „ niam universalem suorum bonorum donationem, „ favore Josephi filii sui, jam antea emiserat. In- „ notuit insuper, aut læsionis querelam, aut sal- „ tem de Canonis reductione controversiam institui „ posse ab eodem Josepho; siquidem Prædium *le*

„ *Cone*, quod vix annuam dabat responsionem Scut. „ 32., concessum fuerat in Emphyteusim ad ter- „ tiam Generationem pro annuo Canone Scut. 60. „ 50. Perspectum tandem est, lites hujusmodi, quas „ Joseph Roberti instituere paratus erat, etiamsi fa- „ vore Nosocomii absolverentur, tamen indole, ac „ natura sua rem in longum protrahere debuisse, „ non sine gravi illius dispendio, quod sane subire „ pro viribus omnino nequibat. Hisce omnibus re- „ cte, ac mature perpensis, satius visum est Ad- „ ministratoribus Nosocomii institutam controver- „ siam, si fieri posset, amicabili Transactione com- „ ponere, sicque incertam Judiciorum aleam, cer- „ tumque litis dispendium ab eo avertere. Qua de „ re sub die 31. Maii anni 1817., peculiari Congre- „ gatione ad hoc specialiter convocata, actum se- „ dulo est cum Josepho Roberti de universis liti- „ bus, et controversiis per transactionem dirimen- „ dis.

„ Quatuor autem in id statuta fuerunt Capita. Ac pri- „ mum cautum est, ut Nosocomium, accepto Præ- „ dio *le Cone*, annueret rescissioni Contractus, fa- „ cta tamen a Roberto solutione Scut. Biscentum, „ titulo (ut vulgo audit) *di buona uscita*. Dein sta- „ tutum est secundo loco, ut Scut. illa Biscentum „ teneretur Nosocomium recipere mediante cessio- „ ne frugiferi Crediti, quo erga Robertum quidam „ gravabatur Paschalis Venturini, eaque accepta ha- „ bere per traditionem prædii ipsius Venturini in „ Salvianum conventionale, a Nosocomio retinendi, „ quousque ex annuo illius redditu integra confi- „ ceretur summa scut. Biscentum, solutis interim „ fructibus compensativis ad rationem Scut. quin- „ que pro quolibet Centenario, et Anno, moderan- „ dis tamen assueta regula, quam dicunt *A Sca-* „ *letta*.

„ Quumque Robertus defecisset in solutione ratarum „ decursarum jam inde a Mense Januario 1816., „ sic conventum est tertio loco, ut quoad duas ex „ prædictis ratis quadrimestralibus, nimirum a Men- „ se Septembris 1815. usque ad Mensem Maii 1816., „ remissæ eidem, et condonatæ intelligerentur. Quo

„ ve-

„ vero ad reliquas ab inde decursas, deberet Ro-
„ bertus exactissimam rationem reddere de singulis
„ fructibus a prædicto prædio perceptis, eosque No-
„ socomio restituere, perinde, ac si rescissio Con-
„ tractus Emphyteutici tunc temporis contigisset.
„ Quarto denique loco pactum est, ut expensæ om-
„ nes hac de re peractæ, aut peragendæ tres in par-
„ tes dividerentur, quarum unam Robertus, alte-
„ ram Venturinus, tertiam Nosocomium persolvere
„ tenerentur.

„ Rebus ita compositis, ventum est ad hanc Sacram
„ Congregationem, oblatisque precibus postulatum,
„ ut quæ ab Administratoribus Nosocomii cum Ro-
„ berto statuta fuerant, suprema sua Auctoritate fir-
„ maret. Cum vero ea de Causa requisitus fuerit
„ Emus Senogalliensis Episcopus, nedum ipse te-
„ status est, vera esse omnia, quæ in precibus nar-
„ rabantur, adeoque utilem Nosocomio futuram
„ transactionem ineundam modo, et forma, qua
„ statutum fuerat a Congregatione particulari ejus-
„ dem Nosocomii, sed insuper Sacræ huic Congre-
„ gationi opportuna etiam monumenta transmisit,
„ quæ tum antiquum, tum recentem illius Prædii
„ statum, annuumque redditum patefaciunt. Con-
„ stat nempe ex decennio redditum Prædii, quod
„ tempore non suspecto requisivit Sac. Congregatio
„ Boni Regiminis quum bona Nosocomii a Comu-
„ nitate Montis Bodii administrabantur, ab Anno
„ scilicet 1805. usque ad 1815., Prædium *le Conc*
„ dedisse Nosocomio annua Scuta 32. Anno vero
„ 1807., nimirum paulo ante stipulationem Con-
„ tractus Emphyteutici, reddidisse annua Scuta 30.
„ 98. detractis oneribus, et expensis. Quo vero ad
„ statum Prædii tam de tempore prædicti Contra-
„ ctus, quam de præsenti lucubratissimam adjunxit
„ Peritiam, ex qua patet auctam potius ab Emphy-
„ teuta, quam deteriorem factam fuisse indolem,
„ et naturam ejusdem Prædii; Apparet enim ex in-
„ spectione Inventarii peracti de tempore contra-
„ ctus, quod Arbores non excedebant numerum 171.,
„ quæque valoris erant Scut. 83. 04., nunc ascen-
„ dunt ad numerum 433., earumque pretium in

„ Scutis 102. 70. constitutum. Post hæc placuit „ Eminentiis Vestris preces Nosocomii una cum ad- „ nexis juribus mihi delegare, ut meam desuper „ sententiam aperirem. Cum igitur ea qua decet „ sedulitate rem omnem introspexerim, facile in- „ tellexi transactionem, de qua agitur, utilem No- „ socomio futuram, et supremam proinde confir- „ mationem promereri.

„ Et sane non ambigitur per eam removeri Lites, et „ controversias jam subortas, aliasque in progressu ori- „ turas, maximo cum dispendio, ac damno ipsius Noso- „ comii, quod interim manibus vacuis eas per lon- „ gum temporis spatium perferre cogeretur. Porro „ Transactionem, quæ et litibus finem imponit, et „ graves avertit sumptus, justam, utilemque sem- „ per reputandam esse, non modo docet Textus *in* „ *leg.* 1. *Cod. de Transact. leg. Causas Cod. eod. tit.* „ *leg. in Summa* 66. §. 11. *ff. de Condict. indeb. Rocca* „ *disput. Selec. Cap.* 3. *n.* 57. *Rota in Nuperr. decis.* „ 18. *n.* 21. *Tom.* 3 Sed quod maximum est, hæc „ ipsa testatur S. Congregatio *in Firmana Transa-* „ *ctionis* 18. *Maii* 1791. in altera *Firmana concor-* „ *diae* 21. *Novemb.* 1807. et *in Montis Alti Transa-* „ *ctionis* 20. *Februarii* 1808.

„ Certius vero inspecto parumper dubio earumdem „ litium eventu. Negat enim Robertus (necforte in- „ juria negat) contractum Emphyteuticum agnosce- „ re, cum ipse bona omnia, quæ possidet, jam an- „ te stipulationem Contractus per actum donationis „ universalis ab Aloysio Patre suo acceperit, proin- „ deque nihil cum illo, qui ferme oberatus deces- „ sit, commune habeat. Quo quidem in casu, cum „ Aloysius nihil omnino in bonis reliquerit, illud „ unum superesset Nosocomio, ut devolutionis ju- „ dicium institueret, decursosque interim non solu- „ tos Canones perpetuo lugeret. Plane dubius Litis „ eventus justam, utilemque transigendi causam „ suppeditare statuit hæc ipsa Sac. Congregatio in „ dicta *Firmana Concordiae* Anni 1807., et alibi „ millies.

„ Fac tamen litem illam votis Nosocomii secundam, „ adversam vero futuram esse Roberto, dein altera

erit

„ erit derimenda controversia, quæ læsionem respi-
„ cit, aut saltem Canonis reductionem. Siquidem,
„ tum antiquo, tum recentiori inspecto reddito an-
„ nuo Prædii *le Cone*, undique constat vix ad annua
„ Scuta 32. pervenisse; quin imo de anno 1807.,
„ paulo ante contractus Emphyteutici stipulationem,
„ fructus illius Prædii non excesserunt scuta 30. 98.
„ Non hic ego quæram num Contractus hujusmodi,
„ cujus Canon evectus est ad scuta 60. 50. enormem
„ læsionem ita inducat, ut rescissioni causam præ-
„ bere debeat; dicam dumtaxat Nosocomium in
„ hujusmodi Contractu *locupletari cum aliena jactura*
„ Esto enim quod Prædium *le Cone* annuum dare pos-
„ sit fructum scut. 35. semper tamen certum perfer-
„ ret damnum Emphyteuta in scutis 25. 50. quæ
„ absque ulla culpa, et negligentia ipsius Emphyte-
„ utæ lucraretur. Si vero (generatim loquendo)
„ iniquum est, quempiam locupletari cum aliena
„ jactura *ad Text. in leg. Cum. hoc. natura Cod. de*
„ *condic. indeb. et leg. si me, et Titium ff. si cert.*
„ *petat*; multo pluris iniquum censeri debet, ubi
„ res agitur cum locis Piis. Ecclesia enim Mater, et
„ Cultrix est æquitatis, et justitiæ, nec certe patitur
„ se se cum alterius damno locupletari, *Barbos. in*
„ *Cap. cum dilecti num.* 17. *tit de Empt. et vendit.*
„ *Capon. controv. forens.* 5. *num.* 9. *Lanfredin. resp.*
„ *jur.* 16. *num.* 57: *Mans. consul.* 280. *num. Tom.* 3.
„ *Sanch. de laesion. Par.* 2. *Cap.* 8. *num.* 100. ubi
„ postquam latissime demonstravit locum esse redu-
„ ctioni Canonis, quoties fructus, qui colliguntur
„ ex Prædio Emphyteutico, non æquant summam,
„ quæ pro Canone solvitur, mox immediate ait sub
„ *num.* 105. = ibi = *Idque eo magis receptum esse*
„ *debet in Ecclesia domina directa, quippe quae cum*
„ *sit justitae cultrix, dedecet eam cum jactura alte-*
„ *rius locupletari*. Eademque semper fuit Sententia
„ hujus Sacræ Congregationis, veluti præ cæteris,
„ pandit resolutio edita in dicta *Firmana Transactio-*
„ *nis* 28. *Maii* 1791., et magis etiam præcise *in To-*
„ *lentin. Reductionis Canonis* 7. *Septembris* 1800.
„ et novissime in *Nullius Farfen.* 13. *Julii* 1816.

Quod

„ Quod si lubeat etiam pacta introspicere, quæ pro
„ ineunda Transactione statuta sunt cum Roberto
„ in Congregatione particulari ejusdem Nosocomii,
„ ex his quoque illius utilitas magis, magisq. reful-
„ get. Siquidem rescisso Contractu; recuperat No-
„ socomium Prædium *le Cone*; At illum recuperat
„ melioratum. Nedum enim idem ferme est annuus
„ illius redditus, qui erat anno 1807., sed insuper
„ Arbores, quæ juxta Inventarium occasione contra-
„ ctus exaratum non excedebant num. 171., valorisque
„ erant scut. 83. 04. evectæ sunt ad numerum 433.,
„ et valoris scut. 102. 72. Præterea pacto conven-
„ tum est, ut occasione rescissionis Contractus cedat
„ Robertus favore Nosocomii creditum suum frugife-
„ rum scut. Biscentum, quod habet cum Sacerdote
„ Paschali Venturini, illudque cedat titulo, ut ajunt
„ *di buona uscita*. Et si vero Nosocomium statim
„ non consequatur pecuniam hujus Crediti, pacto
„ tamen altero statutum est, ut ad illud ratatim
„ minuendum, illico Venturinus teneatur tradere
„ Nosocomio Prædium suum omnino liberum, nul-
„ lisque Hypothecis obnoxium, quo usufruatur ad
„ instar *Salviani conventionalis*, donec scilicet ex illi-
„ us fructibus summam confecerit scut. Biscentum,
„ pro quibus interim compensativos fructus persolve-
„ re teneatur, annuatim tamen diminuendos, ut
„ dicitur, a *Scaletta*. Porro concessio Crediti
„ hujusmodi favore Nosocomii adscribenda certe est
„ illius utilitati. Et quamvis pacto altero cautum
„ sit, ut Nosocomium binas quadrimestrales ratas
„ condonare teneatur Roberto, ab inde vero accu-
„ ratissimam ipse rationem reddere debeat de omni-
„ bus, et singulis fructibus a Prædio recollectis,
„ eosque Nosocomio concedere; attamen cum duo
„ illæ ratæ quadrimestrales, quibus Nosocomium
„ valediceret, non excedant summam scut. 40. 35.,
„ equidem concessio hujusmodi comparari nullo mo-
„ po est cum Capitali scut. Biscentum, quod non
„ multis abhinc annis consecuturum est; eo vel
„ maxime, quod donec Creditum illud integre coa-
„ luerit in Nosocomium, compensativi fructus *a*
„ *Scaletta*, eidem quotannis persolvuntur.

Quid

„ Quid? multis quantum Administratoribus cordi fue-
„ rit Nosocomii utilitas in pertractanda Transactione,
„ de qua agitur, luculenter evincitur etiam Capite
„ quarto, in quo omnium sumptuum, et expen-
„ sarum ratio habita fuit. Persolvi hæ utique debe-
„ rent ab utroque contrahente pro medietate, verum-
„ tamen hoc in casu Paschalis quoque Venturini
„ accitus est ad suam expensarum partem sube-
„ undam, ita ut expensæ omnes tam factæ, quam
„ faciendæ in partes tres, ipso annuente Venturino
„ dividendæ erunt, sicque unusquisque eorum suam
„ tertiam partem persolvet.

„ Porro cum hæc sit summa pactorum quæ pro ineun-
„ da Transactione statuta sunt, egregie animadver-
„ tit Emus Episcopus in sua Informatione, in qua
„ refert EE. VV., *quod Conventio ejusmodi nullum*
„ *Nosocomio prejudicium infert. Nam tum ex liqui-*
„ *dis praedii Emphyteutici redditibus*, *tum ex praedi-*
„ *cta summa* (*scut. Biscentum*) *in capitale frugiferum*
„ *redigenda*, *eidem ferme percipit Administratio*,
„ *quod antea*. Si vero ad calculum præterea revoce-
„ tur *recessus a Lite*, de quo memini paulo supra,
„ jam non modo Nosocomium nullum utique ha-
„ bet præjudicium, sed imo utilitatem consequitur,
„ cum recessus a Lite praesertim salebrosa, et pe-
„ riculi plena, inter res utiles connumeretur, ve-
„ luti præter jam adductas Auctoritates, iterum mo-
„ net *Gloss. in Cap. penult. de Emph. et Vendit.*
„ *Gratian. discept. Forens.* 861. *num.* 25. *Staiban. Jun.*
„ *resol.*137.*num.*1. *Urceol.de Transact. quaest.*15.*n.*25.
„ ibi = *Utilitas vero Transactionis in proposito proba-*
„ *ta dicitur*, *eo ipso*, *quod per Transactionem a Lite*,
„ *in qua animus vexatur*, *et opes delibantur recessum*
„ *fuit.*

„ Itaque posita justitia, et utilitate Transactionis nihil
„ causæ est, cur illa adprobari, supremaque Aucto-
„ ritate confirmari non mereatur, prout cohærenter
„ *ad Text. in lege Cum proponas cod. de Trans.* pas-
„ sim resolvit hæc ipsa Sacra Congregatio veluti præ
„ cæteris, videre est, in *Fanen*, *Transactionis* 27.
„ *Aprilis* 1816. in qua dubio = *An sit probanda Tran-*
„ *sactio ita ut sit concedendum Beneplacitum* = re-

pon-

„ sponsum fuit = *Affirmative , facto verbo cum* „ *SSmo .*

Dubium igitur proponitur .

An transactio , de qua agitur , sit confirmanda , vel infirmanda in casu etc.

Affirmative ad primam partem , negative ad secundam juxta Votum Emi Relatoris , facto verbo cum SSmo .

Sess. 2. Cap. 6. Sess. 23 cap. 18. de Reform.

SANCTI SEVERINI CAPELLANIARUM . Proposita hæc causa fuit *die* 19. *Januarii* in sequenti autem Congregatione diei 13. *Februarii* proxime elapsi definita fuit . Dubio namque *An , et quomodo sit locus nominationi duorum Capellanorum ad formam fundationis seu potius obstent Litterae Apostolicae in forma Brevis S. M. Pii Sexti in casu etc.* = respondere dignati sunt EE. PP. = *Affirmative ad primam partem juxta votum Emi Abbatis , negative ad secundam* = Implorarunt PP. Cistercenses illico novæ audientiæ Beneficium , et hæc statuta fuit causæ repropositioni dies ; attamen cum ipsi vadimonium deseruerint ; nihilque mihi exhibuerint Vestrum erit definire .

Dubium .

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 13. Februarii proxime elapsi in casu etc.

In decisis , et amplius.

RO-

ROMANA, SEU BONONIEN TRANSLATIONIS Præsul Aloysius Bevilacqua Bononiensis supremis Tabulis diei 2. Aprilis Anni 1676. Capellaniam mere laicalem instituit *amovibilem ad nutum sui haeredis in infinitum cum onere Capellano pro tempore celebrandi, vel celebrare faciendi unam Missam quotidianam pro animabus Institutoris, Parentum, et Consanguineorum*, et pro dote ejusdem Capellaniæ voluit *assignari annuum reditum Scutorum Centum in tot Locis Montium non vacabilium*, de quibus scuta sex erogari jussit in suppellectilem sacram, sex in compensationem Candelarum, Ostiæ, Clerici et cæt., reliqua vero libera addixit Capellano. Hanc autem Capellaniam erigi mandavit in Ecclesia S. Mariæ de Victoria Urbis in Sacello, quod ipse construi inceperat, quodque perfici a suis hæredibus, et in eo post mortem corpus suum sepeliri jussit. Eodem Testamento cum de omnibus suis Bonis immobilibus Primogenituram instituisset, ad quam perpetuo duraturam vocavit Primogenitum suæ Agnationis disposuit deinde, ut Aes alienum contractum, et Pia legata, *etiam quoad constructionem Capellae, et Capitale Capellaniae solverentur ex mobilibus cujuscumque generis, et speciei, ex pecuniis, et in supplementum ex fructibus haereditatis absque eo quod unquam alienari possent Bona immobilia, et loca Montium*, et quotiescumque eveniret, ut ea quæ pro Capellania designata essent, vel exstinguerentur, supprimerentur, aut quomodocumque minuerentur sui hæredes pro tempore novum Capitale Locorum Montium supplere tenerentur usque ad dictum Annuum reditum scut. Centum. Primus hæres vocatus ac deinde cæteri omnes fundum Capellaniæ, qui ut diximus in tot Loca Montium consistere debebat, haud constituerunt; interim vero Capellæ oneribus fieri satis curavere ac nemo unquam de non celebratis Missis vel de annua Capellano non soluta centum Scutorum Pensione questus est ad Annum usque 1798.

Sess.22. cap. 6. de Reform.

Eo anno accedente Apostolico Indulto onus quotidianæ Missæ celebrandæ precibus Marchionis Aloysii Bevilacqua ab Ecclesia S. Mariæ de Victoria Urbis, et

a Sacello in quo jacet Pius Institutor ad quamcumque aliam Ecclesiam pro interim translatum est, idque attentis lacrimabilium temporum circumstantiis = *Poterla passare* (Missam quotidianam) *in ajuto di qualche Parroco, o altro semplice Religioso di merito, che mancasse di rendite, o che costretto a rinunziare alla Cura, o altro Religioso Impiego per non dare il giuramento Civico mancasse di sussistenza* = quas preces benigne excepit S. M. Pius VI. ut patet ex Rescripto Senis dato die 23. Maii 1798. = *SSmus attentis peculiaribus circumstantiis benigne annuit pro gratia juxta petita, et in casibus tantum in supplici Libello expressis contrariis quibuscumque non obstantibus.*

Rebus ad pristinam tranquillitatem revocatis, ac proinde causis in laudato Rescripto contemplatis deficientibus Missa quotidiana ad suam Ecclesiam, propriumque Sacellum, et Altare juxta Pii Institutoris dispositionem reduci oportebat, sed Marchio Franciscus Bevilacqua, qui Patri Aloysio ab intestato pro legitima, cum aliis sex Fratribus, pro quarta vero (de qua Parentes, juxta Gallicas leges disponere poterant) ex Testamento cum alio tantum fratre Jacobo successit cum post aditam Patris hæreditatem cum beneficio *l*egis, et inventarii invenisset fere omnia bona ad Primogenituram a Præsule Bevilacqua institutam spectantia vel alienata, vel obnoxia debitis tempore præsertim Gallicæ Invasionis contractis, preces dedit Sanctissimo pro obtinenda perpetua traslatione quotidianæ Missæ in privato, ac domestico Oratorio, et facultate reducendi annuam centum scutorum Pensionem Capellano solvendam ad manualem eleemosynam, servatis tamen scutis duodecim, quæ Ecclesiæ S. Mariæ de Victoria quotannis solvere non detrectat, dummodo vero Patres, qui conrespectivo onere suppellectilium, Ostiæ, Candelarum etc. quotiescumque petitam gratiam obtineat Orator, minime gravarentur, annuis duodecim Missis lectis, et altera cum cantu in die obitus in Gentilitia Capel*l*a celebrandis pro anima Pii Institutoris paratos se exhibeant.

De hisce Precibus rogati sunt tum Emus Titu*l*aris, ut audi-

audito præsertim definitorio Patrum Carmelitarum in Conventu S. Mariæ de Victoria degentium suum votum aperiret, tum Eñus Archiepiscopus Bononiensis, qui referret de viribus hæreditatis, utrum utilis actio experiri possit pro recuperatione fundorum, ac de gravi Oratoris Familiæ indigentia; Patres S. Mariæ de Victoria petitæ gratiæ adversantur, eamque variis rationum momentis, de quibus inferius, improbant, proindeque Eñus Titularis paucis verbis ita instantiam dimisit = *Audito definitorio prout ex Folio nobis exhibito, quod S. Congregationi remittimus censemus non esse admittendas preces Oratoris* = attenta contraria definitorii Relatione.

Contra vero Eñus Bononiæ Archiepiscopus, factorum narrata serie omnium, quæ Orator exposuit, quæque nos hucusque retulimus veritatem comprobat, et S. Congregationis quæsitis ita respondet = *col mezzo dell' esposte circostanze di fatto sia sulle forze dello Stato del Prelato Bevilacqua, sia per la ricupera di Beni, che non può aver luogo stante l' abolizione de Fidecommissi, come per lo stato di somma ristrettezza di fortuna nel supplicante, e circa la mancanza, ed impotenza del Supplicante, ed altri a soddisfare li appuntamenti di detta Cappellania vengono sfogati i cinque quesiti della S. Congregazione del Concilio* =

Quoad vero ad celebrationem in præteritum audito Capellano, omnimode expletam fuisse testatur, ac demum ita suum aperit Votum = *Io sarei di subordinato avviso di conciliare anche l' oggetto dell' Istanza principale colle discipline Canoniche, e con quelle eventualità, che possono aver luogo, col determinare, che la Cappellania suddetta per la celebrazione di detta Messa quotidiana venga trasferita in questa Chiesa di S. Paolo Parocchiale del Supplicante ad un' Altare da destinarsi, con facoltà Personale al Supplicante, ed al di lui Figlio Primogenito, finchè vivranno di far celebrare durante la loro vita, e nelle occorrenze di loro comodo detta Messa quotidiana anche negli Oratorj proprj di Città, e di Villa, mantenuti fermi nullameno nei Primogeniti Bevilacqua i dritti originarj per la nomina del Cappellano, per l' amovibilità del medesimo ad nutum, ed in tutto, e per tutto, come trovasi*

disposto nelle riferite Tavole Testamentarie di Monsig. Luigi Bevilacqua.

Nisi justa, et rationabilis Causa intercedat, solet Sac. Congregatio Postulationes reiicere de Missarum oneribus ab una in aliam Ecclesiam transferendis *Comen. Translationis Missarum* 15. *Septembris* 1764. *Firmana Translationis Oneris Missarum* 3. *Augusti* 1782. idque eo magis cum ageretur de perpetuo Missarum Legato a Testatore in designata Ecclesia relicto, ubi Corpus ejus humari voluerit, et revera fuerit sepulturæ donatum *Aesina Legatorum Missarum* 21. *Augusti* 1700. *Ariminen. commutationis Missae* 14. *Martii*, *et* 13. *Junii* 1711. *in Casalen. Commutationis voluntatis* 24. *Septembris* 1718. *in Romana Translationis onerum Missarum* 21. *Julii* 1731.

Verum plura non desunt exempla, in quibus S. Congregatio, justis, et rationabilibus Causis accedentibus petitam translationem concessit temporaneam, quandoque etiam perpetuam, et quidem non semel in Casibus, in quibus Pius Institutor in designata pro celebrandis Missis Ecclesia Sepulchrum elegerat; *ita in Veronen. Transl. Missarum* 20. *Augusti* 1768. *Firmana Red. oner. Missarum* 22. *Decemb.* 1781. *Perusina Trans. oner. Missarum* 10. *Septembris* 1785. *Januen. Red. et Translat. Miss.* 3. *Martii*, *et* 15. *Decem.* 1787. *Novarien. Trans. Mis.* 6. *Augusti* 1791. *Nullius Guastallae* 26. *Novemb.* 1791.

Inter justas, et rationabiles causas adnumerantur Oratorum pauperies, et impotentia; Fundi ad Pium Legatum spectantis inculpabilis jactura, vel Bonorum hæreditariorum, quibus juxta Canonicas leges, et Testatorum voluntates suppleri deberet procul a quavis culpa imminutio, vel omissio. Canonica enim æquitas Piorum Institutorum Propinquis, et Piorum Legatorum Patronis, quibus res familiaris valde imminuta fuerit opem ferre solet etiam per nominationis, et onerum ipsorum suspensionem: ex Concilio Toletano IV. Can. 35. *traduntque Lambert. de jure Patron. lib.* 3. *quaest.* 2. *art.* 3. *n.* 8. *Pirring. lib.* 3. *decret. tit.* 38. *num.* 27. *et S. Congreg. in Camerinen.* 21. *Augusti* 1784. *in Asculana dispensationis* 20. *Maii* 1786.

Si igitur etiam cum onerum suspensione Patronorum indigentiis opem ferre solet Ecclesiæ Benigni-

tas

tas, videtur etiam succurri posse Familiæ nobilitate cospicuæ, bene de Ecclesia meritæ, et de cujus inopia Testatur Archiepiscopus: Præsertim cum agatur non de suspendendis, vel minuendis oneribus, sed tantum de iisdem transferendis de una, ad aliam Ecclesiam: Imo in præsenti casu potius quam minui, augerentur suffragia in expiationem Animæ Pii Institutoris, quia Orator sese paratum exhibet ad annua scuta duodecim solvenda, pro totidem sacris in Ecclesia tumulationis quotannis peragendis, et unica Missa cum cantu unoquoque anno in die obitus Fundatoris celebranda.

At Patres S. Mariæ de Victoria Populi comodum opponunt = *Perchè verrebesi a privar la Chiesa della Messa quotidiana, avuto anche riguardo alle attuali circostanze, in cui li Padri di S. Maria della Vittoria per comodo del Popolo a proprie spese mantengono un Cappellano quotidiano* =. Verum ex totius Testamenti lectione, nulla de Testatoris voluntate in Populi favorem, et commoditatem conjectura elici potest: et S. Congregatio posthabito Populi commodo, translationem concessit in *Ciuat. Perusina Translationis* 20. *Augusti* 1785.

Opponunt præterea, = *Che la decozione addotta non potrà mai svincolare il Sig. March. Bevilacqua da un Pio Legato, che per sola volontaria negligenza, e comodo proprio non è stato adempito nel lasso di anni* 178. *ad onta, che il Testatore avesse ordinato di creare per ciò un Fondo da ritrarsi dall' Eredità medesima* = Et revera cum Fundus quem pro Pio Legato constitui mandaverat Testator nunquam fuerit constitutus, nequit in discrimen adduci, quod hæredes ad id præstandum teneantur; verum si bona Hæreditaria Præsulis Bevilacqua ad actualem hæredem non pervenerunt, si procul ejus culpa, aut negligentia, eadem bona perierunt nullo jure poterit ad Fundi præstationem adigi *L. Nomen debitoris ff. de Legat.* 3. *Bart. in L. Lucius n.* 3. *ff. de aliment. cit. leg. Castren. Consil.* 378. *n.* 4. *lib.* 1.

Altera succedit Oratoris petitio de reducenda annua Capellani pensione ad manualem eleemosinam. Clara sunt, et nulli obnoxia interpretationi verba Testatoris, ut ad supplendum reditus defectum quoties evenerit hæredes teneantur, licet Fundi Capellaniæ nun-

nunquam fuerint designati: at eadem redit difficultas nimirum quod cum pene universa hæreditaria bona distracta sint, et perempta sine ullo facto, vel culpa Oratoris, nullo jure ad supplementum per Testatoris dispositionem teneri videatur.

Nec prætereundum est, quod hic non agitur de aliquo Ecclesiastico Beneficio in certas Personas, vel saltem certum genus collato, unde per reductionem elemosynæ detrimentum paterentur ii, qui ad illius compendium essent vocati. Agitur e contra de simplici Legato Pio Missarum, ad quarum satisfactionem deputandus erat Capellanus, *qui ad nutum* hæredum penderet = *declarando ulterius* (sunt verba Testatoris) *quod Capellanus pro tempore, etiam sine Causa posset amoveri, et loco illius alter subrogari, quantumvis remotio sine Causa grave praejudicium afferret remoto, ita ut ex hoc praetextu, vel alio quocumque titulo, seu colore non possit amotus ex dicta Capellania sese in ea conservare, vel manutenere, nec etiam de mandato, aut inhibitione judicis, licet remotio praetenderetur facta propter odium vel aliam Causam minus legitimam, ita ut remotio semper pendeat a mera totali, et libera voluntate, et arbitrio illius, ad quem spectabit nominatio.*

Post hæc videant EE. PP. quomodo dirimi debeant dubia

I. *An, et quomodo concedenda sit Translatio Missae quotidianae in casu etc.*

II. *An, et quomodo reducenda sit annua Pensio Capellano assignata ad manualem eleemosynam in casu etc.*

III. *An, et quomodo pro annua praestatione scutorum duodecim cogi debeant PP. S. Mariae de Victoria ad celebrandas duodecim Missas lectas, et unam cum Cantu in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative ad manualem in Ecclesia S. Mariæ de Victoria firma remanente annua præstatione scutorum duodecim ad formam fundationis.

Ad III. Provisum in secundo.

VE-

VELITERNA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Plu-ries apud Sacram hanc Congregationem memoratum est Salvatorem Scandelloni sine prole defunctum anno 1696. ultimis in tabulis testamentariis hæredes scripsisse Apolloniam Sororem, et Antonium Mele ejusdem Filium cum successiva nepotum, et descendentium substitutione, relicto Capitulo Cathedralis Ecclesiæ S. Clementis Velitrarum, Legato scutorum 7500. cum onere distribuendi quotannis octo dotalia subsidia scutorum 25. pro qualibet suæ Patriæ Puella = *povera, onorata, e timorata di Dio* = cum prælatione ad hoc subsidium, suarum Consanguinearum, = *anche in grado remoto, e lontano* =, nec non Episcopo Veliterno statuto arbitro, et moderatore. *Sess.22. cap. 6. de Reform.*

Sæpius testatoris consanguineæ supplices Sac. Congregationem adierunt, ut in causam sive dotium, sive alimentorum unicuique ipsorum plurium subsidiorum cumulum obtinere fas esset, sæpiusque ex Sac. Congregationis benignitate, præoptatum assequutæ sunt finem. Ita habet Folium in *Veliterna subsidiorum dotalium* 23. *Februarii anni* 1793. „ Anno 1727. concessit Sac. hæc Congregatio in supplementum congruæ dotis cumulum scutorum 200. Apolloniæ Mele Scandelloni, quæ Capitaneo nupsit Francisco Giorgi, ut desumitur ex informatione Cardinalis Thomæ Ruffo ad Sac. ipsam Congregationem transmissa de anno 1748. Anno iterum 1730. tria *Benedictus XIII.* ad decennium assignavit subsidia pro alimentis Dorotheæ, et Annæ Mele Scandelloni Sororum Apolloniæ, ut ex eadem liquet informatione. Cumulum rursus scutorum 200. pro qualibet concessit Sac. Congregatio anno 1749. Catharinæ, Victoriæ, et Theodoræ Sororibus Taloni, alterumque ampliorem scutorum 800. anno 1771. Angelæ Mariæ Giorgi. Et anno 1773. alia addidit scuta 100. cumulo Victoriæ Taloni, cui provectæ jam ætatis bina Emus Decanus Velitrarum Episcopus ad vitam ex Pontificio rescripto assignavit subsidia pro alimentis anno 1776. „ Hactenus illius diei folium, in quo Capitanei Giorgi petitio proponebatur, ut suæ filiæ Flaminiæ cumulus concederetur scutorum mille,

le, et cui ea die Sac. Congregatio cumulum concessit in scutis 400. tantum, quibus sequiori anno 1794. alia 400. addidit cum reproposita fuit causa *die* 8. *Februarii*. Urbanus etiam Scandelloni a Sa. Me. Pio VI. obtinuit, ut annua scuta 100. donec viveret ex subsidiis dotalibus sibi persolverentur, quia domi ad vitam ob præcipitem lapsum manere coactus erat.

Hujus Urbani filiæ Euphemia, et Elisabeth Scandelloni anno 1815. cumulum dotis petierunt; verum cum ipsorum Procurator Vadimonium deseruisset, nonnisi scutorum 200. pro unaquaque cumulum obtinuere, prout Emus Episcopus, et Capitulum proposuerant. Nam in Congregatione 9. Septembris 1815. proposito dubio = *An, et in qua summa concedi debeat cumulus dotium* = responsum fuit = *Affirmative juxta votum Emi Episcopi* = Post semel iterumque oblatas S. Congregationi preces tandem SSmo supplicem dedit libellum (Vobis deinde EE. PP. ablegatum) una Elisabeth, quæ causa proxime ineundi decentis suæ conditioni Matrimonii cumulum Scutorum mille efflagitabat. Hodie itaque reproponitur dirimenda quæstio, in qua quid in suæ causæ patrocinium proferat Elisabeth, quid contra sentiat veliternum Capitulum, et Emus Episcopus, quid tandem sive in jure sive in facto necessarium sit ad causæ definitionem breviter perstringam.

Non hic agam utrum ad cumulum aliquem jus habeat. Licet enim id Fundatoris voluntatis commutationem secumferat, qui subsidium dotale Scutorum 25. dumtaxat pro unaquaque puella reliquit, attamen S. Congregatio extraneis semper descendentes, et remotioribus consanguineis proximiores præferens, ceu patet ex concessis cumulis in facti specie narratis, hunc cumulum jam Elisabeth concessit anno 1815. in summa Scutorum 200. cui nec Capitulum, nec Episcopus contradixit, considerans tum eam sex tantum gradibus a Fundatore distare, nullamque aliam adeo proximam inveniri consanguineam præter familiam Giorgi, quæ in eodem gradu versatur, tum ejus paupertatem, ac Fundatoris prædilectionem.

Inspiciendum potius est, num alius jam concesso sit adjungendus cumulus, prout Oratrix postulat Scutorum

rum mille. Porro quando actum est de concedendis hujusmodi cumulis favore Puellarum consanguinearum S. Congregatio, ut quantitatem definiret, inspexit ætatem, conditionem, aliasque circumstantias ut in *Romana, seu Sabinen. Subsidiorum Dotalium* 24. *Aprilis* 1717. *lib.* 67. *decret. pag.* 149. *et* 4. *Decembris* 1723. *lib.* 73. *decret. pag.* 638. *in Veliterna Subsidiorum dotalium* 4. *Maii* 1771. Paupertatem quoque præ oculis habuit ad formam textus in *L.* 3. *de fideicomis.* §. *Interdum ff. de legat.* 3. *et Leg.* 1. §. *quia ergo ff. de ventre inspicien.* Huic autem juris dispositioni in themate fundatorem se conformare voluisse argumentari fas est, cum dixerit, præferendas esse puellas consanguineas pauperes *et si remotas*, quia *così vuole il dovere*, multoque magis ut præferrentur proximiores voluisse præsumi potest.

Capitulum quantitatem cumuli ex conditione Oratricis, ex redditibus Legati, et ex præjudicio quod aliis puellis inferretur dimetiendam esse censet. Quoad conditionem negat Elisabeth ex nobili, sed tantum ex honesta ad inopiam redacta familia ortum ducere: ac proinde magnum ipsam inter, et familiam Giorgi, quæ in Patriciorum est albo descripta, intercedere discrimen, proptereaque nihil ipsi proficere cumulos Scutorum octingentorum datos fuisse tum Angelæ Mariæ, tum Flaminiæ Giorgi; sufficientem hinc autumat esse cumulum Scutorum 200. jam concessum, prout datum fuit Angelæ Scandelloni, et Sororibus Taloni licet proximis Fundatoris consanguineis. Qui deinde sit capsæ Status, quique reddituum ex relatione dignoscitur, quam Emo Episcopo exhibuit idem Capitulum; in qua hæc habentur = *Prima dell'Incameramento dei Beni comunitativi il fruttato annuo de' Censi Scandelloni era di Scudi duecento due, e baj.* 50., *e di questi ne venivano erogati Scudi duecento in otto annui Sussidj di Scudi venticinque l'uno, e di scudi due, e baj.* 50. *in tanta Cera, che secondo la volontà del Testatore veniva accesa innanzi l'Immagine del SSmo Salvatore. In oggi li suddetti frutti si pagano dalla S. Congregazione del Buon Governo, e per le varie detrazioni sono ridotti ad annui scudi* 182. 25. *Ora questa diminuzione d'introito nel corso di ogni*

quinquennio porta seco la diminuzione di 4. Sussidj dotali . . . La Cassa va Creditrice della S. Congregazione per frutti decorsi , e non pagati di circa scudi 600. , ma questo attivo se si realizzerà sarà assorbito dal Debito , che si fa colle Zitelle estratte . . . ed il numero di queste è di circa quaranta . . . ne si potrà pareggiare l'Amministrazione , che colla sospensione di una porzione degli annui sussidj da conferirsi . . . . e per conseguenza non si può essere liberali nel determinare il cumulo delle doti da assegnarsi alle ricorrenti Scandelloni .

Postremo adhuc quadraginta , et octo Familias existere ait Capitulum , quorum major pars in octavo , et nono gradu civilis cognationis cum Fundatore conjuncta est ; quibus certe præjudicium inferretur , si cumulus Elisabeth jam concessus augeretur ; quod præjudicium et si justa causa non fuerit cumulum Oratrici omnino denegandi , attamen esse poterit obex ad collatum cumulum augendum. Hæc omnia a Capitulo exposita Emus Episcopus confirmat .

Singulis tamen respondet Elisabeth . Et primo quidem nedum inter proximiores se esse consanguineas ait; sed præterea ex linea ad fideicommissum vocata descendere , et jam nepote testatoris ad fideicommissum vocato non in linea *transversali* conjungi , prout Flaminia Giorgi , sed in *recta*, *et descendentali* ut ajunt , hinc locum fieri argumento ex prædilectione desumpto , quam plurimi fecit *Rot. cor. Duran. dec.* 98. *num.* 3. *et cor. Rezzon. dec.* 158. *num.* 19. Deinde probat , se non ex honesta tantum , ut Capitulum ajebat , descendere familia , sed ex vere nobili , cum in Veliterno Patriciorum albo descripta sit , ac suum patrem inter Romanos Equites auratæ Militiæ recensitum fuisse , ac proinde æqualis esse Conditionis cum Angela Maria , et Flaminia Giorgi . Cum vero ipsa in summa sit egestate , adeout manuum suarum opera sibi victum quærere cogatur in hoc superare illas , quæ *relativa* dumtaxat non autem *absoluta* , ut ipsa , laborabant inopia : hinc sibi majus esse jus dicit ad uberiorem subsidiorum cumulum consequendum · Subsidia enim dotalia pauperibus relicta censentur ut docet *Card.*

De

De Luc. de dot. disc. 174. *num.* 2. eisque dumtaxat concedi solet illorum cumulus idem *de Luc. de dot. disc.* 100. *num.* 5. *Polit. eod. tit. quaest.* 6. *num.* 40. *et S. Congr. in Romana subsidior. dotalium* 6. *Decembris* 1778. Addit Angelæ Mariæ Giorgi concessum fuisse cumulum scut. 800. ob ætatem annorum 30. nimis maturam viro; se autem numerare triginta quinque a nativitate annos; quæ circumstantiæ vim omnem excludunt argumenti a Capitulo deducti ex Capsæ deteriori statu, quæ nonnisi *unico annuo subsidio* diminuta est; et cui satis provisum erit si non annua scuta centum prout Angelæ Giorgi, sed septuaginta quolibet anno sibi assignentur, donec habeatur subsidiorum compendium.

Quod si aliquod aliis puellis affertur præjudicium ex cumuli concessione, majus præjudicium consanguineis attulisse Flaminiam concludit; tunc enim tercentum nonaginta sex numerabantur familiæ consanguineæ ut testatur folium 23. *Februarii* 1793. nunc autem dumtaxat octo supra quadraginta familiæ existunt; ac proinde si non obstante eo numero familiarum Flaminiæ concessa fuere scuta 800. sibi cumulum augendum esse contendit. Aliter autem sibi consuli non posse dicit, quam per cumulum scutorum mille et biscentum quæ vix pro dote sufficiunt proxime a se ineundi Matrimonii.

Dignentur itaque EE. PP. dirimere quod proponitur.

Dubium.

An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis sub die 9. *Septembris anni* 1815. *in casu etc.*

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

MONTIS ALTI PERMUTATIONIS, Sacerdos Gradassus Rinalducci anno 1670. Testamentum condidit, in quo Nepotes ex geminis Sororibus hæredes instituit, quædam vero hæreditaria Bona perpetuo Pio Legato Trium Missarum in qualibet hebdomada subegit, ad cujus Passivumu Jsupatronatus proximiores inter propinquos in infinitum vocavit, activum vero hæredibus contulit, imposita lege, ut quousque eorum agnatio perdurare t inter agnatos jus nominandi progrederetur, extincta vero agnatione transiret ad Cognatos. Exausto agnatitio genere lis efferbuit de juris potioritate inter Tomasios, et Siliquinios ex geminis Fœminis Pio Fundatori conjunctis descendentes. Vario Marte dimicatum est primum coram Vicario Episcopali Montis Alti, dein coram A. C. Locumtenente, ac demum delata quæstione ad S. Rotæ judicium, ac proposito dubio = *An, et cui danda sit manutentio* = Responsum datum est sub die 5. Martii Anni 1804. = *Affirmative, et manutentionem dandam esse pro aequali juxta modum in decisione exprimendum* = Edito hoc S. Rotæ Rescripto ad rem omnem componendam, solemnis inter Litigantes inita est Transactio, in qua conventum fuit, ut Tommasii prædium *la Parigiana* Capellaniæ addictum sibi caperent, Siliquinii vero habituri essent ea omnia Bona ad Pium Legatum pertinentia, ac injuria alienata, quæ proinde vindicari debebant, adjecta conditione, ut quidquid in memorato prædio pluris æstimaretur Tommasii Siquiliniis solverent ad effectum investiendi favore Capellaniæ; Piæ institutionis onera æquis partibus divisa sunt; Ac omnia initæ transactionis Capita Sac. hæc Congregatio Compatronis postulantibus confirmavit *die 20. Februarii* 1808. Nam exquisito prius voto Emi, ac Rmi Card. Pacca, ac relata Causa in Folio ad dictam diem sub dubio = *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro Transactionis approbatione, et confirmatione in Casu etc.* Prodiit Rescriptum *affirmative juxta votum Emi Relatoris* = quam Resolutionem probavit, confirmavitque Summus Pontifex die 4. Martii ejusdem anni. Tunc concordi Partium placito facta est Bonorum divisio inter Tomma-

misios, et Siliquinos juxta pacta conventa in Transactione. Aloysius vero Tommasi, cui obtigerat Prædium = *La Parignana* = longe a loco sui domicilii positum postulavit Anno 1808. facultatem illud vendendi, ac reinvestiendi pretium in aliis Fundis Rusticis. Voti compos factus est obtento a S. Congregatione Indulto sub die 27. Martii 1809. ac per decretum exequutoriale Curiæ Episcopalis diei 12. Septembris 1813. consummata est venditio pro pretio scutorum 1205. et facta est subrogatio alterius Fundi ad ipsum Aloysium Tommasi spectantis, et in Ripano Territorio positi, imposito onere medietatis Missarum juxta Pium Legatum celebrandarum.

Illius exemplum sequutus Sacerdos Petrus Siliquini ejusdem Capellaniæ ex parte Siliquinorum Rector, et Administrator Anno 1817. postulavit, ut sibi liceret vendere Bonorum partem, quæ assequutus est in Transactione, ac divisione, quæque consistunt in sex Prædiolis inter se longe dissitis, quorum valor a Perito constituitur in Scutis 793. 85. 12. et ut posset illorum pretium investire = *in tanti altri Beni* (suæ proprietatis) *costituiti in un sol Podere con Casa Colonica, e Colombaja etc. e ciò per utile della Cappellania medesima* = Horum valor a Perito constituitur in summa *Scutorum* 985. 41. quæ nimirum excedit valorem Prædiorum ad Beneficium spectantium in Scutis 191. 55.

Vacante tunc Ecclesia Montis Alti preces remissæ fuerunt Vicario Capitulari, ut auditis interesse habentibus, et prævia Edictorum affixione referret per Peritum ex Officio de Terrenorum valore, et annuo reditu, ac evidenti utilitate; confirmavit Vicarius tum valorem Bonorum hinc inde permutandorum, tum utilitatem ex permutatione obventuram favore Beneficii; at ex ejus informatione nec constabat auditum fuisse Compatronum Tommasi, nec publicata fuisse Edicta, nec Peritum revera esse ex officio deputatum. Hinc novæ datæ sunt litteræ, ut Ordinarius audiret Compatronum, et referret per Peritum ex officio de valore, et reditu Bonorum. Cum vero ex prima Informatione innotuisset aliquid pecuniæ numeratæ ad effectum reducendi divisionem ad

æqua-

æqualitatem Oratorem ab altero Patrono percipisse cum lege investiendi favore Capellaniæ, quæsitum est de summa percepta, an et in quibus bonis fuerit investita, sin minus de Causa neglecti investimenti, et cur suppleri nequeat per subrogationem Favore Capellaniæ fundi idonei ex propriis Oratoris Bonis, quin Terrena Capellaniæ permutentur.

Tunc temporis Ecclesia Montis Alti novo donata est Pastore, qui postulatis a S. Congregatione ita satisfecit = *Partes acceptando decisionem S. Rotae bona omnia ad Capellaniam spectantia pro aequali parte sibi diviserunt, et nunc temporis una, et altera suam libere noscunt ac distinctam pacifice possident portionem.*

Hisce praemissis, cum nihil amplius interesse habeat Familia Tommasi cum Bonis a Petro Siliquini modo possessis absque ullo ipsius consensu permutationem quorumdam petiorum terrae dictae Capellaniae cum aliis propriis stabilibus suppliciter expostulavit, atque nunc modo expostulat Orator.

Evidens permutationis utilitas prostat multiplici ex capite; Sex sunt petiola terrae huc illuc existentia, quae permutari desiderantur. Illa sunt valoris scutatorum 793. 85. 2. haec vero sc. 985. 41. Prima prout dissita inter se quaerunt, et non inveniunt Agricolam, et secunda, cum domus inest ruralis uberioribus redundant fructibus. Propter unionem cum propriis bonis Capellanus pro tempore in pretio habebit ac sedulam navabit operam; Crescit utilitas ex eo quod pretium bonorum, quae retroceduntur, excedens in Scutata 191. 55. 2. ceditur in reale investimentum ipsius Capellaniae, vigore obligationis assumptae in actu divisionis bonorum cum altero Compatrono Tommasi, qui cum percipisset portionem majoris pretii in dicta summa scutorum 191. 55. 2. aequivalentem summam in manibus Oratoris exbursavit, onere solvendi quotannis Capellano pro tempore fructus compensativos, sed cum Oratori inerat actio, et passio, neglexit usque adhuc investimentum, quod utile, ac necessarium video, prout et ipse Peritus Pro Synodalis ex officio deputatus luculenter adtestatur.

Tu-

Tutoris instar vetitum est Pii loci Administratori permutationis cum propriis Bonis, ac respectivæ venditionis contractum *Text. in lege 5. ff. de Auctorit. Tutor. ac in lege 34. et 44. ff. de contrahen. empt., Altimar de nullit. contract. rub. 1. quaest. 14. Sess. 3. Tom. 5. n. 1. et Rot. in Romana loesionis, et nullitatis contractus 26. Junii 1754. §. 5. coram Vicecomite*. Rector autem Ecclesiastici Beneficii, ac Pii legati, ut Administrator loci Pii, ut Impuberum Tutor aliquomodo censeri debet, ac S. Congregatio Beneficiorum Bona cum suis propriis Bonis permutare Beneficiatos non sinit.

Interea bonorum Ecclesiæ alienationes etiam lato modo sumpto inter quas profecto comprehenduntur Permutationes a jure Canonico vetantur: *extrav. Ambitiosae* de rebus Eccles. alienan. vel non *Sac. Cong. in Firmana venditionis 2. Augusti* 1749. *in Veliterna permutationis 31. Augusti* 1771.

Eas nihilominus ex justa, et rationabili Causa Romani Pontifices permittere consueverunt *Cap. 1. de Rebus Eccles. non alienan. Clement. unica eod. tit. S. Cong. in Theatina alienationis 5. Martii* 1755. *et in Bononien. Beneplaciti 28. Martii* 1744. Quod tum præsertim fieri solet cum nedum ex permutatione nullum damnum Ecclesia, vel Pium Legatum capit, sed imo in evidentem ejus utilitatem cedit, quo quidem in casu spreto etiam Compatronorum, et interesse habentium dissensu, utpote injusto, et irrationabili alienationis, et permutationis gratia indulgeri solet: Uti tradunt post *Text. in Cap. sine exceptione 52. Caus. 12. quaest. 2. et in Cap. ut super §. Possessiones de Rebus Ecclesiae alienan. Redoan de Rebus Eccles. alienan. quaest. 20. N. 54. Barbos. de jure Eccles. libro 3. cap. 30. N. 13. Petra ad constit. 1. Divi Leonis Magni lect. 4. N. 183. et Sperell. decis 154. N. 15. 16. et 85.*

Porro in Themate Compatronus Tommasi rogatus non fuit, post secutam vero Bonorum divisionem, ac memoratam transactionem vix quidem dici potest in eo aliquid interesse habere, ac præterea ejus consensus potest præsumi; Ipse enim Tommasi jam prius suam Bonorum partem, accedente Siliquino-

rum

rum consensu, ac Sac. Congregationis auctoritate permutavit.

De evidenti autem Permutationis utilitate testatur in duplici Informatione Episcopus; cujus verba superius relata sunt. Si hæc satis esse videantur Emis Patribus, ipsi pro eorum sapientia judicabunt an impune prætermitti poterant tam interpellatio alterius Patroni, tum affixio Edictorum in præsenti Casu, licet utrumque ex primo S. Congregationis Rescripto: Fieri debuisset.

Dubia erunt:

I. *An, et quomodo sit concedenda venia pro venditione Bonorum in Casu etc.*

II. *An, et quomodo sit approbandum investimentum, et commutatio cum Bonis stabilibus Oratoris in Casu etc.*

Die Sabathi 12. Junii 1819. in Palatio Apostolico Vaticano erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

VELITERNA SUBSIDIORUM DOTALIUM. *Sess. 22. Cap. 8. de Reform.*

Dubium

An, et quomodo sit standum vel recedendum a decisis sub die 9. Septembris 1815. in casu etc.

In decisis.

MONTIS ALTI PERMUTATIONIS. *Sess. 24. Cap 12. de Reform.*

I. *An, et quomodo sit concedenda venia pro venditione Bonorum in casu etc.*
II. *An, et quomodo sit approbandum investimentum, et commutatio cum Bonis stabilibus Oratoris in casu etc.*

Dilata ad utrumque, et affigantur Edicta ad inveniendos oblatores, et interim exquiratur consensus familiæ Thomasii, et Episcopus certioret de resultantibus.

Sess. 23. Cap. 6. de Reform.

VERULANA CAPELLANIAE. Tabulis, quibus anno 1764. decessit, Verulanus Civis Pius Bianchi præter Ecclesiæ ædificationem sub Invocatione S. Francisci Bianchi Martyris, quam jussit, quatuor in eadem Ecclesia Capellaniarum erectionem mandavit, quacumque earumdem S. Sedi reservatione denegata, ac Verulano Episcopo tantum Institutione commissa. Activum juspatronatus laicale legavit *primae* quidem Josepho Antonetti loci *Fumone*, *secundae* Marco Antonio Galluzzi suo affini, *tertiae* Comiti Thomæ Paolini suo Nepoti affini, *quartae* alteri Nepoti Ippolito Machari ac uniuscujusque legatarii descendentibus. De passivo vero loquens, ut Sacerdos, vel Clericus *della discendenza di essi miei Legatarj*, quibus activum reliquerat juspatronatus, ut præferretur voluit. Quatenus autem Clericus, vel Sacerdos deficeret = *della linea, e discendenza dei miei rispettivi Legatarj, quale possa essere nominato, e presentato alla propria rispettiva Cappellania, come sopra legata al suo Autore legatario in tal caso in ogni futura vacanza, voglio, ordino, e comando, che debba sempre in perpetuo nominarsi, ed istituirsi in Cappellano un Chierico; o Sacerdote prossimiore della linea, e descendenza del Signor Gio. Trulli Figlio di Francesco, mio buon' Amico, volendo inoltre, che sopravivendo il Signor Liberatore Trulli suo Fratello Germano, in caso, che non vi sia Chierico, o Sacerdote della rispettiva linea de' miei Legatarj, come sopra ha espresso, s'intenda esso nominato, conforme io lo nomino, e presento alla Cappellania vacante, e non essendovi Chierico, e Sacerdote di questa linea debba nominarsi in Cappellano un Chierico, o Sacerdote nativo di questa Città, il quale oltre il requisito di buoni costumi, si vedrà più povero, mentre in tal caso intendo di far beneficio à miei Cittadini Verolani ed a povera gente etc.* = Capellanis nominatis facultatem fecit, ubicumque voluissent commorandi, satisfactis per alios Sacerdotes in ædificanda Ecclesia oneribus. Testamentarias tandem tabulas concludens, nullam ac

uti

uti non factam haberi voluit nominationem, quæ contra suam voluntatem peracta fuisset.

Quæ Fundator præscripserat adamussim fuere pacifice adimpleta ad mensem usque Maii elapsi anni. Cum enim ad plures tunc migraverit Clericus Carolus Galluzzi *secundae* Capellaniæ Possessor, nullus superfuit lineæ Galluzzi Clericus; sed tantum celebs octogenarius senex Andreas Galluzzi defuncti Caroli frater. Quia tamen aderat Joannes Dominicus Tomei Infans duorum annorum ex Familia Trulli descendens, utpote natus ex Lucia Trulli Josepho Tomei nupta, putavit idcirco pater ad suam lineam devolutam Capellaniam, ob defectum Clerici in linea Galluzzi, ac proinde supplex illico SSm̃um adiit pro dispensatione, et habilitatione præfati Infantis ad effectum consequendi prædictam Capellaniam » *affinchè non gli manchi un mezzo per ascendere al Sacerdozio*, o *almeno di buona educazione sino all' età competente di deliberare il suo Stato.*

Intereaque die prima Junii in Episcopali Curia *nihil transeat* apposuit contra quoscumque nomine sui Filii, donec preces penderent apud SSm̃um, ne interea ad illius nominationem devenire fas esset. Licet petitioni assentiretur Verulanus Antistes in prima Informatione, quam ad Secretariam Memorialium transmisit, quæque relata est in *Summario Tomei*, placuit tamen SSm̃o Domino nostro *die 6. Julii praeteriti anni* rem ad hanc S.Congregationem ablegare. Nova tunc ab Episcopo expetita est Informatio, ut videlicet referret auditis Patronis de ætate Oratoris, familiæ inopia, annuo redditu Beneficii, et oneribus; num alii essent passive vocati idonei, et quomodo provisum foret, ne Beneficii redditus in alios usus, quam in Joannis Thomei subsidium, satisfactis oneribus erogarentur. Hisce omnibus distincte respondens *die 28. Junii ejusdem anni* asseruit, Patronum superstitem Andream Galluzzi celibem octogenarium promptum, ac paratum esse *ad nominandum juxta Testatoris voluntatem, Joannem Dominicum Thomei, ex legittimo Connubio Joannis Thomei, et Luciae Trulli quondam Joannis natum diei 22. Augusti* 1816. *nisi illi obesset*

 ac-

aetas, et idoneitas ad Primam Clericalem Tonsuram, et nemo est, qui passive jus habeat ad Beneficium, dum Trulli perdurat linea: quam etiam Informationem integram habent EE. PP. in citato *Summario*. Rescriptum hinc fuit die 8. Augusti = *Sacra Congregatio EE. PP. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum attenta relatione Episcopi Verulani benigne etc. commisit eidem, ut veris existentibus narratis, deputatoque Ecclesiastico administratore, qui impletis omnibus oneribus ad formam fundationis residuales redditus Oratori consignet in ejus Filii substentationem, et aeducationem juxta supradictum ipsius Episcopi votum, supradictae Capellaniae collationem pro suo arbitrio, et conscientia gratis suspendere possit, et valeat, donec filius ipse ad legitimam quatuordecim annorum aetatem pervenerit etc.*

Triduo post datam secundam, quam retuli, Eiscopi Informationem nimirum *die* 31. *Julii* in Episcopali Curia Clericus Joseph Lauri exhibuit supramemorati Patroni octogenarii Andreæ Galluzzi nominationem ad Capellaniam peractam *die* 20. *Maii* at in publico regestro inscriptam *die ipsa* 31. *Julii*, ac immissionem ad Capellaniam postulavit, nedum ea die 31. Julii, sed et prima, ac tertia Augusti, in quibus contestata lis fuit. Cum tamen *die* 29. ejusdem mensis Augusti Rescriptum narratum S. Congregationis produxisset Thomei, Episcopus Capellaniæ nominationem favore pueri suspendit, donec ad quatuordecim annorum ætatem perveniret. Ab exequutoriali hoc Episcopi decreto tum preces Josephi Thomei, tum Rescriptum S. Congregationis incusantes obreptionis, et subreptionis vitio ad S. Congregationem appellarunt Clericus Lauri, et Andreas Galluzzi. Rogatus tertio fuit Episcopus pro nova Informatione, et voto quæ in *Summario* sæpius citato refertur; Ubi omnem obreptionis, ac subreptionis notam a precibus Thomei a laudato Rescripto, et decreto suo exequutoriali excludit; ibique rursus affirmat Andream Galluzzi per Ecclesiasticam Personam a se interrogatum præbuisse assensum *pro nominando Joanne Dominico Thomei secundum Testatoris volunta-*

talem: hinc multo magis (ait Episcopus) *eidem Joanni Dominico Thomei indulgendum esse putavi ... Plenissime hinc exequutioni hujusmodi rescriptum* (scilicet S. Congregationis sub die 8. Augusti datum) *commisi sub die 29. ipsius mensis Augusti citato quoque, et contradicente Clerico Josepho Lauri, qui postquam ego meum votum, ac informationem jam die 28. Julii S. Congregationi pro Joanne Dominico Thomei detulerim, nominationem ad Capellaniam die 31. Julii ab Andrea Galluzzi signatam cum antidata diei 20. Maii apud acta hujusce Curiae exhibuit*. Causa igitur Vobis hodie EE. PP. dirimenda proponitur sub triplici concordata dubiorum formula, distributis allegationibus tum favore Joannis Dominici Tomei, tum Clerici Lauri, et Andreæ Galluzzi.

An substineatur Indultum diei 16. Augusti pro suspensione collationis *secundae* Capellaniæ Bianchi, et erogatione fructuum favore Joannis Dominici Thomei inquirit *primum dubium*. Hoc quod ex justitia, non ex gratia disputandum esse ait Clerici Lauri et Andreæ Galluzzi defensor, obreptionis, et subreptionis vitio infectum ostendit ex eo, quod fuerit falso expositum a Patre pueri Tomei in precibus, ut removeretur obstaculum infantilis ætatis, Testatorem velle, ut quacumque deficiente linea nominaretur *semper* descendens ex Familia Trulli; quod ipsum confirmavit Episcopus informatione diei 28. Julii, addiditque neminem esse, qui passivum jus habeat ad Beneficium sive Cappellaniam perdurante linea Trulli: Aperta enim est lex fundationis, in qua Clericus vel Sacerdos ex Familia Trulli eligi voluit arescente quacumque alia Patronorum linea, quatenus vero, et in Familia Trulli deficeret Clericus vel Sacerdos, Clericum, ac Sacerdotem pauperem subrogavit. Vere igitur aderat qui jus habebat ad Capellaniam, ac præsertim in themate cum Clericus Lauri fuisset a legitimo Patrono præsentatus. Reticitum vero fuisse contendit nullitatem nominationis, et institutionis ad Capellaniam a Fundatore latam, si aliter quam quod jusserat, fuisset peractum, et præterea quamcumque reservationem de-

denegavisse Apostolicæ Sedi, ac uni Episcopo Bullarum expeditionem fuisse commissam. Cum autem defunctorum voluntates sint servandæ *ex text. in Cap. is cui. de Praeb. in 6.* et cum dispensatio defectui ætatis secum non ferat dispensationem ab obstaculo fundationis, et pœna nullitatis, nisi et id exprimatur; *Rot. dec. non. num.* 12. *et seq. Cor. Kaunitz. etc. et decis.* 343. *num.* 14. *et* 20. *cor Olivat.* cumque dispensationes non concedantur in præjudicium alterius præsertim idonei *Rot. decis.* 1224. *num.* 24. *Tom.* 4. *cor. Molin. et S. Congr. in Sutrina Canonicatus* 24. *Januarii* 1801., sequitur non sustineri indultum obtentum a Familia Tomei; quin in pretio ejus paupertas haberi debeat, quia æquitas non habet locum, ubi id, quod impetratur, est a jure prohibitum. *Rot. in Romana Reductionis in pristinum* 25. *Novembris* 1771. §. 9. *cor. Riminaldo*.

Familiæ autem Tomei defensor postquam probavit, potuisse S. Congregationem eam suspensionem concedere, totus est ut ostendat Indultum concessisse non ex obreptione, et subreptione, sed ex vera animi sententia; duo enim fuerunt Summo Pontifici exposita, et ab Episcopo confirmata, passiva scilicet Infantis substitutio ad Capellaniam, si idonea polleret ætate, Clericalique jam nomen dedisset militiæ; cum nullus Clericus adesset in Familia Gallizzi, sed tantum Senex ad assequendam Capellaniam impar: exposita præterea fuit Oratoris paupertas, propter quam litteris educari, et ad Sacerdotium promoveri, si ad hoc forsan vocatus deinceps fuisset, non poterat. Non autem obstare affirmat, reticitum fuisse extraneos Clericos pauperes Civitatis vocari ad Capellaniam, deficiente Clerico in Familia Trulli, cum satis fuerit hoc expositum, dum integra fuit testamenti copia ab Episcopo S. Congregationi transmissa; nec movere reticitum fuisse Capellanias *mere Laicales* cum laicales quidem fuerint, non autem mere laicales. Probat denique nominationem Clerici Lauri cum antidata fuisse peractam; primo quia licet facta appareat *die* 20. *Maii*, attamen non fuit exhibita in Curia nisi *die* 31. *Julii*

bi

biduo nimirum post transmissam ad S. Congregationem Informationem, unde de ea non potuit haberi sermo; quin immo illam nec suspicari potuit Episcopus, cum jam Andream per interpositam personam Ecclesiasticam omni exceptione majorem interogaverit, qui promptum se ostendit ad Puerum nominandum, nisi obesset ætas; ac proinde se totum Episcopi arbitrio remisit. Addit postremo nominationem privatc tantum fuisse adimpletam, et sine tribus testibus contra notissimam *legem Scripturas Cod. qui potior. in pignor.*, quod fundatam suspicionem, si alia argumenta deessent, præbere posset juxta *Rot. Decis.* 1181. *num.* 3. *coram Lancet.*

Cum Secundi, et *Tertii Dubii* definitio ex primo pendeat; hinc uterque defensor ex prima resolutione, aliorum expectant definitionem.

Dubia igitur sunt

I. *An sustineatur Indultum diei 8. Augusti* 1818. *pro suspensione collationis secundae Capellaniae Bianchi, et erogatione fructuum favore Joannis Dominici Tomei in casu etc.*

II. *An sustineatur nominatio facta ab Andrea Galluzzi favore Clerici Joannis Lauri in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An sit locus novae nominationi, et quibus, et quomodo competat jus nominandi, et cui sit danda institutio in casu etc.*

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.
Ad III. Provisum in primo.

ROMANA MANUTENTIONIS. Orta est præterito anno 1816. quæstio inter Capitulum S. Mariæ in Cosmedin, ejusque Vicarii Curati Coadjutorem Sacerdotem Joannem Celsi an huic, vel potius Capitulo jus specta- *Sess. 7. Cap. 7. De Reform.*

ctaret removendi Vespillonem. Causam disputationi dederat Coadjutor Celsi, qui eodem anno, inscio Capitulo, actualem Vespillonem a servitio dimiserat. Actum primum est coram A. C. instante Capitulo, qui contra Coadjutorem Monitorium jactationis jactationum super manutentione expedierat. At cum nondum reddito judicio Vice-Parochus Sanctissimo preces obtulerit pro avocatione Causæ, ejusque remissione ad S. hanc Congregationem, obtinuit Sacratissimi Principis Rescriptum = *Alla Congregazione del Concilio con tutte le facoltà per dare le opportune providenze 30. Luglio 1717. Pius Papa VII.*

Ita re ad Eminentissimorum Patruum judicium ablegata primum postulavi ab Emo Diacono Informationem, ac votum, Audito Capitulo, cui terminum præfigeret ad deducendum jura sua, eumque rogavi, ut de Ecclesiæ Constitutionibus quoad inservientes in Functionibus, et de consuetudine quoad præteritum referret, ac interea curavi rem haud magni momenti, si fieri poterat, amica conciliatione componere. Placuit tamen Partibus de suis juribus periculum facere, indictoque vadimonio hodie sub concordata dubii formula proponitur causa, distributa ex parte Capituli Allegatione Typis impressa, ac silente Coadiutore Celsi.

Nihil præsidii ex una, alteraque parte mutuari potest ex Ecclesiæ Constitutionibus quoad Inservientes in Functionibus Parochalibus, quia illæ hac de re altum servant silentium. Hinc Capitulum, cum agatur de Manutentionis judicio, hanc sibi vindicat ex consuetudine, cui etiam suffragare autumat legitimum titulum. Porro consuetudinem deducit ex nonnullis actibus Vespillonem respicientibus, quibus sive illi stipendium auxit, et habitationem concessit, sive eum ob non adimpletas conditiones ab officii munere dimisit, sive Vicarium perpetuum coegit ad reintegrandum a se ejectum Vespillonem, sive tandem novum Vespillonem nominavit. Quam quidem consuetudinem fulciri nititur exemplo cæterarum Urbis Collegiatarum.

Addit etiam Capituli Defensor, Vicario perpetuo, qui *actualem* tantum habet curam animarum, annuam

con-

congruam persolvi ex redditibus Capitularibus, cum penes Capitulum resideat cura *habitualis*, quodque jus habet illum nominandi, ex quibus infert, Vicarium recenseri inter cœteros a Capitulo Salariatos, cui proinde competere nequit jus cœteros Salariatos expellendi, ac presertim Vespillonem, qui non uni Vice-Parocho, sed etiam Ecclesiæ, et Capitulo in officio Lictoris, custodis, et pulsatoris Tintinnabuli inservit. Cum ergo Vicarius Curatus solum habeat actualem curam, cumque Capitulum, qui habitualem retinet, Vespilloni mercedem solvat, inde legitimum titulum in allatæ consuetudinis præsidium infert ipsius Capituli Patrocinator, ut manutentionem in sui juris exercitio obtineat ad tradita *in Cap. licet de Probat. per* Rotam *post Posth. de Manut. decis.* 214. *num.* 5. *et decis.* 251. *num.* 1. *et in Decis.* 220. *num.* 2. *et* 3. *coram Rezzonico.*

Contra vero quæ in hanc rem sint Vice-Parochi jura, ita refert in sua informatione Emus Diaconus = *Ea potissimum sistunt in necessitate operam adhibendi earum personarum quae, et obedientiam, et diligentiam, una cum assiduitate, et fidelitate conjungant, si enim secus esset, ut penes Reverendissimum Capitulum Vice-Parochus socors forte, et incuriosus videretur prae eorum oscitantia, qui Ecclesiae inserviunt, et Paraeciae, ita ne hujusmodi vitio obumbratus appareat, et admittere, et dimittere optaret eos, quorum opera satis confidere potest* = Hæc sunt quæ breviter adnimadvertenda duxi, ut EE. PP. respondere possint

Dubio

An, et cujus favore sit danda manutentio juris eligendi, et removendi Vespillonem in casu etc.

Affirmative favore Capituli.

V PLA-

Sess. 21. Cap. 7. de Reformat.

PLACENTINA CONCORDIAE. Elucubratissimo Voto Emus, et Rmus Pacca in Congregatione diei 30. Maii elapsi Anni 1818. de conventione egit inita a Capitulo Collegiatæ Castri Arquati Placentinæ Diœcesis cum Antonio Maria patruo, et Josepho nepote Potestà, qua plura in melius reformari, plura in integrum restitui visa sunt, quæ licet a vetustissima quatuor fere sæculorum observantia firmata, suo tamen Marte, inaudito Capitulo, nullaque Apostolica auctoritate interposita, deturbavit luctuosissimis Ecclesiæ temporibus Placentinæ Ecclesiæ Antistes Fallot de Beaumont hodierni Episcopi Antecessor. Concordiæ summa erat, ut cura Animarum habitualis penes Capitulum rediret, actualis vero non a quatuor, ut antea, Mansionariis, sed a quatuor Vicariis Canonicis exerceretur, cum magis congrua Præbendarum assignatione; Archipresbyteralis congrua unione Beneficii *de Vixoria* augeretur; duæ tantum Mansionariæ restituerentur pro Chorali servitio absque ullo onere quoad Paræciam; utque tandem Antonius Maria Podestà, qui novo Parochi titulo ab Episcopo Fallot fuerat insignitus, quatuorque Mansionariarum redditibus locupletatus hæc omnia Capitulo cederet, modo Archipresbyteralem dignitatem in pristinum reducendam assequeretur. Dum autem Emus Relator de singulis Concordiæ Capitibus sensum suum aperiens ejus approbationem suadebat, non abhorrebat tamen, si ita Emis Patribus placuisset, ut novi Placentini Episcopi ea de re exquireretur sententia. Hinc factum est, ut proposito dubio = *An concordia, de qua agitur, sit confirmanda, vel infirmanda in casu etc.* = Responsum fuerit = *Dilata, et scribatur Episcopo juxta mentem* = Mens erat, ut audito Capitulo, Mansionariis, Antonio Maria, et Josepho Potestà, nec non Patronis, referret de annuo redditu Archipresbyteratus, singulorum quatuor Canonicatuum in Vicarias cum Cura animarum erigendorum, atque Mansionariarum comprehensis incertis, et qui sint jurispatronatus, qui vero liberæ collationis: referret ulterius de Annuo redditu simplicis Beneficii *de Vixoria* vacan-

cantis per obitum Archipresbyteri Croci, et de numero animarum Castri Arquati: Ut præterea narraret, utrum renunciatio Antonii Mariæ Podestà Canonicatui peracta fuerit in mense Episcopali, et utrum Joseph Podestà renunciaverit pensioni librarum mille Parmensis monetæ ab Episcopo Fallot de Beaumont decretæ. Tandem ut S. Congregationem instrueret, quare omnia in pristinum reduci nequirent; item, posita Concordia, per quos Chori servitium exercebitur, et quare exerceri nequeat Cura animarum per Curatum, aut Vicarium Curatum inamovibilem juxta Tridentinam dispositionem, et quatenus opus sit per duos Coadiutores Cappellanos.

Hisce omnibus Placentinus Antistes auditis interesse habentibus respondet. Archipresbyteralis congrua comprehensis Choralibus distributionibus est scutorum 100., Beneficium *de Vixoria* Archipresbyteratui uniendum, quo una cum redditibus Archipresbyteralibus fruebatur defunctus Archipresbyter Croci, dat scuta 20.; Mansionaria *S. Francisci* in Canonicatum Vicarialem erigenda comprehensis Choralibus distributionibus, et quarta de incertis Parochialibus reddit scuta 80.; Mansionaria de Cantarellis pro altero Canonicatu Vicariali destinata, comprehensis distributionibus, et quarta incertorum Parochialium scutà 62.; Præbenda S. Catharinæ pro tertio Canonicatu Vicariali in Concordia designata, qua gaudet Joannes Salotti Confessarius, et assiduus Coadjutor Antonii Mariæ Podestà in Cura Animarum, comprehensis ut supra distributionibus, et quarta reddit scuta 66.; Præbenda S. Mariæ pro quarto Canonicatu Vicariali destinata vacans post initam Concordiam per obitum Petri Rocca dat scut. 75. Ex duobus Mansionariis pro Chorali servitio restituendis, altera *S. Joannis Baptistae* nuncupata congruam habet scutorum 60., altera vero *del Molino* scutorum 56.

Duo tantum adsunt Præbendæ jurispatronatus; Mansionaria videlicet *de Cantarellis* in Canonicatum Vicariatum ex dictis erigenda, cujus juspatronatus olim ad Comites de Putheo, nunc ad Cajetanum Casotti spectat, qui consensum dedit prælatæ erectioni in Canonicatum Vicarialem, offerens augmentum dotis in

in alia scuta sex circiter ex quodam emphyteutico Canone retrahenda, modo per Concordiæ approbationem Capitulo pax restituatur. Altera Præbenda jurispatronatus est S. Marci in quartum Canonicatum Vicarialem convertenda, ad quam jus habent nominandi duo Canonici ætate Seniores ejusdem Collegiatæ Castri Arquati. Paræcia complectitur animas 1894. quæ non in Oppido dumtaxat commorantur, sed et extra mœnia loci illius in propinquis montibus hic, illicque quatuor millariorum spatio dispersæ vitam ducunt.

Ad Antonium Mariam Podestà, ejusque Nepotem Josephum quod attinet, utrum nimirum ille renunciatum in manu Episcopi Canonicatum de Petra dimiserit in Mense Episcopali, hic vero an vale dixerit pensioni librarum mille ab Episcopo Fallot decretæ, hæc habet = *Renunciatio Praebendae Canonicalis de Petra, quam obtinebat d. Canonicus Antonius Maria Podestà secuta fuit de Mense Aprilis* 1812., *et contestualiter collata ejus Nepoti Josepho Podestà, cum ille obtinuerit quatuor Mansionarias simul unitas cum omnimoda Cura Animarum pro titulo Economi illam habiturus in titulum una cum Archipresbyteratu, cum Archipresbyter Croci obiisset.*

Mensis Aprilis fuisset Episcopi alternativa, sed Antecessor meus eo infaustissimo, quo exturbatum a Sua Sede Romanum Pontificem tota lugebat Ecclesia, ex habitis facultatibus, de omnibus beneficiis indistincte disponebat. Pensionem Libellarum mille Parmensium respondentem scutis 44. impositam patruo Podestà favore Nepotis super antedictis quatuôr Mansionariis liberaliter hic renunciaret, una etiam cum Canonicatu de Petra assequendo novum Canonicatum Vicarialem S. Francisci, aut alium: Ast ejus natura pinguescens, et pectus frequentibus inflmamationibus obnoxium, ipsi timorem injiciunt ne jam minus sufficiens sit obeundis laboribus Parochialibus, quos tamen a pluribus Annis laudabiliter sustinet, prius ut unus ex Mansionariis Vicarius, nunc tamquam voluntarius patrui Coadjutor. Nihilominus vir pius,

et

et doctus S. Theologiae Laurea ornatus perfecte se submittit paternae providentiae Summi Pastoris . =

Atque hic animadvertere mei muneris est, usque a mense Januarii Anni 1815., cum Capitulum Collegiatae Castri Arquati adiit S. Congregationem, antequam concordia iniretur, tum Antonium Mariam, tum Josephum Podestà supplicem libellum S. Congregationi obtulisse, quo eam exorabant, ut in quocumque Causæ eventu decenti eorum tuitioni consuleret. Porro Antonius Maria jam provisus videtur, si Archipresbyteralem dignitatem assequatur: At Joseph *vir doctus*, *et pius*, ut refert Episcopus, quique assiduis laboribus Ecclesiæ inservivit, haud satis provisus videretur ex Præbenda, cui adnexa fuit Cura animarum, cum ejus infirma valetudo quietem potius, quam laborem exoptare videatur

Requirebatur præterea ab Episcopo, quomodo, et per quos in posterum exerceri poterit Chorale servitium, qui affirmat non alio certe modo, quam anteactis temporibus; eidem enim inservirent quatuor Canonici Vicarii, prout antea Mansionarii: Officium autem, quod speciale erat Mansionariorum, et inter ipsos dividebatur, nunc attenta Cura animarum, Canonicos Vicarios exonerari, et a duobus Mansionariis sine Cura animarum redintegrandis exerceri commodissime posse refert. Anteactis siquidem temporibus, ut ex Statutis a Fr. Alexio Episcopo Placentino Anno 1440. conditis patet, quatuor Mansionarii omnia Parochialia officia indiscriminatim gerebant, perinde ac si quatuor fuissent unius Curati Coadjutores, et unusquisque indistincte Sacramenta ministrabat, statim ac a plebe requirebatur. Turnus autem specialis inter eos divisus erat quoad Missam celebrandam: ita enim in præfatis statutis legitur = *Qualibet hebdomada Unus ipsorum Mansionariorum cantet omni die unius hebdomadae Missam primam de populo, et Unus alter cantet Missam Magnam, quae cantetur in Tertiis, et unus alter dicat unam Missam parvam, et alter Mansionarius sit vacans*. = Porro ab hoc turno eximerentur Canonici Vicarii, ut facilius Curam animarum gerere possent, retento dumtaxat turno Missæ Parochia-

chialis pro populo, et duo Mansionarii restaurandi onerarentur, iis quæ difficilioris sunt adimplementi.

Quamquam autem directum non det responsum hodiernus Placentinus Praesul ad ultimum postulatum a S. Congregatione, quare nimirum exerceri nequeat Cura Animarum per Curatum, aut Vicarium inamovibilem, et quatenus opus sit per duos Capellanos Curatos ab illo dependentes; id tamen ex suo eruitur voto. Non inficiatur siquidem, unam plebem melius regi ab uno, quam a pluribus Pastoribus; non diffitetur majori honore fulgere Parochum, adeoque ipsi majorem reverentiam, et auctoritatem conciliari, si unus esset Archipresbyter simul, et Parochus, quam quod si plures essent sive Vicarii Canonici, sive Mansionarii, quod reverentiæ, auctoritatisque augmentum eo magis necessarium est hodiernis temporibus, in quibus frequens est Parochos inter, et politicas locorum potestates relatio; hisque de Causis non dissentiretur ut, quod perperam, ac nulliter Episcopus Fallot peregit, Apostolicæ Sanationis medela sanaretur.

Subdit tamen=*Verumtamen cum Capitulum Castri Arquati satis aegre ferat, se privatum iri Cura habituali Animarum, jam a quatuor ferme saeculis per simplices Curatos, seu Vicarios exercita, nec aliter tranquillitas restitui posset in ista Collegiata, quae aliunde constat morigeris Canonicis, et Beneficiatis, zelo Divini cultus nan parum accensis, quam si antiquus rerum ordo redintegretur, cum iis modificationibus, quae ad augendam aliquomodo reverentiam erga exercentes Curam Animarum, et sufficientiorem ipsorum substentationem jam placuerunt in proposita concordia hanc propterea pacis amator voto meo coadjuvo* = Pro qua approbatione et in fine suæ Informationis S. Congregationem exorat.

Attamen contra quatuor Canonicatus Vicariales urget Tridentini dispositio *Sess.* 21. *C.* 4. *de Ref. et Sess.* 23. *Cap.* 1. *de Ref.* in quibus ut Emus Relator in suo Voto ajebat, ut unus tantummodo Rector in Ecclesiis Parochialibus præficeretur voluisse videtur Sacrosanctum Concilium, ut facilius suas Oves Pastor, et vicissim Oves Pastorem noscere possent. Verum *Sess.* 7. *Cap.* 7. de Ref. idem Tridentinum hæc habet = *Bene-*

ficia

ficia Ecclesiastica Curata, quae Cathedralibus Collegiatis, seu aliis Ecclesiis . . . . . perpetuo unita reperiuntur ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur; qui sollicite providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiae partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione etiam super re certa assignanda ibidem deputandos, Animarum Cura laudabiliter exerceatur. Verum in themate, nisi probentur quatuor Canonicatus Vicariales erigendi, videtur, attenta Præbendarum tenuitate, non posse aliter suppleri congruæ idoneæ unius Vicarii Perpetui, qui duorum saltem Capellanorum ob Paraeciæ amplitudinem subsidio egeret. Unumquodque enim Beneficium ex superius relatis ad hoc munus assignandum non videtur satis congrue provisum, ut Curatus, et seipsum substentet, et de gremio Capituli sibi adsciscatur Capellanos, qui non ex proprio munere, sed tamquam ab eo dependentes ipsi famularentur. Videant hinc EE. VV. utrum huic incommodo provisum sit approbationeConcordiæ Animadvertant etiam EE. PP. doctrinam *Card. de Luca lib. XIV. par. V. Annot. ad S. Conc. Trid. disc.* 9. *ad Sess.* 7. *Cap.* 7. Post relatum Tridentinum præscriptum, ut certus Vicarius deputetur in Ecclesis Cathedralibus, Collegiatis etc., in quibus adnexa est Cura Animarum, ut ita Oves certum habeant Pastorem, quem agnoscere debeant, hæc *num.* 3. *et seqq.* habet = *Hinc proinde, quando contingit, quod occasione relationis, quae fieri solet in visitatione Liminum, Sac. Cong. Concilii ad istius notitiam deveniat, ut adhuc in eodem antiquo usu continuetur quod scilicet exercitium Curae sit promiscuum penes omnes de Collegio, vel Capitulo, per eam enixe praecipi solet haec deputatio Vicarii ex eodem Collegio, vel extra, prout facti qualitas exigat. Super Vicarii autem unicitate, vel pluralitate nihil statutum est, et merito, cum id ex facti qualitate pariter pendeat, an scilicet unus tantum supplere possit vel potius duo, vel plures requirantur. Quamvis enim Rectorum, seu Parochorum pluralitas a jure prohibita sit ob inconveniens, ne una*

Mu-

Mulier duos, vel plures habeat Viros; attamen id procedit in eo, qui sit verus Rector, ac Sponsus Ecclesiae, non autem in hujusmodi Vicariis, qui potius famulorum, ac operariorum jure censendi sunt, cum id dictae unicitati non adversetur, eodem modo; quo eidem non adversatur, ut ipsamet Cura habitualis sit penes aliquod Capitulum, et Collegium, constitutum ex pluribus Personis, quoniam unicus censetur Parochus repraesentatus ab ipso corpore mystico, seu politico, constituente unam Personam formalem, seu intellectualem, singuli autem non sunt Parochi. =

Perpendent nunc EE. PP. num illa Paraeciae administratio, quæ in Concordia proponitur, per quatuor Canonicos Vicarios peragenda, considerari debeat tamquam promiscuum illud Curæ exercitium, quod indistincte ab omnibus Canonicis, et membris Capituli geritur, quod reprobari solet a S. Congregatione, an potius considerari debeat tamquam deputatio quatuor Vicariorum, qui etsi Canonicali dignitate præfulgeant, nihilominus integro Capituli Corpori mystico subjiciuntur, apud quem residet Cura habitualis.

Hæc omnia tum in jure, tum in facto adnotanda duxi ut facilius dirimatur, quod iterum proponitur, dubium =

An concordia, de qua agitur sit confirmanda, vel infirmanda in casu etc.

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam juxta votum Emi Relatoris, et ad D. Secretarium cum SSmo.

Sess.21. Cap.7. de Reform.

FANEN. REEDIFICATIONIS Vincentius Monti Ecclesiæ sub titulo S. Mariæ Nosciani Fanensis Diœcesis Parochus postulavit a S. Congregatione facultatem vendendi nonnullas Domunculas, et tres Census ad Paræciam spectantes, ac insuper Bona Legati Pii Pedruzzi, ut ex congesta pecunia posset novam a funda-

damentis erigere Ecclesiam in Area, quam ipsi cedere exhibuerant Confratres SSmi Sacramenti, quia actualis jam vetustate fatiscens, nimium ad excipiendos Parochianos angusta, nec refici, nec ampliari poterat. Episcopus, ad quem preces remissæ fuerunt, ut de expositis distincte referret, auditis omnibus interesse habentibus, ac præsertim de vera impotentia supplendi ex redditibus Paræciæ, vel aliis remediis S. Concilii Tridentini, hæc habuit in prima Informatione = *Novam Ecclesiae aedificationem necessariam duco, quum vetus illa, quae extat . . . . ., infirma, indecoraque sit. Per Presbyterum meo jussu aditi sunt ejusdem Paraeciae Incolae, iique suum praestiterunt assensum. Confratres quoque SSmi Sacramenti in eamdem convenere Sententiam cedendo pro Area Novae Ecclesiae domus ipsius Societatis pactionibus eidem proficuis expressis in folio, quod mitto una cum statu activo, et passivo, ex quo ejusdem annui redditus, ac onera constant. Impensa ad Fabricam necessaria est Scutorum 1650. circiter, ut declaravit Peritus ex Officio deputatus. Cumque et Paraeciae redditus impares sint ad eam substinendam, quomodo ex ipsius statu activo, et passivo dignoscitur, neque alia, quemadmodum novi, suppetant remedia a S. Trid. Conc. praescripta, hinc Orator ipse alienationem proponit quarumdam domuncularum trium Censuum, ac Bonorum haereditatis Pedruzzi. Aediculae predictae sunt valoris Scutorum 197. 30. quod peritia comprobat. Trium Censuum Summa eadem est ac illa, quam Orator exposuit (nimirum in sorte Scutorum 143.). Praedia denique haereditatis Pedruzzi ascendunt ad Summam Scutorum 285. Tres predicti Census, totidemque exiguae Domus gravantur annuis legatis Missarum centum. Bona Pedruzzi subjacent oneri tot Missarum, quot ex eorum fructibus possunt celebrari, ut in particula ultimae dispositionis Conjugum Pedruzzi, iidemque fructus ascendunt ad annua Scuta 11. et obulos 40. ut ipsa Peritia confirmat* =

Cum ex propositis mediis nonnisi Summam Scutorum circiter Sexcentum colligeretur, quæ impar omnino erat operi conficiendo juxta Periti ex Officio deputati rela-

relationem juxta quam summa requirebatur Scutorum 1650. hinc sub die 14. Januarii præteriti anni rescriptum est = *Doceat de mediis conficiendi sumptus pro explenda Fabrica ad formam Peritiae* = Novas tunc Parochus obtulit preces, quibus syllabum retulit largitionum a Piis Fedilibus oblatarum in summa Scut. 650. et Parochianos gratuito manuum opere subsidium ædificationi præstare paratos esse. Iterum exquisita est Episcopi Sententia, ut auditis præsertim Subventoribus referret de mediis sufficientibus pro explendis Fabricæ sumptibus ad formam Peritiæ.

Haec autem in nova hac informatione habet Episcopus = *Supervacaneum arbitror aliquid repetere de necessitate aedificationis novae supradictae Ecclesiae, cessione domus a Societate SSmi Sacramenti exhibita, de alienatione bonorum ad dictam Paraeciam spectantium, et aliorum ex legato Pedruzzi provenientium. Sat enim in alia mea relatione ad Sacram Congregationem transmissa sub die prima Januarii anni currentis super iisdem disserui.* =

Liceat prius mihi referre de necessariis expensis pro consumatione petitae aedificationis, quae juxta Fabri murarii peritiam, summam praeseferunt Scutor. 1642.50. *Exhibuit Parochus Orator in prima Instantia nonnulla media, ex quibus retrahi poterat summa Scutorum* 808. 71. *prout apparet in principio speculi demonstrativi signati Litt. A. Nunc autem in promptu habet alia Scuta* 855., *quae ex largitate emanant piorum Virorum, quibus maximopere cordi est Religio, et Templi decor, et qui folium subscripserunt penes me originaliter existens, cujus copiam EE. VV. transmitto sub Litt. B.*

Haec summa pecuniarum, una cum alia prius exhibita, facto calculo, omnino respondet summae in peritia contentae, ideoque praesto sunt, quae necessaria evadunt pro expensis aedificationis Ecclesiae, prout constat ex dicto calculo demonstrativo Litt. B.

De veritate characterum asserere minime dubito; De facili subsidiorum exigibilitate non immerito mihi suadeo. Subscripti enim a me requisiti promissionem, et subscriptionem confirmarunt, et recognoverunt, et cum ii pares sint pro satisfactione assumptae obligationis in-

Indubium arbitror eos esse promissam summam libenti animo persoluturos.

Ut magis magisque appareat securitas conficiendi, et absolvendi opus, non praetermittam EE. VV. Rmis ante oculos ponere promissionem, quam emiserunt nonnulli ex Parochianis gratuitam operam praestandi in dicta aedificatione, prout ex copia folii, et subscripti, et cruce signati, quam hic pariter adnecto, apparet sub Litt. C. quae promissio minuit etiam summam in peritia contentam. =

Parochus Orator etiam animo voluit expensis parcere, et domum SSmi Sacramenti non humi evertere, et demoliri, et alteram construere, sed eam alio muro, et fortitudine firmatam pro sui habitatione eligere, et prope eamdem novam aedificare Ecclesiam pro minori sumptu, et faciliori dictae Ecclesiae confectione. Hisce praemissis, et enarratis arbitror juxta meam Sententiam Parochum praedictum posse sui voti compotem evadere.

Cautum in jure Canonico est, novam Ecclesiæ ædificationem non esse permittendam, si vetus reparari possit. At in presenti casu ex prima Episcopi informatione constat de necessitate construendi novam Ecclesiam, quia actualis pro numero Parochianorum nimis angusta est, et ob fatiscentium murorum vetustatem nequit ullo modo ampliari juxta juratam Periti ex officio deputati relationem.

Posita vero necessitate novæ construendæ Ecclesiæ, inquirendum est de mediis, nimirum utrum probanda sint, quæ Parochus Orator proponit, vel alia sint requirenda. Jubet SS. Tridentina Synodus *Sess.* 21. *Cap.* 7. *De Reform.* Ecclesias fatiscentes *refici, et instaurari ex fructibus, et proventibus ad easdem Ecclesias quomodocumque provenientibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos; et alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, cum in illorum defectum, Parochianos omnibus remediis opportunis ad praedicta cogantur.*

Quoad primum *medium*, nimirum redditus ipsius Ecclesiæ, nequit in calculo haberi ob illorum tenuitatem. Siquidem ex Statu activo, et passivo a Parocho exhibito, et ab Episcopo approbato colligitur, reddi-

ctum Paræciæ, deductis expensis, esse scutorum septuaginta in singulos annos, quibus addi poterunt alia scuta quindecim, qui Parochus in exitu signavit pro Missis pro Populo. Attamen hi redditus, qui neque congruam scutorum centum attingunt, nequeunt pro expensis reædificationis minui.

Alterum *medium* præsto minime est cum nec ulli sint Ecclesiæ Patroni, nec alii præter Parochum ipsius Ecclesiæ Parochialis reditus percipiant.

Ex tertio *medio*, cogendi nimirum Parochianos, jam summa scutorum 835. coacta est ex piis Fidelium oblationibus, inter quos ipse Parochus pro summa scut. 140. obsignatus recensetur; alii vero Parochiani sese obligarunt gratuitam manuum suarum operam reædificationi præstituros.

Exhaustis mediis a SS. Tridentino Concilio præscriptis, novum haud est, ut hæc S. Congregatio extraordinariis mediis necessitati Fabricæ Ecclesiæ occurrat. Ita *in Senogallien. Fabricae Ecclesiae 20. Februarii* 1796., *ad II. Dubium, in Camerinen. Suspensionis 20. Novembris* 1802. *et in Ferentina Reaedificationis Ecclesiae 25. Maii* 1805. *et in Tyburtina Suspensionis Capellaniae 13. Januarii* 1816. Videant nunc singillatim EE. Patres, an extraordinaria media proposita ad implendam summam pro ædificatione necessariam probanda sint.

Sane vetat notissima *Extrav. Ambitiose de reb. Eccles. non alien.* bonorum Ecclesiæ alienationem, quam tamen obtento Apostolico Indulto permittit, si vera concurrit necessitas. Videtur hæc necessitas in casu concurrere, cum exhaustis aliis mediis medietas tantum summæ pro ædificatione necessariæ coacervari datum sit, unde altera medietas exquirenda sit ex venditione Domuncularum, Censuum ad Paræciam, et bonorum ad hæreditatem Pedruzzi spectantium. Si placeat EE. Patribus hanc venditionem, utpote necessariam, prescribere, cavendum erit, ut solemnia a Canonico Ecclesiæ præscripta serventur, præsertim ut publicentur Edicta ad alliciendos Oblatores, a quibus melior fiat ipsius Ecclesiæ conditio.

Animadvertendum etiam est super Domos, et Census impositum esse onus centum Missarum annuatim ce-

celebrandarum Parochus sese exhibet paratum suscipere annuum onus Missarum *quindecim*, e contra Episcopus putat numerum Missarum ad *sexaginta* esse producendum. Pro hæreditate Pedruzzi, cujus redditus sunt in annuis scut. 11. 40. Parochus *decem* tantum Missas celebrandas proponit, Episcopus *quadraginta*.

Tandem speciali Apostolica approbatione indiget permutatio a Confratribus SSmi Sacramenti sub certis conditionibus proposita. Etenim cum permutationes sub alienationis nomine lato modo sumpto vocabulo veniant, illas etiam sub censura laudatæ *Extravag. Ambitiose* cadere notissimi juris est. En verba Congregationis Sodalitii = *Si risolvette di permutare la Casa della Compagnía in Chiesa Parochiale col cedere la Chiesa Parochiale alla Compagnia infino sotto i due Altari della Madonna, e di S. Francesco col tirarci un tramezzo con muro divisorio, ed adattarla per casa dello Compagnia per fare le Congregazioni, assumendosi il Rettore per se, e per gli altri l' obligo di mantenere a proprie spese il Cappellano, e l' Altar Maggiore con suoi suppellettili, togliendone quest' obligo alla Compagnia, cui incombe* = Huic conventioni, hisce conditionibus assentitur Parochus, et adhæret Sententia sua Episcopus.

Dubia proponuntur

I. *An, et quomodo Ecclesia Parochialis, de qua agitur, sit reaedificanda in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedendum Indultum pro venditione Bonorum, de quibus agitur, in casu etc.*

III. *An, et quae onera Missarum sint perpetuo imponenda Oratori, et Parochis Successoribus in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit approbanda permutatio, de qua agitur, in casu etc.*

Dilata in omnibus, et scribatur Episcopo ad mentem

REA-

Sess. 24. Cap. 16 de Refor.

REATINA SPOLII Vita functo Præsule Carolo Fioravanti Episcopo Reatino Cathedralis Ecclesiæ Capitulum Canonicos deputavit, qui, ut moris est Pontificalia Indumenta, cæteraque defuncti Sacra Mobilia jure spolii colligerent. At Pompejus, ac Benedictus Fioravanti demortui Episcopi Fratres Canonicis deputatis notulas ab Episcopo propria manu exaratas, ac subscriptas, ipsoque anno suæ nominationis datas exhibuerunt, quibus nunciabatur sese Indumenta, et Sacra Mobilia, in Pontificalibus necessaria a Fratribus accepisse = *dichiarando averne soltanto l'uso mia vita naturale durante, spettandone la proprietà ai suddetti miei Fratelli, ai quali deve il tutto qui sopra descritto restituirsi, cessata la mia vita naturale.*

Quæstio hinc inter Capitulum, et Fratres Fioravanti exorta S. Congregationi dirimenda proponitur.

Rogatus de sua Sententia modernus Reatinæ Ecclesiæ Antistes, ab omni ferendo voto sese abstinendum existimavit, ne, ut ipse ait, alterutri dissidentium partium studere videretur.

Certum in jure est Spolium Ornamentorum, Paramentorum, aliarumque rerum Episcoporum ad Divinum Cultum pertinentium deberi Ecclesiis, quibus Episcopi præfuerint, deque iis non esse Episcopis potestatem disponendi per ultimam voluntatem, vel quemcumque contractum mere lucrativum *Const. 42 S. M. Pii V.* quæ incipit *Romani Pontificis*; quæ confirmata fuit per aliam Constitutionem S. M. Innocentii XII. cujus initium *Inscrutabili*, sub die 29. *Januarii* 1694.

Harum vero Constitutionum Sanctiones adeo sarctas, tectasque servandas curavit S. hæc Congregatio, atque ita Cathedralium Ecclesiarum jura super spoliis suorum Episcoporum vindicavit, ut si Casus occurrerit, quod Indumentorum, cæterarumque rerum ad Sacrum usum spectantium tempore mortis Episcopi copia non suppeteret, illorum pretium, ex illius hereditate solvi mandaverit, ut videre est *in Trivicana, seu Tricaricen. 28. Junii* 1726. *ad quartum dubium.*

Atta-

Attamen hæc ipsa Juris Pontificii Censura non ita exerit vires suas, ut quovis in casu indiscriminatim locum habere debeat. Etenim dum prohibentur Episcopi vel per Testamentum, vel etiam per actum inter vivos mere lucrativum Sacras Pontificales supellectiles Ecclesiis Cathedralibus debitas in alios transferre, nihilominus minime ipsos vetari, id agere per contractum vere onerosum tenent. *Guttier. prext. quaest. lib. 2. quaest. 94. in fin. Rodrig. in summa Casuum Coscientiae tit. de Testam. Conclus. 44. Sarz. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 204. et 205. Salgad. in Laber. Credit. part. 1. cap. 42. num. 16. et S. Congregatio in praedicta Trivicana seu Tricaricen. 28. Junii 1726.*

Quin etiam cum de anno 1683. in Indiis Occidentalibus ad plures migrasset Episcopus Antonius Gonzalez de Caracas Provinciæ de Benezuela, relinquens suum Patrimonium adeo ære alieno gravatum, ut eo dissolvendo bona prophana non sufficerent, ad instantiam Creditorum propositum fuit dubium = *An Creditoribus defuncti Episcopi in subsidium, si alia bona non sufficiant, satisfaciendum sit etiam ex bonis benedictis, seu Pontificalibus, non obstante Constitutione 42 B. Pii V.* = cui S. hæc Congregatio sub die 29. Martii ejusdem anni responsum dedit = *Affirmative, scilicet posse satisfieri*

His in jure præmissis constat in facto sacras supellectiles, et Vasa Pontificalia a duobus Germanis Fratribus in usum tantum traditas fuisse defuncto Episcopo Fioravanti. In calce enim illorum notulæ ita proprio characthere declaravit Episcopus = *Io sottoscritto ho ricevuto da Benedetto mio Fratello tutti i Paramenti, e supellettili Sagre di sopra descritte per servirmene nel mio Vescovato, dichiarando di avere soltanto l'uso, spettandone la Proprietà al sudetto mio Fratello, a cui deve il tutto quì sopra descritto restituirsi cessata la mia vita naturale. In fede etc. Rieti questo dì 15. Novembre 1814. Carlo Fioravanti Vescovo di Rieti* = Atque iisdem verbis concepta est alia declaratio favore alterius Fratris Pompei. De veritate, et authenticitate Notularum, et declarationum, utpote quæ proprium Episcopi exhibent Charactherem, inter dissidentes non ambigitur.

Ex

Ex hac simplicis usus concessione suam tueri proprietatem contendunt Fratres Fioravanti, quin contra eos jura, ac privilegia Cathedralis Ecclesiæ vim ullam exercere possint, quæ eo usque pretendi nequeunt, ut alienam substantiam impetere possint. Etenim usus = est jus utendi rebus alienis salva earum substantia = *Ex Text. in l. cui usus 2. ff. de usu, et habitat. et Instit.* §. 1. *et seq. eod. tit.* Unde Usuarius non plus juris habet in re, quæ ad utendum tradita est, quam quod ad usum vitæ quotidianum sufficiat. *leg.* 7. *et* 12. *ff. tit. de usu, et habitat.* §. 1. *Instit. eod tit.*

Quia vero usus jus est personale quemadmodum, et ususfructus, morte Usuarii omnino cessat, et extinguitur, ad dominum proprietatis revertitur, et cum proprietate conjungitur, nisi constitutionis lege aliter cautum fuerit *L.* 3. §. *ult. ff. quibus modis usufr. amitt. L.*3. *Inst. tit. de Usufruct.*, *et* §. 1. *Instit. tit. de Usu, et habit.* Quin imo Usuarius nec fructus non perceptos tempore mortis suos facit, et hæredibus trasmittit, sed omnes ad dominum proprietatis redeunt. *Vin. ad* §. 1. *Instit. tit. de Usu et habit. n.* 2. *in fin.*

Perperam proinde videtur ea postulasse Capitulum, quarum usum tantum habuit Episcopus, quæque ex juris dispositionibus libera redire debent ad dominos.

At opponit Capitulum, si concedatur Fratribus Fioravanti retentio suppellectilium, hoc exemplum semel datum in damnum omnium Ecclesiarum Cathedralium converti, et pluribus abusibus in earum perniciem viam in posterum sternere. Addit etiam scuta fere 2000. Episcopo Fioravanti priusquam ad Sedem accederet ab Episcopali Mensa fuisse soluta, quæ gravata fuit, et adhuc gravatur passivo Censu scut. 1500. Auctoritate Apostolica constituto, et triennii lapsu extinguendo, reliquam vero summam solutam fuisse ab Administratore Apostolico Ecclesiæ Reatinæ quemadmodum suo confirmat testimonio; unde præsumi posse videtur eam summam Episcopum erogasse in Sacris suppellectilibus sibi comparandis, siquidem plurimum impensarum pro Bullarum expeditione condonatum, ac remissum illi fuerat ab Apostolica Sede:

Consuescit autem Sac. Congregatio ea sacra mobilia Cathedrali Ecclesiæ adjudicare, quæ cum pecuniis ejus-

ejusdem Ecclesiæ Episcopus acquisiverit, *ut in Cathacen.*, *seu Suessana Spolii* 28. *Septembris* 1709.

Tandem Capitulum affert Testimonium Magistri Cæremoniarum, qui ita refert = *Feci intendere alli Signo-*
„ *ri Canonici Obbedenziarj nell' atto, che il Cadavere*
„ *del sullodato Vescovo doveva essere esposto nel Pa-*
„ *lazzo Episcopale, che per maggiore vantaggio del*
„ *Capitolo era meglio far uso di una Pianeta decente,*
„ *e già usata esistente nella Sagrestia della Cattedrale*
„ *per vestirlo Pontificalmente, che impiegare la Pia-*
„ *neta Violacea nobile di proprietà del Vescovo, e da*
„ *ereditarsi dal Capitolo. Attesto ancora, che in se-*
„ *guito di ciò i detti Signori Canonici mi fecero con-*
„ *segnare una Pianeta con cui fu rivestito il defonto.*
„ *Attesto finalmente, che dopo la Tumulazione il Si-*
„ *gnor Colonnello Fioravanti riprese le due Dalmati-*
„ *che violacee, colle quali era stato esposto il Fratello,*
„ *(e che per dritto anche di Tumulazione appartene-*
„ *vano alla Sagrestia della Cattedrale) dicendo, che*
„ *tali Dalmatiche spettavono in proprietà alla Famiglia*
„ *Fioravanti* =.

Nec idem Capitulum opponere prætermittit, declarationes Episcopi Fioravanti signatas die 15. Novembris 1814. non esse munitas legali *Registro* præscripto in Motu Proprio SS̃mi diei 6. Julii anni 1816. unde putant nullam in judicio fidem promereri. At animadvertendum est in Articulo 8. cap. 1. *del Regolamento sulla Registrazione* ad quem appellat Capitulum expresse ita cautum esse = *saranno considerati COME DI DATA CERTA, e perciò esenti dalla attuale Registrazione gli Atti privati, i quali avanti quest'epoca o siano stati nominati in un atto publico ec.* O SIA MORTO ALCUNO DE' CONTRAENTI.

Post hæc tum in jure, tum in facto exposita, Vestrum erit EE. PP. dirimere

Dubia

I. *An Indumenta Pontificalia, aliaque contenta in duabus Notulis ab Episcopo Fioravanti subscriptis, tradenda sint ejus Germanis Fratribus, seu potius Cathedrali Ecclesiae Reatinae in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad primam partem.

 II. *An*

II. *An Ecclesiae Reatinae competat jus repetendi pretium ab haereditate Episcopi Fioravanti in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam

Ad II. Affirmative prout, et quatenus de jure

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

ALBINGANEN. REDUCTIONIS. Bona quæ in Oppido Tabiæ Albiganensis Diœcesis possidebant Cardinalis Hyeronimus, ejusque Germanus Frater Marchio Benedictus Gastaldi die 21. Novembris 1660. solemni instrumento donarunt Capitulo Collegiatæ illius loci. In hujus donationis correspectivitatem nonnullis piis oneribus Capitulum sese perpetuo devinxit. Nimirum, ut quotidie duæ celebrarentur Missæ lectæ, ut in qualibet Feria sexta Missa Conventualis celebraretur, ut in pervigilio Festivitatis omnium Sanctorum Solemne anniversarium exolveretur, ut quolibet die absolutis horis divini officii recitaretur ab omnibus Canonicis Psalmus *De profundis* cum oratione. Hæc omnia pia onera adimplenda erant ad Altare S. Hyeronimo dicatum in Gentilitia Capella Familiæ Gastaldi, ubi diu, noctuque Lampas semper arderet.

Diminutis sequenti ævo redditibus, ac etiam ob sumptus a Capitulo factos pro judiciali defensione Bonorum actum est de reductione prædictorum onerum. Et reapse die 19. Julii 1749. novum stipulatum est instrumentum inter Capitulum, et Joannem Thomam Lercari = *come rappresentante la Persona, o Persone del prefato Cardinale, e Marchese Benedetto Fratelli Gastaldi* = in quo conventum est, ut ex duabus Missis lectis quotidianis quinque tantum in quolibet Mense celebrarentur, ut vice Missæ Conventualis in qualibet feria sexta una tantum celebraretur Missa *de Requie*, in singulis mensibus, atque firma remanerent cæ-

cætera onera, nimirum Anniversarii in pervigilio Festivitatis omnium Sanctorum, recitationis Psalmi *De profundis*, et Lampadis. Adjectum vero est pactum, quo Canonici, qui singuli Instrumenti stipulationi interfuerunt, sese obligarunt = *a nome tanto dello stesso presentaneo Capitolo, e Massa quanto per li Successori al medesimo di perpetuamente ossesvare, e adempire a detti oneri, e carichi, senza mai più addimandare, nè poter dimandare alcun' altra riduzzione, o sia moderazione ancorche li beni, o siano li rediti de' beni suddetti si venissero in ogni futuro tempo a diminuire, e non potessero in modo alcuno corrisspondere a detti carichi* = Atque hanc conventionem, ac reductionem decreto suo in actu visitationis servatis servandis approbavit, confirmavitque die 23. Julii ejusdem anni Præsul Constantinus Serra tunc temporis Albinganensis Episcopus.

Res ita processit usque ad annum 1803. in quo Capitulum sese nimium gravatum asserens ex plurimis Legatis ex quibus vix tenuem = *di un Carlino circa il giorno* = distributionem percipiebat, preces SSmo obtulit postulans = *di ridurre tali oblighi ad un annuo Anniversario solenne, e di assegnargli i beneficj semplici di detta Città, finochè le distribuzioni non formino un reddito giornale di Carlini due per ciascuno* = Adjecta erat huic adeo simplici libello notula onerum absque ulla tamen provenientiæ ac reddituum distinctione. Has preces placuit SSmo die 17. Januarii ejusdem Anni per Substitutum S. Congregationis Fabricæ *remittere Arbitrio, et coscientiae Ordinarii cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis contrariis non obstantibus* = Hinc Vicarius Capitularis, Episcopali sede tunc vacante hoc edidit decretum = *Costandoci esser vero quanto è stato in dette preci esposto, valendoci delle facoltà ec. riduciamo gli obblighi enunciati ad un annuo Anniversario solenne, in suffragio dei Leganti, ed assegniamo a detti Canonici, e Mansionarj li Beneficj semplici di collazione ordinaria, che vacheranno fino, che le distribuzioni non formino un reddito giornale di Carlini due per ciascuno* =

Contra hoc novæ reductionis decretum quoad onera injuncta a Fratribus Gastaldi insurrexit Marchio Nico-

laus Lercari = *per non essere stato interpellato come Padrone , ed Erede* = postulavitqne a SSmo = *che venga esaminato dalla Sagra Congregazione del Concilio , se una tale soppressione possa , o no sussistere o se debba ritornare a soddisfare gli oblighi , che detto Capitolo era tenuto* =.

Hujusmodi preces ablegatæ fuerunt Episcopo, ut votum suum aperiret,ac referret de annuo redditu bonorum gravatorum per Peritum ex officio , et impensa vere necessaria ad implementum omnium onerum , audito in scriptis Capitulo . *Omnia complecti mihi visum est* , ita ait Episcopus , *si responsionem ipsam Capituli supremae vestrae considerationi subiicerem, ex ipsa namque omnia sincere explanantur , et illud maxime conspicitur , quam merito Capitulum postulet non exturbari in pacifica , et legitima possessione reductionis quindicim annorum , quae adeo tenuem redditum ipsi assignat pro officiatura tam laboriosa , tam assidua , tam exemplari , ut in mea Dioecesi nedum omnium Collegiatarum , sed ipsius Cathedralis possit velut exemplar proponi . Qualibet itaque innovatio nedum molesta , sed gravis ita appareret , ut Capitulum unanimiter legatum Gastaldi renunciare velit potius quam soli mutationi loci recitandi Psalmi de Profundis subiicere, quae videtur esse praecipua quamvis admodum levis Oratoris Instantia . Sensum itaque animi mei , quem Eminentiae Vestrae a me expetere pro summa clementia dignantur, libenter aperio in favorem Capituli, quod in tam modica redditus tenuitate non cessat tam laudabiliter se praestare Psalmodiae , Cantui , functionibus , Officiaturae* .

His in facto expositis , quæ pro una alteraque parte rationum momenta militare videantur , breviter referam . Marchio Nicolaus Lercari Orator irritam esse contendit reductionem , seu potius perpetuam abolitionem omnium onerum a Vicario Capitulari peractam de anno 1803. tum quia ipse vocari , et audiri debebat tamquam Patronus , et heres Cardinalis Gastaldi juxta dispositionem Sac. Tridentini Concilii in *Sess.* 24. *Cap.* 15. *de Reform.* tum quia S. hæc Congregatio sæpe sæpius respondit non esse locum simplici reductioni onerum , nisi certo constet de inculpabili diminutione reddi-

tuum

tuum, quod certe non constat in præsenti Casu ; abolitionem vero, ac perpetuam ab oneribus absolutionem si adhuc partialis, vel minima fundi legati quota supersit, semper denegandam censuit, ut in *Januen Legati* 15. *Decembris* 1787.

Nec solum generales hæ regulæ favent Oratoris instantiæ, sed etiam novæ reductioni, eoque magis abolitioni insuperabile impedimentum parabat solemnis transactio anni 1749. Nulla etenim fieri poterat legati Gastaldi reductio juxta eam conventionem, cui superaccesserat Ordinarii in actu visitationis approbatio, qua statutum fuerat nullam inposterum esse faciendam reductionem, tametsi redditus minuerentur: post acceptationem namque, et diuturnam observantiam denegatur reductio onerum, ut censuit S. Congregatio *in Civit. Castelli Red: onerum* 23. *Januarii* 1790., *et in Viterb. Reductionis Missarum* 6. *Decembris* 1794. Cum autem tam Fundatoris voluntas, quam Conventio 1749. inita expresse exigant Lampadis illuminationem, et Psalmi *de profundis* recitationem in Sancti Hyeronimi Sacello, et redditus sint pro adimplemento hujus oneris sufficientes videntur Capitulares non posse eximi hisce oneribus. Addit insuper Capitulum in relatione status activi, et passivi multa bona reticuisse Legati Gastaldi, quin exhibeat deperitionem, diminutionem, aut quamcunque Causam, qua legitime eximi possint ab onerum implemento. Contra vero Capitulum Tabiæ præ primis in Oratore impugnat assertam Patroni qualitatem, utpote haud ex Testatoris voluntate descendentem, nihilì ducens repræsentationem a Thoma Lercari habitam in conventione anni 1749., quia Capitulares minime concedere poterant, jus quod ex fundatione ipsa non competebat: Asserunt vero de hac conventione nullum apud ipsos extitisse vestigium, sed tametsi ipsis nota fuisset concludunt nullum impedimentum reductioni Vicarii Capitularis irrogare; siquidem hæc non respiciebat reductionem Legati Gastaldi, sed immutationem omnium onerum cum aliis oneribus compatibilem inspecta fructuum tenuitate, et concurrente publica, et utili causa de peragendo quotidie in Tabiæ

Col-

Collegiata divino Officio. Tridentinum namque Concilium *Sess.* 22. *Cap.* 6. *de Reform.* et S. Congregat. præsertim *in Firmana* 10. *Februari* 1770. Voluntatis commutationem concedit, quoties id exigit divini cultus augumentum utilisque, ac necessaria causa.

Neque contra Reductionem, qua gaudent ex legitima possessione 13. Annorum, facessit conventio acceptata, et per plures annos ad executionem demandata: In ea siquidem actum fuit de redituum diminutione, haud vero de bonorum deperitione, uti in præsenti themate, sine Capituli culpa: Quod si redditus minime pares successu temporis sine culpabili facto fuissent, conventio nihilominus suum sortiretur effectum. Quandoquidem pacta privatorum nequeunt publicæ utilitati prævalere; neque tantum extendi, ut ad iniquitatem vergant. Hinc eadem S. Congregatio ob tenuitatem fructuum reduxit onera ad æquitatem non obstante acceptatione, et observantia, uti præcipue *in Viterb. Red. onerum* 8. *Maii* 1784. Admodum autem levis Capitulo videtur causa præcipua precum Lercari, nempe quod Capitulum non recitet *Pslalmum de Profundis* in S. Hyeronimi Sacello. Namque declarat se ab ea recitatione numquam abstinuisse, quamvis ex reductione ea obligatio non exurgat: Sed Oratio eadem in Choro recitatur; cujus intuitu putat nullam suffragii imminutionem hac de re piis Testatoribus obvenire.

Dubium proponitur

An, et quomodo sit servanda reductio onerum a Vicario Capitulari facta in casu etc.

PIS-

PISCIEN JUBILATIONIS = Canonicus Ludovicus Favini Pisciensis per octo annos Servitium laudabiliter Cathedrali Ecclesiæ præstitit in munere Canonici honorarii sub titulo S: Annæ, dum haduc studiis vacabat. Reliquo vero tempore usque ad annos 40. eidem Cathedrali Ecclesiæ inservìit in altero Canonicatu *de Massa*, unde Sexagenarius, pluribusque incomodis affectus S. adiit Congregationem anno 1816. ad obtinendum pro laudabili 40. Annorum servitio Jubilationis Indultum. Precibus Episcopo Pisciensi de more ablegatis, ut audito Capitulo referret de continuo, et laudabiliter expleto 40. annorum servitio.et quomodoOrator per septennium dum studiis vacabat servitium præstiterit, hæc ille habet in Informatione = *Il primo Canonicato di S. Anna è soltanto di onore, e non obbliga giammai al servizio del Coro, ne gode delle distribuzioni: Che però il tempo, che dal Canonico Favini è stato ritenuto questo Canonicato non può essere considerato per ottenere la domanda di giubilazione, ed è questo il motivo per cui egli ha potuto compatibilmente col detto Canonicato attendere agli studj. Nel Marzo* 1784. *rinunziato il Canonicato di S. Anna prese possesso del Canonicato di S. Donato, che attualmente ritiene ha prestato al Coro per anni* 32. *un continuo, e lodevole servizio.* Hinc die 17. Februarii 1816. prodiit Rescriptum S. Congregationis = *Recurrat expleto continuo, et laudabili servitio quadragenario in Praebenda S. Donati.*

Sess. 24. *Cap.* 12. *de Reform.*

Verum Orator triennio elapso rursus institit apud S. Congregationem, ac iteratis primum precibus pro Indulto Jubilationis adjecit = *Che se a fronte di tutti i riflessi di fatto, e di dritto credeste mai EE. PP. che all'Oratore non competesse l'Indulto di libera Giubilazione, che per equità Canonica è dovuta a chi lodevolmente, e continuamente ha servito la Chiesa con Beneficio Residenziale per il lasso di* 40. *anni, si fa coraggio implorare l'Indulto di esentarsi dal servizio Corale in grazia delle sue indisposizioni*

giu-

giustificate già da più documenti de' Medici, che ha esibito verificati da Monsignor Vescovo, non contradetti dal Rmo Capitolo =.

Iterum rogatus Episcopus super novis precibus, quod in Informatione Anni 1816. exposuerat, in postrema, quam dedit die 5. Januarii currentis Anni confirmat, semperque manens in eodem voto non concedendæ jubilationis, circa incomoda Canonici Oratoris hæc habet a Capitulo ejus Ecclesiæ Cathedralis relata = *Rispetto poi all' età, ed agl' incomodi, che allega all' oggetto, il Rmo Capitolo replicò, che subito che il medesimo dia avviso della sua impotenza, viene considerato come presente, com' è stato sempre in passato* = Atque ita concludit = *In quanto a me trovando ragionevoli le determinazioni del mio Capitolo, convengo col medesimo* =.

Licet nihil statuant Canonum Sanctiones de Jubilatione iis concedenda, qui laudabiliter per 40. Annos Ecclesiæ inservierunt, jamdiu tamen in Ecclesia inolevit consuetudo, ut qui per quadraginta Annos continuum, ac laudabile Ecclesiæ servitium præstiterunt instar militum veteranorum jubilationem consequerentur, sicuti sæpe respondit S. Congregatio, ac præsertim *in Ripana jubilat.* 11. *Martii* 1728. *in Civitate Castellan.* 29. *Novemb.* 1776. *in Lauretana jubilationis* 2. *Decemb.* 1775. *Ad secundum dubium*, *et in Brictinorien. jubilationis* 12. *Maii* 1792.

Verumtamen continuum, ac laudabile servitium præstari debet per Annos 40., ita ut deficiente hoc laudabili, et continuo servitio Indultum omnino denegari solet a S. Congregatione, quemadmodum videre est in pluribus exemplis, ac cœteris missis in Cusentina jubilationis 27. *Junii* 1805. *et in Nullius Farfen. jubilationis* 18. *Augusti* 1806. in quo illud etiam animadvertendum est, quod et tempus, quo quis rationabili, laudandaque studiorum Causa impeditus Choro abfuit, et Divinis Officiis psallendis interesse non potuit, non calculatur in numero 40. anno-

rum,

rum, quos integre, continue, et laudabiliter consumere oportet, ut Jubilationis Indultum consequi valeat, sicuti resolutum fuit a S. Congregatione in Dubiis propositis die 17. Decembris 1718. ad secundum dubium.

Porro Canonicus Favini octo Annorum spatio, quo in munere Canonici Onorarii Ecclesiæ Pisciensi inservivit nulli servitio adstringebatur, siquidem = *il Servizio di detto Canonicato di S. Anna* (inquit Capitulum) *consiste nell'intervenire al Coro a suo piacimento in alcuni giorni festivi*. Videtur proinde nullum suffragium afferre posse hujusmodi tempus Canonico Oratori pro obtinenda jubilatione.

Attamen ipse servitium Ecclesiæ præstitit. Etenim Canonicus Prior Cajetanus Perondi, qui unam ex dignitatibus Capitularibus possidet, quique de eo tempore jam eidem Capitulo erat addictus, testatur = *Come il Sig. Canonico Ludovico Favini ha servito per il corso di circa nove Anni in qualità di Canonico Onorario con un servizio assiduo di tutti i giorni di Festa, e solennità dell'Anno, il qual servizio non gli dava luogo a percepire le distribuzioni Corali, perchè il Fondatore di detto Canonicato non ha messo in Massa*.

Notandum etiam est hujusmodi Canonicatum Honorarium sub Titulo S. Annæ ita ex lege fundationis, sive ex consuetudine in Capitulo Pisciensis esse constitutum, ut qui ad illum per Patronos fuerit nominatus, cogatur Bullas expedire, Fidei professionem emittere, ac solemnem capere possessionem, ideoque omnes sumptus, ut cæteri alii Canonici subire; quemadmodum perquisitis actis refert Episcopalis Cancellarius. Habet etiam hujusmodi Canonicus Stallum in Choro non minus quam gradum antianitatis. Videant EE. PP. utrum Canonicus, qui prædictis oneribus obnoxius evasit, cum primum obtinuit Canonicatum, et in quo aliquale laudabile servitium præstitit per annos circiter novem, possit hoc tempus jungere servitio laudabiliter præstito per 35. Annos in altero Canonicatu S. Donati ad effe-

ctum consequendi jubilationis Indultum; Præsertim cum Orator adeo adversa laboret valetudine.

Dubium erit

An sit concedendum Indultum Jubilationis, in Casu etc.

Die

Die Sabathi 3. Julii 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ALBINGANEN. REDUCTIONIS

Sess. 25. Cap. 4 de Reform.

Dubium

An, et quomodo sit servanda reductio onerum a Vicario Capitulari facta in casu etc.

Negative et Legatum Gastaldi esse adimplendum ad formam Instrumenti Transactionis, et decreti S. Visitationis, et ad D. Secretarium cum SSmo

PISCIEN. JUBILATIONIS

Sess. 24. Cap. 12 de Reform.

Dubium

An sit concedendum indultum jubilationis in casu etc.
Negative

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

SUTRINA JURISPATRONATUS. In præsenti Causa, quæ pluries proposita est, in Congregatione diei 8. Maii proxime præteriti prodiit Rescriptum. *Reproponatur cum voto D. Secretarii* Mandatis EE. Patrum obtemperans hoc Votum in fine præsentis Folii eorum Sapientiæ subjicio, ut possint dirimere Dubium

An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.

Reproponatur post aquas

Sess. 13. Cap. 1. et Sess. 21. Cap. 4. de Reform.

ROMANA. In Latifundio dicto *di S. Maria Nuova in Fontignano* anno 1725. dirutam a pluribus annis sacram Aediculam iterum excitavere Capitulum et Canonici Basilicæ S. Mariæ Transtyberim, sed commodiori loco in eodem Latifundio, et sub invocatione SSmæ Virginis in Cælum Assumptæ. Ab Eño tunc Episcopo Portuensi hanc ruralem Ecclesiam, seu Capellam benedicendi uni ex Canonicis dictæ Basilicæ facta fuit potestas die 16 Novembris ejusdem anni, uti ex rescripto apposito supplici Libello nomine præfati Capituli eidem Eño Episcopo porrecto, cui inter alia Canonici exposuerunt se iterum aliam Ecclesiam ædificasse, = *affinchè quella povera Gente possa sentir Messa nelle Feste, e gli Oratori procureranno di mantenerla sempre nella Fabrica, e di provvederla sempre delle suppellettili necessarie.* =

Anno 1779. die 13. Aprilis cl. mem. Card. Carolus Rezzonico Portuensis Episcopus hanc Ecclesiam visitavit, et pro Altari, et Sacra Suppellectili plura edidit decreta; pro Capellano vero inter alia hæc sancivit.

Sin-

Singulis diebus Festis de praecepto lecto Evangelio recitet alternatim cum Populo Mysteria nostrae S. Fidei etc. Item pro Missa celebranda nullum alium valeat substituere Sacerdotem , qui etc. Quoad Patronum vero, seu Capitulum, nisi consulto Episcopo ne alium Capellanum deputare possit decrevit . Tandem ex actis hujusmodi visitationis habetur Canonicum dictæ Basilicæ , qui ad excipiendum Emum Episcopum se illuc contulerat , retulisse , = *singulis diebus Festis accedere ab Urbe aliquem Sacerdotem expensis ejus Basilicae Missam pro Colonorum Tenutae commodo celebraturum* = .

Ex transactione inita anno 1781. hæc Ruralis Ecclesia ab Episcopo Portuensi jurisdictioni Vicariatus Urbis accessit , et hinc factum est , ut R. P. D. Vicesgerens ordinaria facultate , et auctorante Summo Pontifice omnes Rurales Ecclesias , et Capellas anno 1817. sacra Visitatione perlustrando , hanc etiam S. Mariæ in Cœlum Assumptæ die 17. Junii dicti anni 1817. visitaverit , et inter alia decreta etiam = *che dal mese di Ottobre sino a tutto il mese di Giugno si celebri la Messa in tutte le Feste di precetto per comodo del Popolo* = sanciverit . Contra hujusmodi decretum statim preces *Sanctissimo Domino Nostro* dederunt Canonici , ut ab onere celebrationis Missarum liberarentur. Res pro votis cessit ; Nam ex Sacræ Visitationis Apostolicæ Secretaria Rescriptum ex Audientia SSmi die 12. Septembris 1818. prodiit, *SSmus attentis expositis , et veris existentibus narratis , nec non examinatis Foliis juratis nobis exhibitis Oratores benigne liberavit ab omni obligatione celebrare faciendi Missam in enunciato Sacello ad formam decreti R. P. D. Vicesgerentis in visitatione habita juxta preces , quod nullius roboris in hoc tantum casu esse censuit .*

Habita laudati Rescripti notitia se inaudito obtenti R. P. D. Vicesgerens sui muneris arbitratus est , iterum adire SSmum , ut dignaretur = *rimettere alla Sac. Congregazione del Concilio la cognizione , se debba , o no osservarsi il decreto fatto dall' Esponente* = . Et manu Sacratissimi Principis novum prodiit Rescriptum = *alla Sacra Congregazione del Concilio non ostante il* no-

nostro Rescritto del 12. Settembre 1817. PIUS PAPA VII.

Delegata hoc modo Sacræ huic Congregationi quæstione tam Emum S. Mariæ Transtyberim Titularem audito Capitulo, quam R. P. D. Vicesgerentem rogavi; ut de consuetudine quoad præteritum, de necessitate Missæ, de distantia locorum, de decretis aliarum Visitationum referrent. Quæ ab utrisque deducta sunt exponam.

Ut R. P. D. Vicesgerentis decretum de Missa celebranda diebus Festivis in Sacello Rurali Fontignani substineatur, et consuetudo jam a pluribus Annis inducta, et necessitas populi pro Ecclesiastici præcepti adimplemento suadere videntur. Anno 1725. ipsi Canonici postulantes facultatem benedicendi novam hanc Ecclesiam, ultro fassi sunt, antiquitus = *nel Casale di Fontignano* = existere = *una piccola Chiesa, in cui si celebrava la S. Messa per comodo de' Contadini, Pecorari, ed altri, che lavorano* = et a Canonicis hæc Ecclesia fuit ædificata, = *affinchè quella povera gente possa sentir Messa nelle Feste* = Ex Archivio ejusdem Basilicæ habetur, = *che nella Chiesa Rurale di S. Maria Nuova Fontignani . . . si è celebrata in ogni Festa la Messa da un Cappellano: il penultimo Cappellano è stato D. Giovanni Maida, e l'ultimo è stato Don Giuseppe Calcagni, il quale nel giorno* 20. *Luglio del passato anno* 1760. *fu licenziato da Giovanni Martini Affittuario della Tenuta* =. Post dictum 1760. aliquot annis forsan Missa celebrata non fuit, at anno 1779. Emus Rezzonico plura circa Sacrum in dicta Ecclesia celebrandum constituit, et Canonicus S. Mariæ Transtyberim retulit *singulis diebus festis accedere ab Urbe aliquem Sacerdotem expensis ejus Basilicae Missam pro Colonorum Tenutae commodo celebraturum*. Ejusdem Tenutæ Conductor Benedictus Giovannini se per annos tresdecim ante annum 1809., ut omnibus diebus festivis in præfata Capella Sacrum perageretur curasse testatur; et perraro Missam ibi celebratam non fuisse. Idipsum asserit Thomas Crespi nuper defunctus alius Conductor, qui præfatum Tenimentum prius a Gallis, deinde ab ipso Capitulo locationis, et conductionis contractu habuit per plures annos usque ad mensem Septembris 1816.

Ex

Ex confessione igitur Canonicorum, ex actis S. Visitationis, ex Archivio ipsius Basilicæ, ac tandem ex Conductorum attestationibus videtur exurgere talis consuetudo, quæ fere centenarium cursum complectitur; quæque ex Canonico, et Civili jure obligationem inducit, a qua declinare nefas, est. Ita Innocentius III. in *Cap. ad Apostolicam de Simonia = quapropter super his, et pias consuetudines praecipimus observari. Sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitio se nituntur laudabilem consuetudinem immutare*, = *Et leg.* 1. *cod. quae longa sit consuetudo*, *et in lege super longa cod. de prescriptione*.

In hujusmodi consuetudinis præsidium necessitas adducitur, in qua constituerentur Pastores, et Agricolæ, Tenimenti Fontignani, ut plurimum non audiendi Missam diebus Festivis. Per tria millia passuum, ut refert R.P.D. Vicesgerens, et testatur Parochus S. Mariæ de Monte Carmelo, in cujus Paræciæ finibus continetur, Capella Fontignani distat ab aliis Capellis, seu Ecclesiis ruralibus *di Malagrotta, e della Maglianella*, quæ sane distantia satis habita est pluribus in casibus, ut Episcopi, vel etiam duriori remedio dismembrationis Paræciarum, invitis etiam Rectoribus, Fidelium saluti prospicerent.

Necessitati ex locorum, et Viarum distantia accedit populi numerus, et frequentia: Parochus S. Mariæ Carminis Franciscus Brunelli testatur, *che dal mese di Ottobre sino a tutto Giugno, e nel tempo della Falciatura vi è quantità di Lavoratori*, et Conductor Thomas Crespi asserit *d' averci fatto dir sempre la Messa, perchè la conosceva troppo necessaria sì per la quantità degl' Inservienti addetti a detta Tenuta, come anche per le altre Tenute confinanti, e che tutte le Feste era piena non solo la Cappella, ma anche molti Contadini stavano di fuori*.

Cum autem SS. Tridentina Synodus *Sess.* 21. *cap.* 4. *de Reform.* imperet, ut *Episcopi, etiam tamquam Sedis Apostolicae delegati in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus Populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, et cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios ad quos pertinet,*

sibi

sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiunt ad Sacramenta exhibenda, et cultum divinum peragendum: Argumento ducto ex hac Tridentina sanctione videtur dicendum esse, potuisse Ordinarium in Ecclesia Fontignani ad divinum cultum peragendum Missam in diebus Festis recte decernere, ne ob distantiam aliarum Ecclesiarum Populus Missa diebus Festivis privaretur. Huic forsan spirituali Animarum damno prospicere voluerunt Portuenses Episcopi, quibus olim Capella Fontignani subdita erat, dum in Pro-Synodalibus constitutionibus mandarunt, ut in *Ecclesiis Parochialibus duae saltem Missae, distinctis horis, diebus Festis celebrentur. 2. Ut in Ecclesiis ruralibus, in quibus usus atque etiam obligatio celebrandi Missam praedictis diebus obsolevit, restituatur*.

Nec pretereundum est, haud facile Capitulum, si nulla legis, vel contractus obligatione teneretur, iterum a fundamentis novam Ecclesiam construere voluisse, et illius manutentionem tam quoad Fabricam, quam quoad sacra supellectilia in se suscipere de Anno 1725, Præsertim cum a SS. Canonibus vetitum sit Administratoribus rerum Ecclesiasticarum, illarum redditum in expensas non necessarias erogare, multoque minus Ecclesiam ipsam inusitato oneri subjicere contra præscriptum *in extrav. ambitiosae de reb. Eccl.non alien.*

E contrario Capitulum contendit, hanc obligationem celebrationis Missæ ipsi neque ex jure, neque ex pacto imponi potuisse. Quippe in jure Canonico nulla lege cavetur, ut Patroni ex mero jurispatronatus titulo in Ecclesia præsertim non Parochiali cogantur ad curandam Missæ celebrationem. Sed neque ex pacto. Catulum Anno 1725. iterum a solo excitavit Capellam, at nil aliud expromisit nisi, *che procureranno di mantenerla sempre nella Fabrica, e di provvederla delle suppellettili necessarie*. Si ergo Canonici semper hanc Ecclesiam servarunt, necessarias reparationes non neglexerunt, et Sacram Suppellectilem suppeditarunt, jam plenissime, quod promiserant, adimpleverunt, et nil amplius ab ipsis requiri potest. Nullibi enim mentio fit de Sacro peragendo sumptibus Capituli; et si enunciatur, hanc Ecclesiam constructam fuisse, ut Coloni *possano sentire la Messa nelle Feste*, hoc me-

meram Capituli laudabilem diligentiam ostendit, et nullam parit obligationem. Pari modo nihil sibi metuendum sustinet Capitulum ex observantia tum quia probatur ipsum nunquam suppeditasse eleemosynam pro Missis, tum quia excluditur illarum continuata celebratio,

Benedictus Giovannini Tenimenti Conductorem ante Gallicam invasionem per 14. Annorum spatium testatur, *che quando ho fatto celebrare la Messa l'ho fatta a mie spese senza aver mai avuto alcuno compenso dal Capitolo*, et in alia attestatione, quam una cum Antonio Garofoli idem Giovannini edidit ait = *cio è stata una mia devozione, e comodo, ed arbitrio, senza, che il sullodato Capitolo lo abbia neppur saputo*. Thomas vero Crespi alius Conductor ab invasione Gallica usque ad totum Annum 1816. asserit, *che davo l'elemosina, ed il Cavallo del mio senza verun' incomodo del Rmo Capitolo Padrone ec.*

Ratiocinator Capituli Franciscus Marini deponit, *che non esiste nei Libri Mastri di detto Capitolo presso di me esistenti da tempo antichissimo alcuna partita di pagamenti fatti per la limosina di Messe celebrate nella Cappelletta della Tenuta di S. Maria Nuova*, hoc est, *Fontignani*.

Acta vero visitationis ab Emo Rezzonico peractæ de Missa quidem loquuntur; at ne verbum quidem habent, ex quibus eruatur cujus sumptibus celebrabatur, et in posterum esset celebranda, quin immorandum sit in assertione unius Canonici, qui in actu visitationis dixit, *semper in ea Capella Festis diebus expensis Basilicæ celebrari Missam*, tum quia illius assertio pugnat contra facti veritatem, tum quia unicus ille Canonicus nequibat universo Capitulo præjudicium inferre.

At notandum prædictam Canonici declarationem spectare ad tempus antecedens Annum 1779., quo Cardinalis Rezzonico Sacram explevit Visitationem, depositiones vero Conductorum respicere novissima tempora.

Sed negat insuper Capitulum continuam consuetudinem in hac Capella singulis Festis diebus celebrandi. Ante Annum 1725. nulla erat Ecclesia in Tenimento Fontignani, quia antiqua, jam a pluribus annis diruta

erat. Hinc nulla celebrari poterat Missa. Postea vero affert Capitulum attestationes plurium Conductorum, qui novissimis temporibus locationis titulo latifundium Fontignani retinuerant, qui referunt *vel* nunquam fuisse celebratam Missam in Sacra Aedicula, *vel* ex mera liberali devotione ipsorum Conductorum absque ullo Capituli sumptu, *vel* demum, Colonos ejusdem latifundii diebus Festis pro audiendo Sacro ad Ecclesias *di Malagrotta* = vel = *della Maglianella* accessisse. Inter hos Conductores adnumeratur Benedictus Giovannini qui fuit in locatione ab anno 1794. ad annum 1806. qui ita refert = *Non ha*
„ *mai il Reverendo Capitolo di S. Maria in Trastevere fatto celebrare la S. Messa nella Chiesa di detta*
„ *Tenuta, e non credo, che neppure la facesse celebrare nel tempo antecedente al mio affitto, per*
„ *quanto ho inteso dagli altri, e ciò perchè vi è la*
„ *Chiesa della Tenuta della Maglianella in distanza*
„ *di circa un miglio. e non più dalla Tenuta sudetta, di S. Maria Nuova, ove si dice la Messa tutte*
„ *le Feste. Che se qualche volta ho fatto io sottosc. celebrare la S. Messa nella detta Tenuta di S. Maria*
„ *Nuova, ciò è stata una mia devozione, e comodo,*
„ *ed arbitrio, senza che il sudetto Reverendo Capitolo lo abbia neppure saputo.* =

Ex hujusmodi attestationibus duplex mutuatur præsidium pro Capitulo, ut ab onere celebrationis Missæ eximatur. Etenim hinc exclusam putant eam continuam, et nunquam interruptam observantiam, quæ obligationem induceret, secus etiam a Lege, et a pacto. Quippe quia etiamsi probaretur aliquibus diebus Festis Missam fuisse celebratam, etiamsi constaret aliquando Capitulum eleemosynam subministrasse, res tamen esset de actibus mere facultativis, et adeo frequenter interruptis, ex quibus nulla observantia obligationem inducens constabiliri posset ad tradita per *Fagnan in Cap. cum ad Monasterium num.* 37. *de Statu Monac*: *Valen*: *de Eccl*: *discept*: 4. *num.* 119., et S. Congregatio *in Romana Legati* 19. *Januarii* 1788.

Aliud præsidium ex iisdem petitur, nimirum quod ex frequenti accessu ad Ecclesias = *di Malagrotta*, et = *del-*

= *della Maglianella* = excludatur necessitas celebrationis Missæ diebus Festis in Aedicula intra Latifundium posita. Ut vero Parochus Brunelli, et Benedictus Giovannini, qui deposuerant prædictam Aediculam per tria Millia passum distare a superius dictis Ecclesiis, insimul concilientur cum aliis Testibus, qui hanc distantiam ad mille tantum passus cohibent; sustinet Capitulum primos loquutos fuisse de ampliori, ac longiori via Consulari, vulgo = *Carrozzabile* = posteriores vero Testes de alia breviori via; per quam Pastores; et Agricolæ solent iter arripere, dum de loco ad locum transeunt; quemadmodum idem Giovannini nova attestatione declaravit. Hinc colligunt adeo modicam esse distantiam præsertim pro Ruriculis, et agrestibus hominibus, ut nequeat ex ea præconcepta necessitas sustineri. *Fagnan. in Cap. ad Audientiam: de Eccl. aedific. num.* 8. *S. Congregatio, in Lunen Sarzanen dismembrationis* 12. *Februarii* 1803.

At prætereundum non est, quoad exclusionem observantiæ ex actibus mere facultativis, quod ex supplici libello anno 1725. nomine Capituli exhibito cl. Mem: Card.Paulutio Episcopo Portuen et ex Actis S. Visitationis actæ de An. 1779. ab àlio Portuen Episcopo Card. Rezzonico colligitur, tum ante dictum an. 1725. tum postea celebratam diebus Festis Missam fuisse tum in veteri, tum in novo Oratorio Fontignani; unde induci posse videtur ex multiplici tot annorum celebratione veram obligationem quocumque ex titulo manantem, ut sæpe respondit S. Rota, ac præsertim *decis:* 102. *num.* 23. *part.* 10. *Recent. in decis:* 773. *num.* 16. *coram Molines, et in decis.* 99. *num.* 8. *coram Lancetta*.

Hisce in jure, et in facto præmissis pro utraque Parte, si Eñi PP. putaverint haud substineri R. P. D. Vicesgerentis decretum, nihil aliud erit inquirendum; at si e contra illud exequi mandare placuerit, tunc cujus sumptibus hæc Missa celebranda sit, remanet decernendum. Sanctionem Tridentinam retuli superius *in Sess.* 21. *Cap. de Reformat.* Cum ergo primum cogi debeant Rectores Parochialium ad tot sibi Sacerdotes adjungendos quot sufficiant divino cultui celebrando,

 hinc

hinc videtur, curam, et sumptum pro controversa Missa celebranda Parocho S. Mariæ de Monte Carmelo, intra cujus fines Fontignani Capella continetur, injungendum esse. Capitulum vero non nisi ad Ecclesiæ manutentionem, et suppellectilia præstanda adigi posse, et licet sit hujus Capellæ Patronus, tamen cum nullos ex ea fructus percipiat ad nihil aliud teneri.

E contra onus celebrare faciendi Missam ad Capitulum Ecclesiæ Patronum spectare argumentari posse videtur, cum ab actibus S. Visitationis anni 1779. constet, ipsum fuisse in exercitio juris eligendi Capellanum. In iis enim actibus ita decretum fuit ab Episcopo visitante = *Dominus Patronus Ecclesiae si aliquam habuerit causam ipsum D. Capellanum removendi, nobis denuntiare non aegre ferat, et nonnisi consultis nobis alium valeat deputare. Dictus D. Patronus Festum S. Titularis aliquo modo solemnizare faciat.* Additur postea = *Rev. Capellanus utpote infirmus non accessit, ejusque visitatio personalis non fuit proinde facta; ex dicto Canonico* (nimirum S. Mariæ Transtyberim) *caeteroquin relatum fuit, singulis diebus festis accedere ab Urbe aliquem Sacerdotem expensis ejus Basilicae Missam pro Colonorum Tenutae commodo celebraturum.*

Vestrum nunc erit EE. PP. dirimere sequentia

Dubia

I. *An sustineatur Decretum R.P.D. Vicesgerentis quoad celebrationem Missae in Ecclesia Rurali Fontignani omnibus diebus Festis de praecepto a Mense Octobris ad totum Mensem Junii in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et cujus sumptibus haec Missa celebranda sit, in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus, et ad formam decreti S. Visitationis anni 1779.

Ad II. Affirmative sumptibus Capituli.

FIR-

FIRMANA ERECTIONIS PARAECIAE. Ut novæ Paræciæ erectio, et ab unica Actuali dismembratio quas usque ab anno 1768. Cl. Me. Cardinalis Paraccia-no præmeditaverat, in oppido Massineani Firmanæ Archidioeceseos, ad effectum perducerentur, actum concordi studio est inter illius Oppidi Deputatos, et unicum actualem Parochum Sacerdotem Antonium Laurenti. Causæ, quæ suadere ipsis videbantur dismembrationem, et erectionem, erant auctus nimium Fidelium numerus in unica Paræcia, quæ extra oppidum ad tria milliaria protenditur, viarum hyberno præsertim tempore asperitas ob Flumen, ac Torrentes, quibus intersecantur; lamentabilis experientia, quod plures ex Paræcianis in novissima epidemia sine sacramentis decesserint. *Sess. 21 Cap. 4. De Reform.*

Summa vero conditionum communi placito conventarum exhibet folium tum a Parocho, tum a Deputatis obsignatum, quarum præcipua capita hæc sunt = *La nuova Parrocchia da eriggersi nella Chiesa suburbana ora della Madonna della Misericordia Benefizio semplice goduto dal Sig. D. Lorenzo Cirocchi, che presta il suo assenso = Questa Chiesa ora in pessimo stato dovrà restaurarsi a seconda della Perizia principalmente col materiale della Chiesa di S. Gervasio pericolante =*

La nuova Parrocchia avrà per mensa tutti i Beni spettanti al Beneficio di S. Giuliana goduti dall' Emo Cardinal Spinucci, e ciò dopo la sua morte, come al consenso, e quelli spettanti al Beneficio de' SS. Pietro, ed Antonio di Padova goduti da Monsignor Giovanni Merli: e sempre dopo la sua morte, come al suo consenso =

Fruttando questi due Beneficj circa sc. 135. *dovrà dimandarsi al S. Padre la concessione delle decime ora percette dal Beneficio di S. Quirico goduto dal Sig. Nicola Augusti del fruttato di sc.* 15. *che presta il suo consenso, ed una pensione annua di scudi* 20. *sul Beneficio de SS. Felice, ed Adaucto goduto dall'Emo Sig. Card. Riganti, che ha creduto annuire anche sua vita naturale durante =*

Sarà tenuto il nuovo Parroco alla manutenzione di tutto il corpo della Chiesa, tranne gli altari Laterali, che do-

dovranno mantenersi dai rispettivi Altaristi, e di tenere un Coadjutore per il bene spirituale. Oltre la Messa pro Populo dovrà anche sodisfare tre officiature infisse al detto Beneficio de SS. Pietro, ed Antonio, e Messe due Lette, ed una Cantata annesse al Beneficio di S. Giuliana =

Al Priore attuale diasi in compenso il diritto delle decimazioni, che ha il Beneficio imploratō di S. Giuliana per le perdite degli utili della stola provenienti dalle Famiglie, che passano sotto la nuova cura, e per la perdita di varie decimazioni, che cede alla nuova Parrocchia.

Per accudire alle spese occorrenti alla ristaurazione della nuova Chiesa, fornimento di Sagrestia, e nuova abitazione del Pievano, si supplicherà il S. Padre di far rimaner sospesa la collazione della Pievania per un triennio, restando in questo frattempo le rendite del Beneficio de SS. Pietro, ed Antonio sotto l' Amministraziane di probe Persone da deputarsi dall' Emo Card. Arcivescovo senza alcun pregiudizio degli oblighî delle Messe come sopra annessi alli stessi Benefizj.

Post hæc statuti sunt certi fines tum actualis, tum erigendæ Paræciæ, ac præscripta est methodus servanda tum in Sacris Functionibus in una, alteraque Paræciali Ecclesia peragendis, tum in publicis supplicationibus, ne ullum unquam inter Parochos oriretur dissidium, quæ ne nimius sim, haud singillatim referam.

Rebus ita inter se compositis preces SSmo dederunt, ut Apostolica Auctoritate, quæ inter se convenerant, firmarentur. Rogatus Emus Archiepiscopus, ut de omnibus distincte referret, ac votum suum aperiret, hæc habet in sua informatione = Non utilitas „ modo, sed spiritualis ejusdem populi necessitas hu„ jusmodi erectionem expostulat, cum et animarum „ ejusdem Castri numerus ad mille, et quingentas as„ cendat, eæque Territorium incolant ad tria millia „ passuum extensum, supra modum asperum, flumi„ ne intersectum, variisque torrentibus disseminatum. „ Unicus, qui populo universo præest Parochus obli„ gationi utique satisfecit, quæ sibi ex Decreto cl.me. „ Cardinalis Paracciani mei Prædecessoris incumbit;

Cap-

„ Capellanum scilicet retinendi , cujus opera in suæ „ Paræciæ assistentia , et gubernio adjuvetur ; at expe- „ rientia duce compertum est hoc ipsum adjumentum „ impar omnino esse Parochianorum necessitatibus exa- „ cte occurrendo.
„ Ad eumdem porro Parochum pertinet , uti Rectorem, „ manutentio fatiscentis Ecclesiæ Deo Sacræ in honorem „ S. Gervasii , verum si exigui Paræciæ suæ redditus „ inspiciantur fatendum est minime eumdem posse ne- „ cessariæ instaurationi suis sumptibus providere. Pro- „ posita aliunde ejusdem Ecclesiæ demolitio nec popu- „ li ullatenus afficeret commoditati , et modum uti- „ lem atque unicum suppeditaret , quo alia suburba- „ na , et a Castro minus distans Ecclesia refici posset „ sub invocatione Sanctæ Mariæ de Misericordia , in „ qua nova Paræcia esset instituenda.
„ Omnes interim et singuli interesse habentes, præsertim „ vero actualis Massineani Parochus, uti etiam Rector „ Ecclesiæ Sancti Gervasii , aliusque Rector memora- „ tæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Misericordia consensum „ suum jam alias præstitum , et Sacræ isti Congrega- „ tioni oblatum , iterum requisiti ratum habuerunt , et „ libentissime confirmarunt.
„ Superest ut de conditionibus dicam , quæ inter Paro- „ chum actualem , et Oratores statutæ sunt, quarum „ sane nullam reprobandam censerem cum omnes æ- „ quitati congruere videantur , præcipue vero illa , quæ „ de decimis ad Beneficium S.Julianæ pertinentibus in „ actualem Parochum transferendis agit , non modo ut „ rationabilem ita obtineat compensationem dismem- „ brationum , quibus intuitu novæ Paræciæ sese ultro „ subjecit , verum etiam , ut adjecto aliqua fiat exiguis „ redditibus Paræciæ suæ , intra cujus fines decimæ ipsæ „ sunt exigendæ.
„ Meam denique sententiam aperiens erectionem novæ „ Paræciæ , inspectis rationum momentis , quæ sub ini- „ tio hujusmet relationis recensivi , a Sacra ista Con- „ gregatione Spirituali Populi utilitati atque necessitati „ concedendam esse censerem.
Ne quid in re tanti momenti deesset , audiendos putavi Ministros Datariæ Apostolicæ cum tota novæ erigendæ Paræciæ moles super unione simplicium Be-
ne-

beneficiorum construeretur. Nihil ipsi opposuerunt quoad prædictam unionem, sed id unum addiderunt, ut = *quoties S. Concilii Congregatio precibus praefatis annuendum arbitretur; addicenda esset = cum expeditione literarum Apostolicarum. Haec, non quod S. Congregationem lateant, sed ut Administri Apostolicae Datariae requisiti sensum suum aperirent, dicenda erant.* =

Sacra hæc Congregatio jussa, et rationabili concurrente causa Parochiarum dismembrationem, et novæ erectionem sæpe concessit: ut in *Aquen. dismemb.* 13. *Julii* 1720. *In Imolen. dismemb.* 8. *Junii* 1720, *In Asculana dismemb.* 15. *Decembris* 1719 Præcipua vero causa, ad suadendam novæ Paræciæ erectionem est magna difficultas, seu magnum incommodum Parochianorum adeundi Ecclesiam matricem ad percipienda Sacramenta, et divina officia audienda, quo quidem in casu statuit Sacrosancta Tridentina Synodus, ut = *Episcopi novas Paraecias, etiam invitis Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandri III., quae incipit ad audientiam, constituere possint = Sess.* 21. *Cap.* 4. *de Reform.*

Nec requiritur, ut Parochiani aliquando decesserint sine Sacramentis; sed satis est ad validitatem erectionis, ut immineat periculum, ne sic decedant: neque hujusmodi eventus est expectandus, quin potius præveniendus ne contingat, cum satius sit occurrere in tempore quam post exitum vindicare, seu post vulneratam causam remedium quærere, ut ait *Fagnanus in III. libr. decret. de Eccles. edific. num.*16.

Porro hanc difficultatem adeundi Ecclesiam et periculum absque Sacramentis decedendi in casu concurrere exponunt Oratores, et confirmat Emus Archiepiscopus ob viarum distantiam, et asperitatem præsertim hyberno tempore, tum etiam ob Flumen, et Torrentes, quibus via ipsa intersecatur. Sed addunt non agi tantum de possibili amovendo periculo, sed reapse infelici experimento jam contigisse, ut plures ex Parochianis sine ullo Ecclesiastico subsidio decesserint. Hisce in casibus solet S. Congregatio propositas probare dismembrationes Paræciarum, ut præ-

præsertim *in Firmana* 15. *Martii* 1783. *et in Lunen. Sarzanen, Dismembrationis* 12. *Iulii* 1817.

erum non ita facile dismembrationi est annuendum, si alio modo Populi necessitati provideri possit. Hinc quoties satis consultum esset Sacramentorum administrationi, et adimplemento præcepti de audiendo Sacro per deputationem Sacerdotis auxiliaris, vel vice Parochi; toties Sacra Congregatio dismembrationem fieri negavit, ut *in Cassanen. dismembrationis* 17. *Decembris* 1740. *in Aquilana Dismembrationis* 8. *Februarii* 1744., *et in Ravennaten. Dismembrationis* 5. *Augusti* 1783.

ideant ergo EE. Patres, an in præsenti casu satis provisum sit, si restituatur Cappellanus in matricis Ecclesiæ adjutorium, ad nutum amovibilis, ab Ordinario approbatus illa in Capella aut suburbana Ecclesia, quæ opportunior Populi commodo videatur, quippe Sacramenta administret illis, qui extra Castrum degunt, et ad quos non potest commode, ac faciliter Parochus accedere: præsertim cum in Territorio Massineani jam adsint Capellæ extra Castrum ædificatæ, eæque tantum instauratione indigeant; nec prætereundum est, quod cum obventio nulla ex actuali Paræcia novo assignari possit Parocho, ad novam erigendam Parrochiam tot supprimi oporteret beneficia; cum e contra facilius pateat via ad constitutionem novi Sacerdotis deputandi.

lanc sane elegit viam Cl. Me. Archiepiscopus Card. Paracciani, qui in S. Visitatione peracta anno 1768. in Oppido Massineani ita decrevit = *Cum ea sit conditio hujusce Castri ut licet abundet incolis, et Territorialibus usque ad numerum* 1300. *animarum; attamen unicus Parochus in eodem reperiatur, qui vix ipsorum indigentiis Spiritualibus succurrere potest; ideo Emus Dominus reservata sibi facultate opportune super hoc providendi etiam mediante erectione alterius Paraeciae, et applicatione alicujus Beneficii, mandavit interim per eumdem Priorem eligi, et deputari intra terminum trium Mensium unum Cappellanum Curatum, seu Coadjutorem ab eodem Emo Domino approbandum, statuta eidem congrua, et decenti mercede* =

At vero aucto postmodum animarum numero, auctisque proinde illarum necessitatibus, modernus Emus Archiepiscopus dum refert ab actuali Priore retentum fuisse Cappellanum juxta superius relatum Decretum, addit = *Sed hoc adjumentum experientia duce compertum est impar omnino esse Parochianorum necessitatibus exacte occurrendo.* =

His expositis dignentur Emi Patres dirimere,

Dubia

I. *An et quomodo sit locus dismembrationi Parochialis Ecclesiae in Oppido Massineani, et erectioni novae Paraeciae extra Oppidum in Ecclesia S. Mariae de Misericordia in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An, et quomodo sit providendum in casu etc.*

Dilata ad utrumque, et exquiratur nova informatio juxta mentem.

Sess. 25. Cap. 1. de Reform.

VERCELLEN EMPHYTEUSIS. Proposita hac causa sub duplici dubiorum formula in quorum primo de sanatione perpetuæ jam initæ emphyteusis, et concessione beneplaciti Apostolici disserebatur; in altero vero de absolutione a censuris, in quas contrahentes inciderant sermo erat; S. Congregatio ad diem 6. Martii proxime præteriti primi dubii = *An et quomodo sit locus Sanationi Contractus, et Beneplacito Apostolico in casu etc.* = definitionem differens respondit = *Dilata, et scribatur Archiepiscopo ad mentem* = Mens erat, ut Archiepiscopus curaret perpetuam Emphyteusim reduci ad tertiam generationem tantum, et per Emphyteutam assumi omnia onera imposita, et imponenda (quæ ex annuo Canone demenda esse conventum fuerat,) facta etiam, si necessaria esset, aliqua canonis diminutione, et referret præterea utrum in Peritia transmissa facta fuisset detractio onerum =.

Ad

Ad primum postulatum ita respondit Archiepiscopus
„ Liquido nobis constitit, et constat onera omnia
„ cujuscumque generis vectigalium sive præsentia,
„ sive futura imposita fuisse Dominis Emphyteutis
„ ita, ut summa *Luigi* 24. solvi in integrum quo-
„ tannis debeat Directoriis sive Beneficiis pro tem-
„ pore provisis; neque obstant nonnullæ *anticipa-*
„ *tionis* clausulæ; hæ quippe ad temporum cir-
„ cumstantias, idest ad præsumptas possibiles Gu-
„ bernii Gallici exactiones tantummodo refereban-
„ tur „ Ut tutius tamen EE. PP. rem definiant addam quod in Istrumento cautum fuit pacto secundo = *All' epoca del pagamento delle rate della sud, annualità convenuta* (scilicet *Luigi* 24.) *sulli Beni predetti si riterranno come danaro contante, e saranno nella rata maturata abbonate alli Signori Gauttieri le Somme dell' ammontare di ogni quietanza per imposte, taglie, carichi, o riquisizioni, che sarà stata spedita dai requisitori, o Delegati alle loro esigenze, a scarico dei medesimi beni* = Sequentique pacto cavetur, ne Canonis diminutio ultra quartam partem videlicet *Luigi* 18. unquam fieri possit. Quæ cum ita sint ex Instrumenti littera Eminentissimorum PP. erit eas præscribere clausulas quatenus emphyteusis sanationem indulgendam censeant, ut sequiori ævo nihil detrimenti vi eorum pactorum pati possit Beneficium a posteris Emphyteutarum, qui forsan instrumento innixi contendere poterunt ut vectigalia, oneraque alia ex canone demantur.

Ad cætera, de quibus fuerat requisitus, hæc habet idem Metropolitanus „ Constitit qualiter Oratores Signoris
„ Berzetti, et Buronzo ante Beneplaciti Apostolici,
„ sive sanctionis concessionem ad contractum de-
„ venisse momentosis adductos causis, quia scilicet
„ cum Domini Gauttieri, qui totius fere Casalis-
„ beltrami Territorii dominium habent, civili ob-
„ tenta facultate aquæductus construendi, a quibus
„ plures e viginti quinque beneficii terrulis inter-
„ secari necesse debebant, transitum per eas condi-
„ tionibus Beneficiario iniquis contenderent, quia
„ ob tempora Ecclesiæ infensa easdem declinare pos-

„ se Beneficiarius, vel Patroni sperarent, lite jam „ constituta, suspensisque conventi fictus solutioni- „ bus ad Emphyteusis perpetuæ propositiones acce- „ dere illico debuerunt, tamquam ad unicum, quod „ supererat, medium curandæ imo promovendæ Be- „ neficii, ejusque Possessorum pro tempore, utilita- „ tis: plurimum quippe DD. Gauttieriorum tunc tem- „ poris intererat opus suum urgere, omnes dilationis „ causas removere, pretioque vel summo, atque, „ ut ajunt, *affectionis* terrulas Beneficii habere; ex „ alia vero parte nullus tunc temporis (anno 1811.) „ ad S. Sedem recursus patebat, erga quam tamen, „ quod tunc poterant, obsequium, atque obedien- „ tiam luculentissime demonstrarunt Oratores onc- „ rantes DD. Emphyteutas Gauttierios et omnia „ sumptibus suis peragendi, quæ pro facultatibus „ ab Ecclesiastica Civilique auctoritate, vulgo *auto-* „ *rizationibus* obtinendis, necessaria forent.

„ Constitit 3.° Summam *Luigi* 24 habita etiam ratio- „ ne onerum emphyteutis impositorum æquiparare „ posse duplo, et amplius, fructibus præcedentium „ locationum, exceptaque circumstantia constru- „ ctionis prædicti aquæductus, numquam speran- „ dam: ac proinde Beneficii utilitatem, nedum evi- „ denter, sed et evidentissime adesse. Hinc licet DD. „ Gauttieri prædicti admittere vellent reductionem „ emphyteusis ad tres generationes Beneficio, et Be- „ neficiariis, seu Capellanis id minime conveniret. „ Cum enim per aquæductum plures Beneficii ter- „ rulæ intersecatæ fuerint, atque deterioris evaserint „ conditionis timendum videtur ne tertiam post ge- „ nerationem summa valde inferior proponatur, quin „ solum per aquæductum occupatum juxta vigen- „ tes civiles constitutiones recuperari possit.

„ Post hæc censet Archiepiscopus utiliorem fore Be- „ neficio propositam petitamque Emphyteusim per- „ petuam, contractusque Pontificia auctoritate *Sa-* „ *nationem* retentis conditionibus in relatione præ- „ cedenti contentis, si tamen ita videbitur Sanctita- „ ti suæ, atque EE. VV. RR., quarum luminibus, „ sapientiæque has quæcumque sint, observationes „ suas reverenter subjicere gloriatur „.

Cum

Cum vero tum conditiones, quas hic citat Archiepiscopus, sive aliæ sive juris, tum facti observationes in folio diei 13. Februarii, in quo hæc relata fuit causa contineantur, EE. VV. illum reassumere precor, ut respondere possint.

Dubio

An et quomodo sit locus sanationi Contractus, et Beneplacito Apostolico in casu etc.

Affirmative stipulato novo Instrumento demptis articulis 2., et 3. et adjecto pacto, ut canon quotannis solvi debeat in *Luigi* 24. liber, et immunis, ab omnibus oneribus impositis, et imponendis insertis in dicto Instrumento mappa, et descriptione confinium, et cum solitis clausulis, et ad D. Secretarium cum SSmo per Bullas.

NULLIUS SUBLACEN. Sacerdos Carolus Cecconi Oppidi Trevi Sublacen Collegiatæ Ecclesiæ Canonicus præter Canonicalem Præbendam, præter Capellaniam quamdam titulo S. Dominici vi activi, passivique juris Patronatus Apostolicis Bullis sibi collatam, aliam, atque aliam obtinet Capellaniam, quarum una S. Caroli, altera S. Francisci nuncupantur, utræque vero Juris Patronatus Familiæ Cecconiæ. Timens SS. Canonum censuras contra Beneficiorum pluralitatem licet Capellanias S. Caroli, et S. Francisci inter simplicia Pia Legata adnumerandas esse censeret, attamen ut suæ consuleret conscientiæ, postulavit a S. Congregatione ut declaretur = *Se realmente alle medesime Cappellanie competa la qualifica di Beneficj Ecclesiastici incompatibili a possedersi da chi ne gode già altri due.* = *Sess. 7. Cap. 2. et 4. Sess. 24. Cap. 17. de Reform*

Preces remissæ fuerunt Emo Abbati, ut transmissa fundatione Capellaniarum S. Caroli, et S. Francisci, perquisitis libris, Tabellis, et SS. Visitationum decretis referet, an erectæ sint in titulum auctoritate ordinaria, de passiva Oratoris vocatione, de annuo redditu utriusque, et oneribus, nec non de annuo Redditu Canonicatus, comprehensis distributionibus, et alterius Capellaniæ S. Dominici, et utrum eorumdem

dem Beneficium Redditus sufficerent ad congruam Oratoris substentationem.

Hisce omnibus fuse, accuratissimeque respondit Emus Abbas, qui ea exhibens documenta, quæ in re a remotis petenda principiis erui potuerunt, ita retulit.

„ Quoad Capellaniam S. Caroli quemadmodum constat „ ex Inventario Anni 1696. erecta fuit die 27. Januarii Anni 1626. ab Olivante Cecconi, qui jussit „ Capellanum eligi amovibilem, atque ad nutum „ Masculorum domus Cecconiæ, quos Patronos vocavit, illumque eligendum esse ex proximioribus „ ipsius domus, in qua si Persona ad assequendam „ Capellaniam idonea non reperiretur, tunc voluit „ etiam extraneos, ab Ordinario tamen probandos, „ posse per Patronos nominari. Nullibi apparet Capellaniam hujusmodi erectam fuisse auctoritate Ordinarii. Onus habet duarum Missarum in singulas hebdomadas præter quatuor Missas infra Annum ex quodam Pio relicto Milani Milanesi. Fructus annui autem, habita ratione cujusdam augmenti triennio post ab ipso Olivante expleti modo minorem, modo majorem exhibent summam, „ sed in præsentia Instructissimorum hominum judicio, demptis Vectigalibus, et Altaris manutentione pertingunt ad scuta decemseptem circiter, „ ex quibus eleemosyna Missarum detracta in scut. „ 8. 40. supersunt Rectori libera a quocumque onere „ scuta 8. 60. circiter. Genseo autem Capellaniam „ hanc inter simplicia Legata Pia esse referendam, „ nam neque ex enunciativis, quæ adsunt in Actis „ Visitationis, neque ex aliis Monumentis potuit probari intervenisse in fundatione auctoritatem Ordinarii, quæ cœteroquin præsumi in themate nequit „ quia Capellani ad nutum amovibiles, ut plurimum „ instituuntur absque Episcopi auctoritate, neque in „ bonis spiritualibus ponuntur, sed pro salariis, et „ stipendiis habentur; in quam sententiam eo pronius eundum censeo, quod auditis interesse habentibus compertum est ejusmodi esse ultimum „ Capellaniæ statum, ut Canonica Institutio numquam „ intervenerit, imo jam inde Anno 1762. cum Sublacensis Abatia a Cl. Mem. Emi Banchieri obtine-

„ batur = *fu da esso rilevato non richiedersi pel con-*
„ *seguimento dello Cappellania di S. Carlo la spedi-*
„ *zione delle Bolle per esser questa Laicale , ed amo-*
„ *vibile ad Nutum*. Quod confirmatur etiam ex eo
„ quod Capellanus nunquam persolvit datium , quod
„ dicitur di *Spoglj* , *e Galere* , quod omnibus Eccle-
„ siasticorum Beneficiorum Rectoribus in eadem Diœ-
„ cesi persolvitur. Sane hæc omnia simul sumpta
„ evidentissimam suppeditant probationem de Laicali
„ hujus Capellæ qualitate.

„ Quoad Capellaniam S. Francisci detegi non potuit In-
„ strumentum fundationis , sed ex Tabella , et enun-
„ ciativis emissis in Visitationibus Annorum 1646.,
„ 1673. patet fundatam illam esse, atque dotatam
„ nonnullorum prædiorum traditione a quodam Pom-
„ ponio Sanesi : Habet onus triginta Missarum ex Re-
„ ductione obtenta (prout traditum est) Anno 1765.
„ fructus autem, qui annuatim ex connumeratis re-
„ deunt prædiolis judicio eorum, qui substantiam
„ istam probe callent, summam Scut. circiter de-
„ cem coæquant, ex qua summa detracto vectiga-
„ lium onere, et Missarum eleemosyna supersunt Ca-
„ pellano circiter Scuta quatuor. De qualitate hujus-
„ modi Capellaniæ idem prorsus est dicendum , quod
„ in ea S. Caroli exposui. Innotescere enim non po-
„ tuit ordinariam auctoritatem intervenisse, ita ut
„ inter Pia Legata sit procul dubio recensenda. Ob-
„ tinet Capellaniæ substantiam Familia Cecconi, quæ
„ hæres universalis fuit a Fundatore instituta, quæ-
„ que oneribus Missarum ope Caroli Oratoris in præ-
„ senti satisfacit.

„ Quoad Capellaniam S. Dominici, quamvis Instrumen-
„ tum fundationis desideretur nihilominus ex enun-
„ ciationibus Visitationum , ex ultimo statu Canonicæ
„ Institutionis habemus Beneficium esse Ecclesiasti-
„ cum. Erat de Jurepatronatus extinctæ Familiæ Au-
„ relii, in cujus jura Familiam Cecconi ajunt ex trien-
„ te successisse. Rector est hujus Beneficii idem Ora-
„ tor Cecconi; onus habet Missarum 55. in univer-
„ sum, nempe tres in singulos Menses ex primæva
„ lege fundationis, Sex annuas ex Pio Relicto quon-
„ dam Lucretiæ Aurelii, tresdecim ex Testamento
„ quon-

„ quondam D. Francisci Brunacci. Fructus coæquant „ summam scut. 50. circiter, ex quibus detractis ve„ ctigalibus, Missarumque eleemosyna, supersunt Re„ ctori scuta 35. circiter.

„ Habet præterea Orator Canonicatum in Collegiata Ec„ clesia S. Mariæ, ex quo redeunt scuta 50. circi„ ter, præter alia scuta decem incerta, cum one„ re centies in Anno celebrandi, nec non exhiben„ di tres Cerearum Candelarum libras in die Puri„ ficationis, et solvendi vectigalia ad scuta 9. 15. „ assurgentia.

„ Reditus horum Beneficiorum idonei mihi videntur „ ad congruam substentationem Oratoris „.

Vetat Sacrosancta Tridentina Synodus plurium Beneficiorum Ecclesiasticorum retentionem in *Sess.* 7. *cap.* 3. *et* 5. *et in Sess.* 24 *cap.* 17. *de Reform.* ut jam antea vetitum fuerat in *Extravagan. Execrabilis §. qui vero de Praebend. et a Conciliis Lateranensibus III., et IV.* At vero hæc sancita sunt quoad Beneficia vere Ecclesiastica, quæquæ inter se incompatibilia sint, vel quia requirunt personalem Residentiam, vel quia ex uno tantum Beneficio congrua substentatio percipi potest, vel quia Beneficia sint sub eodem tecto. Neque hujusmodi incompatibilitas oriri potest ex onere Missarum Beneficio simplici adnexo, nisi Fundator in erectione mandaverit, quod Beneficiatus per seipsum celebraret *Rota in Recent. decis.* 281. *num.* 10. *part.* 11.

Primum igitur inquirendum occurrit, an Capellaniæ, quæ ab Oratore una cum Præbenda Canonicali retinentur, sint vera Ecclesiastica Beneficia, sintque inter se incompatibilia. Porro ut Beneficium vere Ecclesiasticum dici queat, erigatur oportet auctoritate expressa Episcopi *Glossa in Clement. cap. 2. de decimis verb. Si Beneficiorum in fine. Cum commen. Barbosa Juris Eccles. Lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. *Rota decis.* 1. *num.* 24. *coram Buratt.* Requirunt enim omnes Canonicam erectionem, alia non sunt vera Beneficia Ecclesiastica *C. Nemo* 9. *de consecrat. dist.* 1. *S. Congregatio in Urbinaten. seu Arimin Capellaniae* 3. *Febr.* 1753. diceretur que simpliciter Pia donatio, vel pium Legatum, si forte

te pro Missis celebrandis, vel pro anniversario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum esset Rebuff. in Praxi tit. *quare Instituta sunt Beneficia num.* 10. *Barbosa loc. cit. num.* 16. *Lotter de Re Benef. lib.* 1. *quest.* 5. *num.* 56.

Nisi enim certo constet de erectione Capellaniæ auctoritate Ordinarii vel vere, vel saltem præsumptive, ipsa Capellania non Ecclesiastica, sed Laicalis dicenda est, etiamsi cætera concurrant, quæ naturæ Ecclesiasticæ Capellaniæ conveniant. *Piton. de controv. Patron. alleg.* 53. *per tot. Rota in Terraconen. Cappellaniae* 11. *Martii* 1748. §. 8. *cor. Cortada*, *et S. Congregatio in Firmana Capellaniae* 29. *Augusti* 1772.

Quoad Cappellaniam S. Caroli, et alteram S. Francisci, refert Eñus Abbas nullam unquam Ordinarii auctoritatem, nec in erectione, nec in successivis vacationibus intercessisse, unde juxta superius expositas Juris Canonici regulas, utramque Capellaniam inter Pia legata accenseri debere arbitratur.

Quoad Tertiam Capellaniam sub invocatione S. Dominici diversam sequitur sententiam laudatus Eñus Abbas: licet enim inter antiquitatis tenebras delitescat Fundationis instrumentum: *nihilominus*, ut ipse ait, *ex enunciativis visitationum*, *et ex ultimo statu Canonicae Institutionis habemus*, *Beneficium esse Ecclesiasticum*.

Ex ipsa Informatione superius relata habent EE. Patres reditum annuum uniuscujusque Beneficii, nec non et Canonicatus, unde judicare possint, an Orator congruam tantum substentationem ab iis percipiat, seu potius tanti sint redditus pro necessaria ipsius exhibitione exuberantes, ut valeant ex hoc ipso Beneficiorum incompatibilitatem inducere. Sane colligitur redditus deductis omnibus oneribus esse pro Capellania S. Caroli scut. 8. 60. pro altera Capellania S. Francisci scuta 4. pro tertia Capellania S. Dominici scuta 33. ac demum pro Canonicatu annua scuta sexaginta comprehensis distributionibus, quæ summa, si detrahantur onera Missarum centum, et oblationis ceræ, reducetur ad annua scuta 33. 80. Hinc du-

cto calculo omnes hujusce redditus simul juncti summam annuam constituunt scutorum 81. 40.

Quoad Oratoris congruam hæc habet Emus Abbas = „ Redditus horum Beneficiorum idonei mihi videntur ad congruam substentationem Oratoris Cecconi, „ et eo magis quia cum congrua stet loco alimentorum, quæ non in certa quantitate, sed pro diversis personarum circumstantiis suppeditantur, in comperto est eumdem Oratorem etiam aliunde non „ exigua potiri ad vitam tollerandam substantia, „ quam habet partim ex ejus amitæ Legato, partim „ ex hæreditate Patris, partim tandem ex Maternæ „ dotis administratione, cujus fructus, præter id „ quod ad ipsius Matris exhibitionem est necessarium; „ in plenam ejus veniunt potestatem:

Dubia proponuntur.

I. *An Capellaniae sub invocatione SS. Caroli, et Francisci sint Ecclesiasticae, seu potius Laicales, vel pia Legata in casu etc.*

II. *An tertia Capellania S. Dominici sit pariter Ecclesiastica, vel Laicalis in casu etc.*

III. *An, et quomodo constet de earum incompatibilitate cum Canonicatu in casu etc.*

Et quatenus affirmative

IV. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 24. Cap. 12. de Reform.
Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

ALATRINA TRANSLATIONIS, ET PERMUTATIONIS. Antequam Angela Valeri Loci *Vico* Alatrinæ Diœcesis ad secundas nuptias convolaret, fœdusque conjugale iniret cum Nicolao Antonucci ejusdem Oppidi Laicalem in Ecclesia Parochiali S. Mariæ *Del Rosario* fundavit sub invocatione Sanctarum Martæ, et Magdalenæ Capellam, ac Capellaniam intuitu se-

cun-

cundi hujusce ineundi Matrimonii, ut ita ostenderet = *L' amore, che ha verso il Sig. Niccola Sposo, e tutta la sua Casa, e famiglia Antonucci di Vico*, ceu in fundationis Instrumento legitur. In hoc pro Dote Capellæ, et Capellaniæ assignavit *tutti, e singoli beni stabili solamente ereditarj del qu. Giovanni Camillo Valerj suo Padre, Erminia sua Madre, e Salvatore suo Zio*, quorum tamen usumfructum donec viveret sibi retinuit; post suam vero mortem legavit suo viro Nicolao Antonucci, hujusque fratribus Ignatio, Carolo, et Jacobo, eorumque ex linea masculina descendentibus. Quatenus autem et Linea Antonucci deficeret ad jus hoc passivum vocavit *i parenti prossimi de' medesimi Antonucci*. Bona isthæc ceu *Catastralis*, ut ajunt, Regestri fides pandit summam constituebant scutorum 56. 68. At in Peritia ab Agrimensoribus paucis abhinc mensibus jussu S. Congregationis exarata valor in scutis 321. 50. redditus vero in scutis 18. 9. constituitur. De oneribus vero sermonem instituens hæc habet = *Solo siano tenuti alli pesi suddetti di una Messa solamente il Mese*, (quam et per extraneos Capellanos adimpleri permisit) *e mantenimento di detta Cappella, e Quadro da farsi per la medesima coll' Invocazione, ed Effigie di dette SS. Marta, e Maddalena*, = nec non sacrarum suppellectilium pro Missarum celebratione illis onus imposuit. Ex fundationis Instrumento anno 1733. conscripto hæc omnia patent. Verum cum Nicolaus, et Carolus masculis quos adeo enixe fundatrix Angela preoptaverat, carerent Matrimonii causa nominarunt filiam, ac respective neptem Elisabeth Antonucci una cum viro Josepho Tomeucci Privernensis civitatis.

Sed plures obortas deinceps fuisse quæstiones inter conjuges Tomeucci ex una parte, et Angelam Antonucci nuptam Benassi, et Margharitam Antonucci desponsatam Bragaloni Sorores Elisabeth, quæ contra Conjuges jus sibi ad bona Capellaniæ quæsitum asserebant, patet ex Transactione inita die 14. Martii anni 1792. Hac plura bona conjuges Tomeucci cesserunt Sororibus Antonucci; atque hic animadvertendum est ex notula bonorum, quæ erant Cap-

 pella-

pellaniæ obnoxia, quæque ex *Catastrali Regestro* excripta summam constituebant scutorum 56.68. septem prædiola cessa fuisse Magdalenæ Antonucci Bragaloni; ex Transactionis vero copia præter domum decem prædiola cessa fuisse. Illud tamen certum videtur fere omnia bona a conjugibus Tomeucci cessa fuisse sive Magdalenæ Antonucci Bragaloni, sive Angelæ Antonucci Benassi. Compertum autem, exploratumque est Conjuges Tomeucci sibi servasse Capellam erigendam, Missasque celebrandas. In primo enim Concordiæ capite ita legitur = *Riserbandosi però detti Signori Tomeucci la Cappella da erigersi nella Chiesa rurale di S. Maria del Rosario posta in questa terra, e come ancora le Messe, le quali devono sodisfarsi per tale erezione, si obligano essi Signori Tomeucci Conjugi, e suoi ec. sodisfare a proprie spese ed interesse* =. Constat præterea in facto Capellam a fundatrice Angela Valerj præscriptam numquam extructam fuisse = *a cagione*, = ut ajunt conjuges Tomeucci, *della tenuità de' Fondi, ne anche sufficienti colla vendita di detti beni*.

Rebus ita compositis suos Privernium transtulerunt Lares Elisabeth Antonucci, et Joseph Tomeucci, reique familiaris causa excogitarunt alienare omnia bona sive hæreditaria, sive dotalia quæ in Oppido *Vici* possident; summamque ex venditione retrahendam impendere Priverni in emptionem bonorum defuncti Marchionis Mosca Pisauriensis. Inter bona alienanda etiam ea, quæ Capellaniæ dotem constituunt, recensentur. Haud itaque immemores hypothecæ bonorum Legatis piis obnoxiorum, quæ in tertios, extraneosque possessores transit, petunt a S. Congregatione, ut ipsis facultas fiat bona, quæ *Vici* extant libere alienandi, ac vicissim subrogandi ex acquirendis bonis ad hæreditatem Mosca spectantibus vel unum, vel plura prædia, prout æquum EE. PP. videbitur, pro dote Capellaniæ: cumque præterea Capella a Fundatrice præscripta ob fundorum tenuitatem numquam fuerit erecta, postulant, ut celebratio Missarum ex Ecclesia S. Mariæ Rosarii oppidi *Vici* transferri possit ad alterutram ex Capellis jurispatronatus Familiæ Tomeucci Privernii existentibus, quarum

rum una extructa est in Cathedrali Ecclesia sub invocatione B. Mariæ V. Lauretanæ, altera in Collegiata sub titulo SS. Petri, et Pauli.

Interrogatus Alatrinus Episcopus de valore, et annuo redditu bonorum Capellaniæ, de eorum libertate, et utrum translatione Capellaniæ divino Cultui præjudicium inferretur, transmisit Peritiam Agrimensorum, in qua, ut supra innui, bona Capellaniæ obnoxia quoad valorem computantur in scutis 321. 50, reddere autem dicuntur annua scuta 18.9. De interesse ad eam habentibus loquens, hæc pandit = *Animadvertendum autprimo est, quod licet neminem in hoc negotio interresse habere asseret idem Tomeucci, insurrexit tamen Canonicus Placidus Bragalone dictae Terrae adversus eum in Curia ad hanc ipsam Capellaniam nondum caeteroquin erectam, nescio quod jus portendens, cui excludendo idem Tomeucci adnexam opponit Transactionem* =. De hac transactione superius sermonem institui dum retuli concordiam initam inter familiam Tomeucci, et Margaritam Antonucci, quæ per nuptias domum Bragaloni ingressa erat. De divini cultus præjudicio hæc habet præfatus Antistes. = *Hujusmodi translatio nihil, aut parum cultui Ecclesiae, aut populi commodo obfutura erit, cum in casu agatur de unica tantum Missa pro quolibet Mense* =, ac folium a Parocho Ecclesiæ S. Mariæ Rosarii conscriptum transmisit, quo ille translationi suum præbet assensum. Cum vero de libertate, valore, et redditu bonorum subrogandorum nihil referre posset Alatrinus Præsul, quia in Territorio Privernii sita sunt, et ab Emo Card. Albani administrentur, Oratoribus injunctum fuit, ut hæc omnia Sac. Congregationem docerent. Ex catastrali fide, quam exhibuere, patet bonorum Marchionis Mosca valorem esse scutor. 3550. horum libertatem ex eo probarunt, quod nulla hypothecaria inscriptio super bonis Marchionis Mosca reperiatur in Regestris hypothecarum Velitris existentibus. Hisce in facto prænotatis sub triplici dubiorum formula rem omnem complectar.

Agitur in *primo Dubio* de permutatione concedenda. Nemini dubium inter bonorum alienationes lato modo

do sumptas recenseri permutationes. Sicut vero alienationes illæ prohibentur a pluribus Conciliorum decretis, et Sanctorum Pontificum Constitutionibus, nec nisi Ecclesiæ utilitate, et rationabili causa concurrentibus permittuntur ex *cap.* 1. *de reb. Eccl. non alienan. et Dec. cons.* 14. *num.*1. *vol.* 2., idem certe dicendum est de permutationibus. Jam vero rationabilis causa deduci potest ex domicilio Oratorum Privernii, et existentia bonorum *Vici*, in quorum proinde melioramentum ac culturam difficilius incumbere illi possunt. Videtur etiam non obstare testatricis voluntatem, quæ dum Capellaniam fundavit, voluit beneficium afferre, et suam dilectionem ostendere familiæ Antonucci, ex qua descendit Oratrix Elisabeth cui familiæ, ejusque proximis consanguineis, quod supererat celebrata unica Missa quolibet Mense ad rationem *di un giulio* addixit; quibus addendum est etiam legatum quoad substantiam non immutari. Exiguum, ac fere nullum afferri hac translatione divino cultui, et populi *Vici* præjudicium asseverat Episcopus Alatrinus assensumque præbet Parochus. Verum animadvertant EE. PP. ex eo quod non adsit Divini cultus, aut populi præjudicium, non inferri adesse Ecclesiæ, seu Capellaniæ evidentem utilitatem, quam requirunt semper *Lex Jubemus n. c. de Sacros Eccl. cap. fin. de reb. Eccl. non alien. Clement.*1., *et Extrav. Ambitiosae eod. tit.* Attamen notandum est etiam juxta varias circumstantias aliquando concessas a Sac. Congregatione ut in *S. Miniatis* 22. *Novembris* 1794., et aliquando etiam denegatas fuisse hujusmodi alienationes ut *in Firmana Venditionis Horti* 2. *Augusti* 1799. *et in Ariminen. venditionis* 15. *Septembris* 1792. *ad I. Dub.*

Quatenus autem concedendum esse censeant EE. PP. permutationem, de qua agitur, tunc modum definire debebunt. Etenim bona quæ Angela Valerj reliquit, pro dote Capellaniæ a Perito æstimantur in scutis 321. 50. subrogandorum vero valor est scut. 3550. Vestrum nunc erit definire in qua summa subroganda sint bona acquirenda. Atque hic est memoriæ revocandum plura bona ab Angela relicta cessa fuisse Margharitæ Bragaloni ad exortas dirimendas Lites;

Licet

Licet autem horum possessionem nacta fuerit familia Bragalone; Tomeucci tamen, ut permutationem facilius assequatur, paratus est super acquirendis bonis subrogationem ex integro peragere, in summa a S. Congregatione definienda.

De translatione Missarum sermo est in *secundo Dubio*. Dum adest incommodum populi, et divini cultus imminutio translatio denegari solet, ut docet *Pax. Jordan. vat. resolut. tom.1. Leg.4 tract.1. de Sacr. Miss. et peregit S. Congregatio in Firmana 3. Augusti* 1782. Porro in themate utrumque abest; verum adest Testatricis voluntas, quæ Missas celebrari voluit in Ecclesia S. Mariæ Rosarii. Ubi autem celebrari valet in loco, et Ecclesia designatis a fundatrici, denegatur Missarum Translatio, *S. Cong. in Usentina Celebrationis Missarum* 14. *Januarii* 1748. Verum enim vero habetur Ecclesia designata; sed Capella adhuc desideratur; hinc cum deficiat locus designatus, videant EE. PP. utrum indulgenda sit translatio, quæ justa concurrente causa concedi solet, ut docuit *S. Cong. in Assen.* 31. *Maii* 1794. Levius enim hæc est voluntatis fundatricis immutatio, ipsaque e converso idem Suffragium habet sive in una, sive in altera Ecclesia Sacrum peregatur, ut docet *Pasqualiq. de Sacrif. nov. leg. quaest.* 1149. *num.* 9. *et S. Cong. in cit. Usentina* 13. *Januarii* 1748.

Re huc perducta ex defectu Capellæ EE. PP. Sapientiæ, et justitiæ erit definire num potius sit præscribenda Capellæ erectio, quæ numquam fuit exequutioni data. Existunt prædia; Familia Tomeucci sibi assumpsit in stipulatione concordiæ onus extruendæ Capellæ, quodque testatricis voluntati consonum esset. Verum obest exiguitas reddituum, quos Peritus refert esse in annuis scutis 18. 9. ad jurisprudentiam EE. Patrum pertinet definire.

Dub. I. *An, et quomodo sit concedenda venditio bonorum Capellaniae SS. Mariae Magdalenae, et permutatio cum bonis acquirendis ex haereditate Mosca in casu etc.*

II. *An*

II. *An sit concedenda translatio Missarum in casu etc.*

Et quatenus negative.

III. *An, et quomodo sint cogendi Oratores ad extructionem Capellae in casu etc.*

Sess. 25. cap. 2. de Regularibus

ARIMINEN. Ex pecuniis, quas in Religioso deposito habebat Fr. Amadeus Baldini Ordinis Servorum B.M.V. Arimini in Conventu sui Ordinis vivens quinque Census, et parvam domum nomine Conventus acquisierat in Capitali circiter Scut. 360. et annui redditus Scut. 19. eaque post mortem erogari postulavit; et ex indulto S. Congregationis Episcoporum, et Regularium diei 16. Decembris 1796. obtinuit = *irrevocabilmente per la spesa da farsi ogni anno a solennizzare la Festa di S. Pellegrino Laziosi di maniera, che non sia mai lecito al P. Priore pro tempore, o ai Ministri del Convento il convertire, o divertire in tutto, o in parte i suddetti annui frutti, e molto meno il Capitale in altro qualunque uso, che nella spesa dell' esposta solennità.*

Ob notissimas, lacrymabilesque rerum publicarum vicissitudines Conventus omnes suppressi, et Regulares, et Monachi longe a Claustris aberrare coacti fuerunt; Conventus Ariminensis prima Gallorum invasione communi fato succubuit, ac vix illius Ecclesia pietate, et opera actualis Parochi S. Mariæ in Corte ejusdem Civitatis cujus Paræciæ intra fines comprehenditur divino Cultui, et Populi commoditati, bonoque spirituali aperta remansit. Nihilominus Sacerdos Baldini donec vitam duxit, solemnitatem, quam in honorem S. Pellegrini celebrare instituerat, quotannis religiosissime celebravit, in Ecclesia supressi Conventus Ari-

Ariminensis, et in Altare S. Peregrini Laziosi in eadem Ecclesia dicato; ac dein vita functo anno 1800 sui Nepotes prædictorum fundorum fructus perceperunt ad hanc usque diem, ac prædictum Festum celebrari curarunt, licet non eodem solemnitatis splendore, ob valde imminutos fundos, eorumque redditus.

Rebus inde pacatis nunquam redintegratus fuit Conventus Ariminensis. Hinc Vicarius Generalis Servorum B. M. Virginis S. hanc adiit Congregationem = *Non sapendo se nella sollennizzazione della Festa di S. Pellegrino debba succedere qualche Chiesa dell' Ordine, ovvero la Chiesa propria del Defonto, ove anche vivente soleva spendere per detta solennità, ora amministrata da un Paroco Secolare* = postulavitque, *un' opportuna dichiarazione, la quale all' Oratore sarà gratissima se decideranno a favore della Chiesa ora Parochiale di Rimino*.

Exquisivi hac de re Informationes, et Vota primum Procuratoris Generalis, dein Episcopi Ariminensis, ab iisque postulavi, ut audito Parocho et actuali Bonorum Possessore de viribus dicti Legati, illius annuo redditu referrent, deque consuetudine quoad præteritum Festi celebrandi præsertim post mortem Patris Baldini.

Episcopus, Parochus, et Bonorum Possessor Aloysius Baldini pii Institutoris P. Magistri Amidei Baldini Nepos, et hæres in eo sunt toti, ut demonstrent ex ipsius Institutoris declaratione, et facto satis constare illum voluisse Festum celebrari in Ecclesia Ariminensi. Hæc enim habet Episcopus.

Non mihi videtur posse ullo modo opponi, et dissentiri contra intentionem, et voluntatem defuncti Patris Amidei Baldini, qui ultra Legatum relictum Scutorum circiter quatuor centum, cum opportunis facultatibus erogandi annuatim in perpetuum correspectivos fructus in summa Scutorum circiter viginti pro celebranda Festivitate S. Peregrini Latiosi in hac sola Ecclesia sui Ordinis ad usum assignavit etiam dictae Ecclesiae Sacras Suppellectiles, quas ex aere proprio confecit . . . ex qua disposione clare eruitur intentio antedicti Patris Baldini, quae erat favore suae Ecclesiae, cui ego adhaereo.

Idem quoad Institutoris voluntatem recinit Parochus, idem Aloysius Baldini Nepos, et actualis superextantium piæ institutionis Bonorum Possessor, qui ad ea dictæ Ecclesiæ reddenda sese paratum exhibet, nec obstat Procurator Generalis Ordinis Servorum B.M.V. in hæc verba = *Verissime exponit Orator* (ait de Precibus Vicarii Generalis) *curam solemnitatis a defuncto P. Baldini ex Indulto S. Congregationis Episcoporum, et Regularium in perpetuum stabilitae, gravissimas difficultates in nos importaturam, si nostrae Religioni esset committenda. Praetermissa difficultate oriunda ex loci distantia, et aliis, duo ex quinque Censibus in sorte simul scut.* 115. *dicuntur extincti, et unus in sorte scut.* 35. *deperditus . . . . Perpendant quaeso Eminentiae Vestrae, si onus Festivitatis Sancti Peregrini cum suis fundis addicendum foret Religioni, quam operosum esset, ne dicam impossibile rem ad totalem exitum perducere* = quibus aliisque similibus expositis concludit omnium Seniorum Patrum, qui loco Definitorii modo non existentis fuere consulti, votum esse, ac sententiam, ut Festum S. Peregrini in ea Ecclesia, in qua hucusque celebratum est, applicatis ei fundis deinceps celebretur.

Ex adhuc expositis facti circumstantiis animadvertent profecto EE. PP. nullum jurgium ferendum, nullamque litem esse componendam, sed tantum esse declarandum ex juris dispositione, et juxta pii Institutoris voluntatem cuinam jus percipiendi fructus, et onus Festum celebrandi competat.

Quoad juris dispositionem videtur Bona suppressorum Conventuum, si illorum Ecclesiæ minime clausæ fuerint, aliis Conventibus alibi existentibus applicari non deberi. Conventus enim, et Monasteria fere omnia fundata, et dotata sunt ex erogationibus Fidelium pro Missis celebrandis, et Divinis officiis obeundis in eorum Ecclesiis, ut notat *Bellar. in Cap. per Principalem n. 93. vers. et maxime quia Bona 9. q. 3.* et post eum habet *Fagnanus in cap. Relatum 7. n. 17.* = Hinc subtraherentur Populis auxilia spiritualia, et Ecclesiæ cultu destitutæ remanerent, *ut in C. si quis vult. 16. q. 7. cap. et temporis in fin: 16. q. 1. Cap. estirpandae p.* quia vero *supra de Praebend.*, *et in* *Cle-*

Clement. Ne in Agra §. ad haec. vers. Monachis Locorum de Statu Monachi.

Ita decrevit Innocentius X. in *const: Insturandae*, quam idibus Octobris anni 1652. in lucem edidit: Supremus enim ille Pontifex cum regularem disciplinam pessundari animadvertisset, idque ex parvis religiosis domibus, parvisqua Conventibus, in quibus exiguus Monachorum, et Regularium numerus continebatur originem duci, parvas hasce domos, parvosque Conventus supprimi, ac deleri decrevit, et de eorum donis ita disposuit = *Donorum omnium ad Conventus sic suppressos quomodolibet pertinentium regimen, curam, Custodiam, administrationem suscipiant* (*Episcopi, et Locorum Ordinarii*) *curentque ut ex eorum redditibus, et Proventibus universis in primis, et ante omnia impleantur onera Missarum, et alia quaecumque, ex lege fundationis, aut largitione Fidelium vel alias quomodolibet eis incumbentia, quibus nullo modo derogare intendimus, et Ecclesiae debito non fraudentur servitio. Ceterum intendentes de praedictis Bonis quotquot superfluerint, oneribus ut supra detractis salubriter providere . . . Bona hujusmodi applicamus, et applicata esse volumus, decernimus, et declaramus piis usibus in eisdem locis ubi siti sunt Conventus, iisque non indigentibus in aliis locis ejusdem Dioecesis*. =

De voluntate autem Pii Institutoris favore Ecclesiæ suppressi Conventus Ariminensis testantur Episcopus, Parochus actualis Bonorum Possessor, et idem Procurator, et Vicarius Generalis Ordinis, uti jam supra retuli. Testantur denique et verba pii Institutoris, et facta, Ecclesiam enim Conventus Ariminensis præcipuo animi favore prosecutus est, in ea Altare honore S. Pereguini Laziosi fundavit, in eoque maxima, qua potuit, pompa Festum ejusdem annuo reddi u pii Legati quotannis celebrari jussit, et quousque vitam duxit, etiam post Conventuum suppressionem ipse celebravit.

Videant igitur Emi PP. an laudata Pontificia constitutio licet in alio casu edita, præsenti Casui aptari debeat, præsertim cum omnes interesse habentes in unum conveniant. Quod si placeat satisfactionem

Legati pii præscribere in Parochiali Ecclesia jam suppressi Conventus, eique addicere residualia Bona ejusdem Legati, inquirendum erit an aliquo modo providendum sit augumento eorumdem Bonorum. Si quidem nonnulli Census temporum calamitate sunt deperditi, vel extincti, insuper Censuum superextantium debitores præteritis anuis fructus in parte persolvere renuerunt, proponit hic Aloysius Baldini = *di erogare gli arretrati in rinvestimento di qualche parte di Capitale che si crede perduta, e l'annuo corrente fruttato nella Festa del Santo, non escusandosi l' esponente di esibire la nota di quel tanto, che dai debitori sudetti spontaneamente è stato portato in sue mani, e dell' impiego del ritratto nella celebrazione annua di detta Festa.*

Porro hi fructus juxta Institutoris voluntatem in solemne Festum S. Peregrini Latiosi *con Messe lette, Messa Cantata in Musica Panegirico, Benedizione ec.* erogari deberent cum expressa prohibitione Priori pro tempore ec. *di convertire, o divertire in tutto; o in parte i suddetti annui frutti, e molto meno il Capitale in altro qualunque uso, che nella spesa dell' esposta solennità.* et a S. Congregatione definitum fuit, quod fructus pro Missarum celebratione assignati in Capitalis augumentum converti non possint *in Bononien: Legati Missarum* 7 *Dec.* 1667. 9. *Augus.* 1668. *et* 4 *Septem.* 1702. At vero considerandum est, quod si fructus pro Missarum celebratione converterentur in capitale, sequeretur, ut defuncti suffragiis sibi debitis fraudarentur. E contra in præsenti casu, cum nunquam intermissa fuerit celebratio Festivitatis, licet minus solemnis, S. Peregrini, permitti posse videtur, ut ex credito fructuum augeantur annui reditus ad magis plenam Piæ voluntatis exequutionem.

Dubia proponuntur

I. *An, et quomodo sit providendum satisfactioni pii Legati in casu etc.*

II. *An summa debita ex credito fructuum sit investienda in augmentum Capitalis Pii Legati in casu etc.*

SU-

Sutrina Jurispatronatus.

VOTUM SECRETARII.

De Jure nominandi ad Beneficium ab Anno 1739. erectum ex Testamento Antonii Tita, ter actum est in S. Congregatione sub Dubio = *An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.* quod Codicillis Dulcissimæ Santucci ultimæ agnatæ ex Familia fundatoris, Josepho Falcinelli, non ut ejus hæredi, sed instar Legati, fuerat relictum; *terque* Emis Patribus placuit maturiori scrutinio prorogari judicium. Primum namque sub die 2. Maji elapsi Anni 1818., ad præmissam Dubii formulam rescripsere = *Dilata, et scribatur Ordinario pro nova informatione et Voto, et referat, cui delata fuerit haereditas Luciae Santucci, audita Dominica Donatini*; deinde reproposita Causa cum nova ejus Antistitis relatione, sub die 6. Martii proximi preteriti, scissis Eminentissimorum Patrum suffragiis, Rescriptum = *Iterum proponatur*; tertio denique in Comitiis diei 8. posterioris mensis Maji responsum arrisit = *Reproponatur cum Voto D. Secretarii*.

Injuncto muneri ut præ viribus satisfaciam, nonnulla *in Facto*, unde jus oritur, repetenda, quæ jam in Folio diei 11. Aprilis 1818. exposueram, quo Emi Patres una simul totam rei seriem, eique aptandam Canonici Juris censuram sub oculis habeant. Itaque Antonius Tita, supremo elogio Anni 1739. hæredem sibi nuncupavit *Beneficium* erigendum *dal mio Esecutore testamentario . . . sotto l'invocazione di S. Dolcissima*, relicto Jure nominandi in perpetuo = *al Sig. Giuseppe Zappettoni mio Parente, acciò possa nominare chi piacerà al medesimo.* In erectione jamvero Beneficii, quæ, vacante Sutrina Ecclesia acta est coram Vicario Capitulari, cum Executor testamentarius Antonii Sacerdos *Nicolaus Goretti* declarasset = *che la nomina in perpetuo di detto Beneficio il*

il detto Istitutore intendeva di lasciarla al Sig. Giuseppe Zappettoni, e suoi Discendenti tanto maschj, che femine in infinitum in tutta la sua Agnazione in perpetuo, Vicarius ille *suo* Erectionis *decreto* jus nominandi = *reservavit favore D. Josephi Zappettoni, suorumque filiorum tam masculorum, quam foeminarum in infinitum, TOTIUSQUE SUAE AGNATIONIS in perpetuum, juxta mentem dicti Fundatoris, et declarationis factae respective a R. D. Nicolao Goretti* Executore Testamentario. Constant hactenus dicta ex copia Testamenti, et Decreti Erectionis, quam suae relationi clar. mem. Card. Simeoni Sutrinus Antistes alligavit.

Obiit Joseph Zappettoni, unica relicta filia *Lucia*, quæ nupsit Dominico Santucci, duplicemque ex his nuptiis prolem suscepit, nempe *Franciscum*, et *Dulcissimam* Santucci. Cum hæc nuptura esset Anno 1787. Carolo Mariotti, *Lucia Mater*, accedente etiam consensu Francisci ejus filii, et respective fratris Dulcissimæ, præter Dotem ei assignatam, *donavit inter vivos* Carolo Sponso = *la metà della nomina del Beneficio riservandosi l'altra metà la detta Lucia, e Francesco, e tutto ciò IN CONTEMPLAZIONE DEL MATRIMONIO, quale non seguendo, debba restar nullo, ed invalido l'Istromento*. Celebratum revera fuit matrimonium illud; verum Anno 1796. dissolutum est per obitum Caroli *sine filiis*. Proinde novum cum Vincentio Moroni Dulcissima iniit conjugium. Nupserat interea Franciscus, ejus frater Dominicæ Donatini, decessitque unico relicto Masculo, cui, in pupillari ætate defuncto, Mater ipsa ab intestato successit; quæ pariter ad alia Vota convolavit.

Post hæc moriens Dulcissima Santucci Anno 1816., testamento hæredem sibi nuncupavit *Vincentium Moroni* Virum superstitem, nulla facta mentione iisdem Tabulis de jure nominandi ad enunciatum Beneficium, de quo deinde recogitans, Codicillis rite confectis, vulgavit = *souvenendosi essa Codicillante, che coll'istituzione di detto Beneficio rimanesse in qualche*

che modo pregiudicata la bo. me. di Nicola Falcinelli NIPOTE, E PARENTE PIU' PROSSIMO DEL SUDETTO FONDATORE, per dare periando alla di lui discendenza un qualche compenso, la medesima Dolcissima vuole, ordina, e comanda, che dopo la di lui morte il Patronato, e dritto di nominare all' accennato Beneficio, in occasione di vacanza sia, ed appartenga al Sig. Giuseppe Falcinelli uno de' figlj di detto defonto Nicola, e suoi discendenti, e successori in perpetuo; avendo avuto anche in considerazione essa Codicillante L'ECCESSIVA SPESA, che il medesimo Sig. Giuseppe ha dovuto fare sulla Casa alla mezzagna appartenente a detto Beneficio, e da lui comprata coll'obligo di pagarne i frutti compensativi per ridurla in un competente stato; altrimenti sarebbe di già pericolata in qualche parte, ed avrebbe così tolta la maggior rendita di detto Beneficio:

Hinc Falcinellius hoc auctus Legato, ad præcavendas in futuris vacationibus contentiones, quæ ab hæredibus Caroli Mariotti, et Dulcissimæ aliisque excitari poterant, ab Eminentiis Vestris decerni flagitavit, cui jus nominandi in hoc rerum anfractu competeret. His de precibus cum Sutrinus Antistes nuper defunctus clar. mem. Card. Simeoni singula diligenter elucubrasset, quæ *ad Factum*, et omnium interesse habentium jura pertinent, a sua ferenda Sententia se abstinuit ita concludens. *Quae mihi hinc inde deducta fuerunt, fideliter retuli. Definiendum nunc erit ab Emtiis Vestris, an Beneficium, attenta extinctione Agnationis Zappettoni suam acquisierit libertatem, et quatenus Negative, An, et quibus adjudicandum erit jus nominandi*. At vero modernus Episcopus cui munus injunctum, ex Rescripto 2. Maii 1818., referendi, *cui delata fuerit haereditas Luciae Santucci, audita Dominica Donatini*; cum primum nunciasset, quod *haereditas Luciae Santucci immediate delata est in ejus filium Franciscum Virum Dominicae Donatini a Francisco in ejusdem filios, ab his, ut Matri praemortuis, in eorumdem Matrem Dominicam Donatini*, quæ proinde opinatur, *ad se cum haereditate, omnia jura haer-*

er-

reditatis Zappettoni transiisse, ac propterea etiam Juspatronatus Capellaniae a Zappettonio institutae, sin minus unam vocem simul cum Josepho Falcinelli, cui relicta fuit altera vox a Dulcissima Santucci: postremam hanc sententiam censuit æquitati magis consonam, *quoties Emtiae Vestrae non decernant factum esse locum Ordinario liberae collactionis*, cujus opinionis hæc potissima ratio dabatur: *Ut enim Falcinelli agit jure donationis, sic Dominica Donatini jure haereditario; neuter autem jure gentilitio, unde videtur aut excludendus uterque, aut utrique jus tribuendum*; veluti de his memini in Folio diei 6. Martii proximi preteriti.

Quanti vero sive Donatiniæ prætensio, sive aliorum rationes valeant priusquam decernatur Jurispatronatus indoles ex fundatione Antonii Tita noscenda; tum singulorum quoad illud libranda jura, ut inde Emtiæ Vestræ, tuto pede de controversia ferant judicium. *Triplicem* esse Jurispatronatus speciem norunt omnes, scilicet hæreditarii, gentilitii, ac mixti. Hæreditarium illud est, quo vocantur quicumque hæredes etiam extranei, *Argum. cap. Quoniam 3. de Jurepatr.* gentilitium aut *stricto modo* institutum dicitur, quando vocati fuerint agnati de domo, aut designata familia; *largo modo* gentilitium intelligimus ubi vocati fuerint *descendentes, conjuncti, Consanguinei, Parentes seu proximiores, quo casu non requiritur sanguis agnatitius, sed comprehenduntur omnes sive per Agnationem, sive per cognationem descendentes, includendo faeminas et masculos ab eis provenientes*; ut his firmat verbis *Piton. de controvers. Patron. allegat.37.num.10.*, et pridem docuerant *Tondut.quaest. benef. praesente 1. cap. 32. num. 19., de Luca de Jurepatronat. discur. 60. num. 30.*, et *Rot. in decis. 140. num. 1. et 2. coram Kaunitz. Mixtum* denique fit juspatronatus a vocatione descendentium a designata familia, vel Consanguineorum cum qualitate hæreditaria; ex traditis per *Gratian. discept. forens. 577. num. 45. Piton. discept. Eccles. 4. num. 1. et sequen. et de controvers. Patron. allegat. 10. num. 4.; et 17. et Rot. decis. 267. num. 6. parte 7. recen.*

Non

Non hæreditarium, non mixtum, sed gentilitium *latiori modo* acceptum, institutum fuisse Juspatronatus, de quo quæritur, nulla mihi obversatur difficultas. Licet enim Testator Antonius Tita, jus nominandi ad erigendum Beneficium sub invocatione S. Dulcissimæ reliquerit *in perpetuo al Sig. Giuseppe Zappettoni mio Parente*, atque ad hunc unum suis tabulis vocationem restrinxerit, attamen erectionis Decreto, ex emissa ab Executore Testamentario declaratione Jus nominandi reservatum fuit = *favore D. Josephi Zappettoni, suorumque filiorum tam masculorum quam foeminarum in infinitum, totiusque suae agnationis in perpetuum, juxta mentem dicti Fundatoris, et declarationis factae respectivae* (ab Executore testamentario) *R.D. Nicolai Goretti* = ; atque ad tramites hujus erectionis admissæ fuerunt ab Episcopali Curia in vacationibus præsentationes factæ per fœminas descendentes a Josepho Zappettoni, ut infra videbimus. Quamobrem qualitas gentilitii Jurispatronatus *re judicata* in erectionis decreto, et perdissequa observantia fulcitur, ne de eo jure ulla quæstio moveri queat.

His præjactis, nunc inquirendum, qui contendere queant ad controversum Juspatronatus, et quorum sint potiora jura in ejus vindicatione. *Quinque* hac in re fieri possent Contradictores, scilicet: I. *Curia Episcopalis*, quatenus, extincta Agnatione Antonii Zappettoni, Beneficium suam acquisierit libertatem; II. *haeredes Caroli Mariotti*, cui a Dulcissima contemplatione Matrimonii inter vivos donata fuerat medietas vocis: III. *Dominica Donatini*, quæ velut hæres ab intestato præmortuæ Prolis a Francisco Santucci susceptæ vel integram vocem, vel saltem medietatem Jurispatronatus prætendit: IV. *Vincentius Moroni* secundus Vir Dulcissimæ, et ejus *universalis haeres* ex Testamento; et V. demum *Joseph Falcinelli*, velut Codicillis ejusdem Dulcissimæ scriptus legatarius solius Jurispatronatus Beneficii Zappettoni. Inter hos prætendentes, Curiam Episcopalem, et hæredes excludo Caroli Mariotti, ex mox referen-

dis. Namque Jurispatronatus *gentilitium*, *agnatitium*, *et familiare*, nisi aliud in fundatione cautum sit, ex Ecclesiæ indulgentia in ultimo de familia efficitur hæreditarium, et transitorium ad hæredes, etiam extraneos juxta notissimam *Ancheran. theoricam in cons.* 81., de qua *Fagnan. in cap.* 1. *de Iurepatr. num.* 25., *Piton. de contr: Patr. allegat.* 14. *num.* 3. *Rota decis.* 351. *num.* 18. *coram Ansaldo*, et S. Congregatio in *Paderbonen. Applicationis diei* 19. *Decembris* 1772. *ad II. Dub.* In nostra specie Juspatronatus tributum est *favore D. Josephi Zappettoni*, *suorumque filiorum tam masculorum*, *quam foeminarum in infinitum*, *totiusque suae agnationis in perpetuum*, proindeque clausulæ restrictivæ, aut exclusivæ deficiunt, quibus constat expresse Fundatorem ad Familiam *tantum* successionem deferri voluisse; quæ quidem *hominis provisio non tollit provisionem Juris communis*, ex qua *Iuspatronatus etc. transit ad haeredes etiam extraneos*, *ergo non tollitur per provisionem hominis simpliciter*, *et non taxative aut exclusive factam*, *cum merito intelligitur facta in eo sensu*, *ut quamdiu aliquis de Familia superest*, *extraneus succedere non valeat*; ut his verbis opportune disserit *Reisfenstuel in jus can. lib.* 3. *tit.* 38. *sub num.* 24. Hanc Jurisprudentiam cum non lateret prædefunctum et modernum Antistitem, uti in SS. Canonum peritia versatissimos, idcirco *unus et alter* in respectivis eorum rationibus *dubitative* de extinctione Jurispatronatus meminere, quatenus nimirum ita Emtiis Vestris videretur, ut superius innui; quin imo dum unus et alter a decisa contradictione pro tuendis suis juribus abstinuit, ipsimet moderno Episcopo *aequitatis magis consona* visa est Donatinia prætensio sibi vindicandi nimirum *unam vocem simul cum Josepho Falcinelli* quo satis pandit *de Jure liberae collationis* per suam Curiam non fore utiliter disceptandum.

Pejori sane consilio ad Juspatronatus contenderent hæredes Caroli Mariotti, qui tam ex *jure* quam *facto*, scilicet observantia videntur exclusi. Sua illi jura

ab

ab infecto titulo desumerent, scilicet a donatione medietatis Patronatus, quam *contemplatione Matrimonii* initi a Dulcissima cum Carolo Mariotti sub Annum 1797. exaratam novimus a *Lucia Santucci*. Transferri quidem potest Juspatronatus procul a qualitate hæreditaria, *cessione*, *donatione*, *aut legato*, sed ut valida sit cessio hujusmodi, DUO requiruntur; ut nulla, scilicet, intercedat simoniaca labes, et Ordinarii confirmetur assensu, ex *Text. in cap. cum saeculum 13. de Jurepatr.*, *et Rot. post Piton. de contr. Patron. allegat.* 40. *num.* 20. Si vero ea donatio inita est favore Caroli contemplatione Matrimonii, quæ inter onerosas et correspectivas donationes accenseri debet, velut in augmentum, aut partem dotis peracta, ideo quisque intelligit venditionis speciem induere, quæ reprobata fuit a Tridentinis Patribus in *Sess.* 25. *cap.* 9. *de Reformat*, et ab hac S. Cong. in *Vercellen. Beneplaciti* 27. *Aprilis* 1709., *et in Tudertina* 3. *Julii* 1762. Et revera, cum anno 1790. vacavit Beneficium, novum Rectorem *Lucia Santucci* nominavit, et Carolus, licet ea donatione auctus, simplici protestatione contentus, *non s'intendano nella minima parte lesi i suoi dritti*, siluit deinde, cum admissa esset protestatio, *non retardata*, *favore Nominati*, *Bullarum expeditione*. Anno quidem 1794. in nova Beneficii vacatione, conjunctis vocibus prædictæ Luciæ Santucci, et Caroli facta est nova provisio; attamen defuncto Carolo sub annum 1796. in pedissequis vacationibus annorum 1800., et 1803. ad unam nominationem *Francisci* et *Dulcissimae* filiorum Luciæ Santucci data est præsentatis institutio, cum Caroli Mariotti fratres *nec illius haeredes fuerint*, *nec esse curaverint*, *quia illius haereditas admodum aere alieno gravata erat*, proindeque in iis vacationibus alieni ab omni suorum jurium experimento ex Luciæ donatione obvenientium, ne institerunt quidem pro explenda nominatione. Itaque præter vitium nullitatis mox expensum, ejus donationis *ultimus status*, fratres Mariotti excludens, accedit, qui plurimum in

in his valet controversiis. *Piton. de controver. Patron. allegat.* 91. *num.* 10. *et* 29. *tom.* 2., *et Rot. post allegat.* 14. *ejusd. tract. num.* 18. *tom.* 1., quibus forte de causis, et præcipuæ ex defectu qualitatis hæreditariæ, et observantia novissimarum præsentationum, clar. mem. defunctus Episcopus sine misterio pronunciavit, Juspatronatus controversum ad Fratres Mariotti non fuisse delatum, ut retuli in *folio diei* 11. *Aprilis* 1818. §. *Carolus*.

Quæ sit *Dominicae Donatini* prætensio jam audistis ex Relatione moderni Antistitis: nil mirum quod illa excitata ex Rescripto Eminentiarum Vestrarum diei 2. Martii 1818., vel integrum Juspatronatus, vel saltem unam vocem simul cum Josepho Falcinelli sibi debitam opinaretur: Sed non quid illa prætendit, at *quo jure* prætendat, inquirendum. Illa velut hæres præmortui filii suscepti constante Matrimonio cum Francisco Santucci, omnia jura hæreditatis Zappettoni Santucci, et propterea succesionem quoque in Jurepatronatus sibi deberi autumat: sed male, sed perperam; meminisse enim præstat *in facto*, superstitem adhuc fuisse *Dulcissimam Santucci*, cum per obitum filii Dominicæ, eidem delata est illius filii hæreditas ab intestato; cumque esset Dulcissima de genere contemplato, scilicet de Agnatione per lineam fœmininam Josephi Zappettoni, cui agnationi in infinitum reservatum fuerat Juspatronatus, hoc proinde, velut adhuc gentilitium in extraneos hæredes transferri non poterat, ex apertissima Jurisprudentia, de qua superius memini. In *Dulcissima* proinde, per obitum filii Francisci, velut *ultima ex linea Agnatorum*, integrum coaluit Juspatronatus, eaque adhuc vivens vocem Francisco ejus fratri spectantem, ejusque filio, velut in fundatione expresse vocata recuperavit, *jure accrescendi*, quod in Jurepatronatus gentilitio præcipue obtinet, ex notissima Regula, de qua *Rocc. disput. Jur. cap.* 193. *num.* 15. *Piton. de Controvers. Patron. allegat.* 76. *num.* 3. *tom.* 2. *et Rot. in decis.* 9. *de Jurepatron. num.* 1. *coram Falconerio*. Sterilissimam itaque *Donatiniae* prætensionem ad jus honorificum aucupandum, quod lucrosum quandoque

pro

pro suis Parentibus fieri posset directum, velut nullo penitus jure innixum, reprobandum omnino ex hactenus dictis reputo.

Omnis ergo disputatio ad *duos* tantum interesse habentes restringi potest, nempe ad *Vincentium Moroni* a Dulcissima sibi scriptum *universalem haeredem*, atque ad Josephum Falcinelli, cui Dulcissima *codicillis* Juspatronatus legavit. Superius vidimus gentilitium Juspatronatus in ultimo ex agnatis, vel cognatis contemplatæ familiæ haereditarium fieri; atque obvium est deferri ad hæredes cum universitate bonorum. *Piringh. in jus. can. tit.* 38. *de Jurepatr. num.* 74. *et Reinfenstuel. in jus can. eod. lib. et tit. num.* 30. Quamobrem *Moronius*, velut hæres universalis Falcinellio in acquisitione Jurispatronatus ex peculiari legato adversari posset. Omissa autem indagine, an ubi sit scriptus hæres universalis, unum Juspatronatus alteri non hæredi ex intervallo codicillis legari queat, et quidem per speciem *legati remuneratorii*, cujusmodi illud favore Falcinellii, ex præmissis, fuisse colligitur, dirimendæ quæstioni una exuberat Moroni declaratio, qua clar. mem. defunctus Antistes de hoc roganti respondit = *sibi non displicere, praedictum Juspatronatus relictum fuisse Falcinellio, cum auctricis suae dispositioni numquam contraire animum suum addixerit.* Inutilis proinde omnis disputatio inter hæredem Moronium, et Falcinellium, cujus favore ille in obsequium voluntatis Testatricis sua jura quæcumque renunciat.

Ex hactenus dictis, unum *Falcinellium* in controverso Patronatu, potiori jure fulciri constat, *sive hominis*, *sive legis* dispositio spectetur. Siquidem pro Falcinellio pugnat *Dulcissimae Santucci* voluntas quæ cum esset ultima fœmina de Familia Zappettoni, cumque in eadem Juspatronatus gentilitium, latiori formula institutum, *haereditarium* evasit, dum testamento illud nemini tribuit, codicillis disposuit, *che dopo la di lei morte il Patronato, e dritto di nominare all accennato Beneficio, in occasione di vacanza, sia ed appartenga al Signor Giuseppe Fal-*

ci-

cinelli uno de' figli di detto defonto Nicola (Falcinelli) (*NIPOTE, E PARENTE PIU' PROSSIMO DEL SUDDETTO FONDATORE*) *e suoi discendenti, e successori in perpetuo.* Nedum vero hæc Dulcissimæ voluntas, quam ejus causa finalis spectanda, unde cum dispositione hominis, favore legatarii, dispositio legis quoque, seu SS. Canonum æquitas eruitur. *Duplicem* illa causam protulit, cur in Falcinellium = *suoi discendenti, e successori in perpetuo* Juspatronatus deferri vellet: *Primam* his verbis expressit = *sovvenendosi essa codicillante, che coll'istituzione di detto Beneficio RIMANESSE IN QUALCHE MODO PREGIUDICATO la bo. me. di Nicola Falcinelli Nipote, e Parente più prossimo del suddetto Fondatore per dare pertanto alla di lui discendenza UN QUALCHE COMPENSO*, Falcinellio Juspatronatus reliquit: *Alteram*, ex defensa suo sumptu Beneficii dote ab imminenti interitu deduxit; nimirum = *avendo avuto anche in considerazione L'ECCESSIVA SPESA che il medesimo Signor Giuseppe ha dovuto fare sulla Casa alla Mezzagna appartenente a detto Beneficio, e da lui comprata coll'obbligo di pagarne i frutti compensativi, per ridurla in un competente stato, altrimenti sarebbe di già pericolata in qualche parte, ed avrebbe così tolta LA MAGGIOR RENDITA A DETTO BENEFICIO.*

Multum autem Ecclesiæ indulgentia semper concessit Fundatoris Consanguineis, præcipue si ex erectione Beneficii aliquod passi sint præjudicium. Sæpius S. Congregatio, nominatione suspensa, et quandoque etiam oneribus Beneficio adnexis, fundatoris Consanguineos ex Beneficii redditu succurrit; cujus æquitatis inutiliter quotidiana et notissima Emĩtiis Vestris afferrem exempla; non semel etiam Juspatronatus adjudicatum est hæredi Consanguineæ, quæ Capellaniam juxta Testatoris mentem, contradictorum superatis ambagibus, erigi curavit, licet Testator illud non reservasset; ut in *Tridentina Translationis Oneris Missarum 24. Ianuarii 1739. ad III. Dubium.*

His

His de cœtero missis exemplis, ad Falcinellium quod spectat, præter requisitum sanguinis, cum sit unus ex filiis Nicolai = *Nipote e parente piu prossimo del suddetto Fondatore*, de quo meminit Dulcissima, *che coll'istituzione di detto Beneficio rimanesse in qualche modo pregiudicato*; animadversione digna alia Causa finalis ejus Legati, scilicet = *L' ECCESSIVA SPESA*, *che il medesimo Sig. Giuseppe ha dovuto fare sulla Casa alla Mezzagna*, *appartenente a detto Beneficio*; quo deficiente ruinosæ Domus emptore, et instauratore, *sarebbe di già pericolata in gran parte*, et adempta fuisset *la maggior rendita a detto Beneficio*. Si enim absque ulla reservatione Juspatronatus acquiritur per tributam dotem *cap. significavit de Test.*, et *cap. Quicumque de Jurepatr. et S. Congregatio in Firmana 20. Aprilis* 1771. §. *dotatio* vel etiam per dotis Augmentum ultra medietatem, juxta privilegium *induct. ex Const. Adriani VI. 5. Decembris* 1522., de qua *Fagnan. in Cap. Autem de Jurepatr. num. 68.*, *Fargna eod. tract. parte* 1. *can.* 3. *cas.* 10. *num.* 7. *tom.* 1. *et Rot. decis.* 512. *num.* 9. *coram Bich.*, dotanti, vel augenti dotem assimilari posse credidero suo ære protuentem ab interitu, vel instaurantem Bona Beneficii; reque vera S. hæc Congregatio *Juspatronatus Cappellaniae* concessit Marchioni *Bourbon del Monte*, ob desponsam Ecclesiæ beneficialis reparationem, in *Civitatis Castelli Capellaniae* 16. *Augusti* 1794. Cum itaque favore Josephi Falcinelli concurrat nedum hominis provisio, seu legatum eidem Falcinellio tributum àb ultima fœmina de Familia contemplata, in qua Juspatronatus gentilitium, hæreditarium effici superius vidimus, cumque et legis provisio, seu dispositio et æquitas SS. Canonum non obstet, imo exequutioni ejus legati plenissime opituletur; et aliunde prætensionibus Dominicæ Donatini, tum aliorum quotquot in Contradictores sese erigi possent, apertissime resistat, mea fert sententia, nisi aliter Emis Patribus videa-

tur,

tur, Juspatronatus controversum uni Falcinellio pro integra voce esse adjudicandum.
Et ita etc. salvo etc.

I. F. FALZACAPPA
S. Congregationis Concilii Secretarius.

Die Sabathi 31. Julii 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NULLIUS SUBLACEN.

Dubia

Sess.7.cap.2. et 4. Sess.24. cap. 17. de Reform.

I. *An Capellaniae sub invocatione SS. Caroli, et Francisci sint Ecclesiasticae, sive potius Laicales, vel pia Legata in casu etc.*

II. *An tertia Capellania S. Dominici sit pariter Ecclesiastica, vel Laicalis in casu etc.*

III. *An, et quomodo constet de earum incompatibilitate cum Canonicatu in casu etc.*

Et quatenus affirmative

IV. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. Dub. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam

Ad II. Affirmative ad primam, negative ad secundam.

Ad III. Quoad primam, et secundam Capellaniam negative, quoad tertiam pariter negative juxta modum, nempe si non est erecta in Ecclesia Collegiata S. Viti.

Ad IV. Affirmative, quatenus Capellania S. Domici sit erecta sub eadem tecto Canonicatus ab Oratore possessi.

ALATRINA TRANSLATIONIS, ET PERMUTATIONIS.

Dubia

Sess. 22. cap.6. Sess.24.cap.12. de Reform.

I. *An, et quomodo sit concedenda venditio Bonorum Capellaniae S. Mariae Magdalenae, et permutatio cum bonis acquirendis ex haereditate Mosca in casu etc.*

II. *An, sit concedenda translatio Missarum in casu etc.* Et quatenus negative.
III. *An, et quomodo sint cogendi Oratores ad extructionem Capellae in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad utramque, constituto capitali pro date Capellaniæ in bonis acquirendis in summa scutorum quingentum cum solitis cautelis.
Ad II. Affirmative ad alteram ex Capellis jurispatronatus familiæ Tomeucci arbitrio Episcopi Privernensis.
Ad III. Negative, sed cogendos esse Oratores ad erectionem Iconis SS. Martæ, et Magdalenæ in altari designando, ut in secundo Dubio, et addito onere celebrandi quotannis unam Missam lectam in festo S. Martæ, et alteram in Festo S. Mariæ Magdalenæ, facto verbo cum Sanctissimo.

Sess. 25. cap. 2. de Regularibus

ARIMINEN.
Dubia
I. *An, et quomodo sit providendum satisfactioni Pii Legati in casu etc.*
II. *An summa debita ex credito fructuum sit investienda in augmentum Capitalis Legati Pii in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative juxta Votum Episcopi.
Ad II. Affirmative facto verbo cum Sanctissimo.

Sess. 24. cap. 9. de Reform.

JANUEN. CANONICATUS. Anno 1798. die 5. Januarii Anna Maria Grimaldi Beneficium cum titulo Abbatiæ assignata dote scutorum bis mille fundavit in Januensi Parochiali, simulque Collegiata Ecclesia SS. Cosmæ, et Damiani, cujus tunc Præposituram gerebat Andreas Marchese. Activum juspatronatus sibi, suisque hæredibus reservavit. Post primam nominationem suo lubitu explendam, ut in posterum semper nominaretur Præpositus *pro tempore* præfatæ Collegiatæ, utque tantum in casu suppressionis Præposituræ fas esset alium præter Præpositum nominandi a Patronis constituit, voluitque, ut si præpositura dimitteretur censeretur dimissa et Abbatia. Quamlibet deinde unionem erectæ Abbatiæ cum alio quovis beneficio prohibuit, ac insuper ca-

cavit ut Abbatia numquam Præposituræ incorporata, ac unita censeretur, sed stricto modo canonice conferretur, utque aucta illius dote etiam onera a Patronis augeri possent. Obtenta ab Episcopo Lercari approbatione erectionis die 10. Januarii 1798, institutus fuit die 18. ejusdem mensis Præpositus Andreas Marchese a Fundatrice ceu novus Abbas jam nominatus, cum expressa conditione ut Abbatiam retinere posset, etsi Præposituram esset in posterum renunciaturus; qui reapse die 1. Junii ejusdem anni retinens Abbatiam Præposituram dimisit.

Pridie Kalendas Junii anni 1800. auctis oneribus, beneficii dotem auxit fundatrix in aliis scutis bis mille, quod augmentum aliis solemnibus tabulis die 4. ejusdem mensis confirmavit nonnullas adjicens declarationes. Atque hic animadvertere præstat eam quatuor millium scutorum summam fundatrici a Matre ita donatam fuisse, ut disponere de ea posset, perinde ac si vir esset in majori ætate constitutus, nulla proinde adhibita solemnitate sive legali, sive statutaria.

At novo Instrumento diei 25. Maii 1801. ob dissentiones forsan inter Abbatem Marchese, et novum Præpositum SS. Cosmæ, et Damiani exortas Præpositis omnibus passivum juspatronatus Abbatiæ ademit, asserens nondum Januensem Archiepiscopum *ha sanzionata, accettata, e convalidata la detta unione*, alioque Instrumento diei 20. Junii ejusdem anni nulliter fundatum beneficium dixit ob defectum consensuum, qui a Jure Statutario Januensi requiruntur, *duorum proximiorum, aut viciniorum .... quibus deficientibus eorum vices geret Consiliarius a magistratu deputatus*; in eoque Abbatiam noviter, erexit cum dote scutorum dumtaxat bis mille, nominationem favore Marchesi jam peractam confirmavit, jus patronatus activum et passivum sibi suisque reservavit, ac facultatem sibi fecit Abbatiam quo vellet transferendi, alterique beneficio uniendi. Die vero 17. Julii novo Instrumento ea scuta bismille quibus prius Abbatiæ dotem auxerat, quæque postea in nova fundatione ademerat donavit Canonicatui liberæ collationis primo vacaturo in Cathedrali Ecclesia, cujus ob hanc donationem, quam ultra

medietatem dixit, juspatronatus sibi ac patronis deinceps nominandis reservavit, ac in eodem Instrumento eorumdem scutorum bis mille jam Canonicatui primo vacaturo donatorum fructus ut inter omnes Canonicos partirentur, voluit: Deinde Abbatiam illi Canonicatui, quem sui jurispatronatus effecerat, univit, quod Instrumentum eadem die 17. Julii Archiepiscopus Lercari probavit utpote non contrarium dispositioni juris communis, reservato tamen ad S. Sedem recursu pro Beneplacito Apostolico obtinendo. Vacavit sequenti die 18. Canonicatus liberæ collationis ob decessum Sacerdotis Dania, dieque 22. nominatum Anna Maria præsentavit Abbatem Marchesi; ac insimul oblatis precibus Literas Apostolicas a SSmo Domino Nostro obtinuit, quibus juspatronatus, ac unio Abbatiæ Canonicatui comprobantur.

Vicarius Generalis tunc temporis Joannes Baptista de Camillis, cui commissa fuerat Litterarum Apostolicarum exequutio, Canonicatusque collatio de consensu Patronæ, quin hunc exquireret consensum, ac in Canonicatu Abbatem Marchese institueret, mandatum potius dedit de *immittendo*, quod Capitulo exhibitum fuit paucos post dies una cum litteris Apostolicis, ac duobus postremis Instrumentis a Fundatrice Grimaldi confectis. His omnibus ad trutinam revocatis per duos Canonicos deputatos, ut ibi moris est, Capitulum renuit possessionem Abbati concedere, putans, plura in precibus, et litteris Apostolicis obreptione, et subreptione laborare. Novam tunc Marchesius a præfato Vicario institutionem obtinuit de mandato Archiepiscopi, utendo facultatibus a S. Sede tributis quoad alternativam mensium: Cum tamen nihilominus possessionem dare nollet Capitulum, rem ad Civile Tribunal Democraticum detulit Marchese; ac mortuo Archiepiscopo Lercari idem de Camillis tunc Vicarius Capitularis electus absentibus Canonicis Abbati possessionem dedit Canonicatus, ac fidei professionem excepit in domestico Cubiculo. Bina interea Instrumenta condidit Maria Anna Grimaldi, in quorum primo Abbatiam restituit apud Præpositos SS. Cosmæ, et Damiani; in altero restitutionis hujusce palinodiam cecinit, in Scenamque rediit Laica potestas.

Ja-

Jannensis tunc Archidiœcesis fuit Emo Spina concredita, qui ad tot auferenda scandala Marchesio, licet perperam suasit, ut a SSmo plenariam Sanationem exposceret. Hinc Capitulum coram Episcopali Curia in jus vocavit Abbatem Marchese, qui dum Laicæ potestatis præsidium tertio imploravit, defectum jurisdictionis Archiepiscopalis ob eas, quæ vigebant, leges opposuit.

Dum res ita se habebant, Sacerdos Thomas Saporiti Canonicatum impetravit, incusans tum preces oblatas a Grimaldi, tum Litteras Apostolicas favore Marchesi expeditas obreptionis, et subreptionis. Hujus impetrationis exequutio commissa a SSmo fuit novo Vicario Generali Cæsari Pallavicinio auditis prius Marchesi, et Grimaldi. Contestata tunc ab his fuit contra Sacerdotem Saporiti lis, et Curia Archiepiscopalis sententiam edixit anno 1804. favore Saporiti, qui Canonicatus possessionem nactus est. Verum Marchesi, posteaquam ad plura tum Januæ, tum Parisiis existentia laica Tribunalia inutiliter convolaverat, anno tandem 1815. a SSmo Breve Appellationis obtinuit; delegatusque fuit Judex Pro Synodalis Bernardus Gandolfo, cum facultate restituendi in integrum, prorogandi fatalia. Hic manutenendum esse in possessione judicavit Abbatem Marchesi, et Sententiam Curiæ Archiepiscopalis revocavit. Ab hac Sententia nedum Thomas Saporiti, sed et Capitulum, Curiæque Ecclesiasticæ Promothor fiscalis ad SSmum appellarunt. Causæ hujusce cognitio, quæ Sacræ huic Congregationi fuit ablegata, Vestræ hodiæ Sapientiæ proponitur EE. PP. concordata duplici dubiorum formula, ac distributis ex utraque parte Allegationibus.

An, et quæ Litteræ Apostolicæ sint exequendæ, quæritur in I. Dubio. Marchesi allegatio exequendas esse Litteras Apostolica sui favore datas probat ex eo, quod nominationem a Patrona, acceptationem stipulationis ab Archiepiscopo, et Litteras Apostolicas habeat; minime autem exequendas, esse litteras impetratas a Saporitio, quæ cum rem odiosam contineant non sunt exequutioni dandæ in quavis etiam Levissima dubietate. Hostien. *in Cap. In Multis de Rescriptis in* 6. Rot. *dec.* 38. *num.* 1. *coram Ansald.*, *et Lotter. de re benef. lib.* 2. *quaest.* 45. *num.* 2. Conatur deide obreptionem, et subreptionem a pre-

a precibus Mariæ Annæ Grimaldi, et Litteris Apostolicis favore sui datis excludere, ac ostendit præcisam quantitatem reddituum Canonicatus contra Doctorum Sententias probatam non fuisse a Saporitio, cujus proinde nequeunt exequi impetrationis Litteræ, quæ potius obreptitiæ, ac subreptitiæ dici debent.

Qui autem Saporiti jura tuetur, ostendit Marchesium nedum amisisse ipso facto beneficia, quæ habebat, sed inhabilem evasisse ad nova accipienda, ac præterea incurrisse sententiam Excomunicationis statim ac tum Ordinarii, tum ipsius Summi Pontificis impugnavit jurisdictionem dum ad Laicum sese convertit Tribunal. Deinde ad ostendendam obreptionem, et subreptionem in Litteris Apostolicis favore Marchese datis incumbit. Cum vero utriusque Beneficii uniendi redditus verus juxta communem æstimationem expositus non fuerit, recte Saporitium impetrasse Canonicatum concludit juxta Rigant. *ad reg. 22. Cancell. num* 38. et Garciam *de benefic. part.* 5. *C.* 9. *num.* 122. Canonico deinde jure damnatam dicit expectativam illam nominationem ad Canonicatum primo vacaturum; atque vel ex eo magis in themate, in quo Canonicus Dania erat prope moriturus, jamque S. Oleo Infirmorum delinitus.

Reintegrandum, de manutentione enim vel reintegratione in II. Dubio agitur, esse Abbatem Marchese probat hujus Defensor, tum quia nulla est a Saporitio adepta vi, et clam possessio, tum quia *per annum* ante impetrationis concessionem possessus est ab Abbate Canonicatus, et intra sex menses hic in judicium vocatus non fuit a suo Adversario juxta *Regul.* 35. *Cancell.*

In Canonicatu vero manutendum esse Sacerdotem Saporiti contendit alter Defensor, nedum ob ea quæ super I. Dubio disseruit; Sed et ob triennalem, et ultra possessionem, qua gavisus est Cliens juxta = *Regul. Cancell.* 36.; ad quam reintegrari non potuit Abbas nec a *Commissione di Governo*, nec a *Ministro di Polizia*. Hæc et talia multa noscent EE. PP. ex allegationibus ab utraque parte distributis; quorum justitiæ, et jurisprudentiæ erit dirimere

Du-

Dubia

I. An, et quae Litterae Apostolicae sint exequendae in casu etc.

II. An, et cujus favore sit danda manutentio, seu potius reintegratio in casu etc.

Ad I. Dub. Affirmative, et esse exequendas Litteras Apostolicas favore Sacerdotis Saporiti.

Ad II. Affirmative, et manutentionem dandam esse favore Sacerdotis Saporiti.

JANUEN. JURIS ELIGENDI, ET ADHIBENDI NOTARII. Gravissima orta est quæstio inter Archiepiscopalem Januensem Curiam, et Pro Synodalem Judicem Joannem Baptistam Bernardum Gandolfo a SSmo tanquam appellationis Judicem in Causa Sacerdotis Ginocchio delegatum, utrum is Notarium Laicum, nullaque Apostolica auctoritate creatum, assumere posset posthabito Cancellario Archiepiscopali: Jura siquidem Archiepiscopalia læsa existimavit Promothor Fiscalis, et ad ea tuenda Vicarius Generalis monuit Judicem Gandolfo, ne vel in hac, vel in aliis deinceps delegandis Causis nullius alterius Notarii opera uteretur, præterquam Cancellarii Archiepiscopalis, utque huic traderet conscripta acta a Laico Notario Josepho Falcone, quem sibi elegerat. Protestationem tamen Judex ad Curiam Archiepiscopalem transmisit, qua „ *praedictas inhibitionem,* „ *et injunctionem* (verba sunt ipsius) *Apostolica,* „ *qua fungimur auctoritate tamquam omnino attentatas contra jus omne, et juris ordinem, irritas, cassas, prorsus declaramus, sicut irritamus, cassamus, ... et proinde in dicta Causa decernimus* „ *procedendum ad ulteriora, prout partibus instantibus procedimus, utendo semper Ministero Notarii* „ *a nobis electi.* *Sess.22.cap.10. de Reform.*

Promothor tunc Fiscalis Sacræ Congregationis opem, au-

auctoritatemque imploravit ; reque ad Santissimum delata ex ipsius audientia rescriptum prodiit , quo fuit Eminentissimi Archiepiscopi exquisitum votum, ut audito præsertim in scriptis Sacerdote Gandolfo transmissa copia Brevis ejus delegationis, referret de Causis electi Notari Laici , exclusis Officialibus Curiæ Archiepiscopalis , de consuetudine quoad præteritum , atque interea auctorante Santissimo cursus causæ suspensus fuit , cujus Gandulpho commissa fuerat delegatio .

Ea , qua pollet diligentia , ac sedulitate Emus Archiepiscopus singulis satisfecit , additque Promothoris Fiscalis tum in jure , tum in facto observationes , et quandam Sacerdotis Ginocchio tamquam *interesse habentis* epistolam , in qua Cancellarium Episcopalem sibi suspectum traducit , ac juramento confirmat . Vicarius e converso in sua informatione hæc habet = „ Presbyter Jacobus , Antonius Albertus Ginocchio , „ qui Breve appellationis obtinuerat ne cogitabat quidem uti opera dicti Laici Notarii , sed ut morem „ gereret eidem judici id exoptanti , prout mihi fassus est , comparere non renuit coram dicto Notario Laico. Altera autem pars adversa male id ferens noluit omnino coram dicto Notario comparere ; quin imo eumdem judicem pro hac nova „ electione Notarii Laici in suspectum allegavit = Hisce in facti specie prænotatis , quæ ex utraque parte afferuntur breviter exponam , quibus nonnulla ex officio addenda censeo .

Ut jus suum tueatur Judex Gandolfo ex triplici capite defensionem desumit ; nimirum *ex* consuetudine, *ex* Canonici juris sanctionibus , et *ex* ipso Delegationis Breve . Quod ad consuetudinem attinet , nonnullos in medium affert observantiæ actus . Anno siquidem 1780. prætermisso Cancellario Curiæ Archiepiscopalis exhibitum fuit Notario Dominico Asserto Breve Delegationis Apostolicæ super Causa Sacerdotis Josephi Marrè , cui impositus fuit finis anno 1787. coram delegato Judice Pro-Synodali Lanzotti . Anno 1785. eidem Notario Asserto aliud præsentatum fuit Breve Delegationis coram Judice Bianchi in Caussa Ca-

Capo, et Maschio. Eodem anno nova Brevis exhibitio eidem Notario Assereto peracta fuit in Causa Pecunia, et Cecchini coram Camusci Judice Delegato: Idemque præfato Notario Assereto evenit Anno 1791. in Causa utrinque Delfini coram Joanne Baptista Gandolfo. Eodem modo Notario Josepho Assarotti annis 1792. in Causa Tagliaferri coram Bianchi, et et 1793. in Causa Villa, et Peirana coram Gandolfo exhibita fuere Brevia Delegationum. Idem peractum est anno 1794. tum erga Notarium Antonium Marcenaro, tum erga Aloysium Castiglione: quæ omnes Brevium exhibitiones, et Actorum conscriptiones a Notariis Laicis exaratas, omisso Cancellario Archiepiscopali Januensi, patent ex juratis, quas exhibuit, Notariorum attestationibus. Quin imo idem Sacerdos Gandolfo anno 1816. in causa sibi delegata inter Thomam Saporiti, et Andream Antonium Marchesi Cancellarium Archiepiscopalem a se jam electum ad conscribenda acta dimisit, aliumque subrogavit Notarium Emanuelem Arata. Cum autem magna sit consuetudinis vis *ex tex. Cap. licet Romanus Pontifex* 2. *de consuetudine in* 6.=*Cumque ea quae longa consuetudine comprobata sunt non minusquam ea quae scripta sunt* jura *servantur* =. *Ex L. sed et ea* 34. *ff. de Legib. et Senat. C.*, cumque tandem hæc omnia eo magis locum habeant in consuetudine, quæ non est *novi juris inductiva*, *sed tantum veteris interpetrativa*; sequitur hinc, consuetudinem tot actibus comprobatam utendi Notariis Laicis omisso Cancellario Archiepiscopali reprobari non posse.

Ad Juris Canonici dispositionem gradum faciens adducit Textum in Cap. *Praeterea super hoc* 5. *de off. et potest Jud. deleg.* in quo enumerantur facultates, quibus fruitur Apostolicus delegatus *etiam si litteræ commissionis id non contineant*; cujus quidem rei ibi ratio redditur hisce verbis = *quia ex eo quod Causa sibi committitur super omnibus, quae ad Causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem* = Cum vero electio, et adhibitio Notarii ad Causam ipsam spectare noscatur, hinc argumentatur, quod etiam quoad illius electionem plenariam delegatus recipiat potestatem.

 Ita

Ita Ferrarius ait in Bibl. Can. verbo *Notarius num.54. et verb. Conservatores art. 2. num. 22.* Conservatores Regularium, qui sunt Delegati Apostolici: *non tenentur uti Notario Curiae Episcopalis, sed possunt assumere quemcumque Notarium sibi benevisum* = Ita S. Congregatio in *Faventina Jurisdictionis* inter Episcopum, et Ordinem Hierosolymitanum; Cum enim in V, Dubio propositum fuisset, utrum Conservator Apostolicus Delegatus *erigere valeat Tribunal, et assumere Ministros, ut puta Notarium . . . sive potius uti debeat Officialibus Curiae Episcopalis,* licet consideret Episcopus, ut narrat Card. de Luc. disc. 4. de jurisd. n. 14. *responderi debere pro necessitate assumendi illum* (nempe Notarium) *fori Episcopalis ob quasdam declarationes S. Congregatis relatas per Garantum in manuali Episcoporum,* re nihilominus mature perpensa, die 17. Decembris 1667. responsum fuit a S. Congregatione = *quoad Tribunal negative, quo vero ad Notarium posse ad sui libitum assumere* =

Addit postremo verba Brevis delegationis nimirum = *ut authoritate nostra prout de jure cognoscas, decidas, ac termines, Nos enim tibi caetera in praemissis necessaria, et opportuna faciendi, gerendi, exercendi plenam, et liberam licentiam . . . concedimus, et impertimur* = Ex quibus argumentatur potestatem etiam Laicum eligendi Notarium implicite sibi fuisse impertitam.

In singula tamen Promothor Fiscalis animadvertit. Et *primo* quidem consuetudinem respuendam esse censet. Contra enim resolutionem a S Congregatione anno 1656 editam *in Alben.* diei 15. *Januarii* quæ plenum Januæ sortita est effectum, donec luctuosissimis Ecclesiæ temporibus Ecclesiastica jurisdictio exerceri potuit, nihil valet consuetudo 14. annorum, scilicet ab anno 1780., usque ad annum 1794. *Secundo* ait Promotor in Notariorum attestationibus clare affirmari, eam partem, quæ delegationis breve impetraverat, illud exhibuisse Notariis Laicis posthabito Cancellario Archiepiscopali; nunquam vero Judices delegatos eos sibi eligisse, ex quo inferri tantum posset impetrantes Brevia delegationis facultate potiri quemlibet

libet Actuarium Notarium eligendi, nunquam vero concludi posset hac potestate donari ipsum Delegatum. De hac re referam quæ S. M. Benedictus XIV. habet in Synodo Diœcesana lib. 4. Cap. 5. num. 7. = *Neque a Judicibus Synodalibus eligendis Episcopos removeri debet timor, ne illi quoddam quasi tribunal erigant, quasi aliquam jurisdictionem statim adepti essent: Nam Sacra Congregatio Concilii in Causa JANUEN. die* 15. *Martii* 1601. *lib.* 9. *decret. pag.* 134. *jam statuit: PERSONAS DESIGNANDAS IN SYNODO EX CAP.* 10. *SESS.* 25. *ANTE DELEGATIONEM NULLAM HABERE JURISDICTIONEM: quin immo, ut omnem ab illis arceret ambitionem ostentandi tribunal proprium cum propriis administris, eadem Sacra Congregatio* in Causa ALBEN. die 15. *Januarii* 1656. *lib.* 19. *decretor. pag.* 554. *a terg. dixit*. IN HUJUSMODI APPELLATIONUM CAUSIS, AD JUDICES SYNODALES DELATIS, ADHIBENDOS ESSE NOTARIOS CURIAE EPISCOPALIS =: Quod adeo verum est, ut electio Notarii Emanuelis Arata in delegata Causa Marchesi, et Saporiti facta ab eodem judice Gandolfo, dimisso Cancellario, impugnata fuerit a Curia Archiepiscopali ex decreto Archiepiscopi Lercari, quo præceptum fuerat, ut Causæ delegatæ coram Cancellario Archiepiscopali actitarentur; perperam hinc ad consuetudinem adstruendam factum proponit, quod acriter fuit impugnatum.

Tertio: dum stabat Respublica Januensis, Senatus concedebat Notariis facultatem, quam petebant, acta appellationum exarandi; et in Statuto sub rubrica *de Notariis Actuariis*, concedebatur reo convento, vel appellato potestas postulandi remotionem suspecti Actuarii, et subrogationem alterius; hodie vero ex Regiis legibus Notarii, qui instrumenta stipulantur, nullo modo possunt acta judiciorum conficere, cum id ad illorum tantum Tribunalium Secretarios pertineat, coram quibus lis exercetur; ac proinde admissa etiam antiqua consuetudine ex iis, quæ nunc vigent, Regni legibus, nullam nunc illa haberet vim. Cum autem Judex delegatus *ex capite* 11. *de probat.* adhibere debeat *personam si potest publicam*, cum-

 que

que Januensibus regiis Notariis hodie desit auctoritas acta judicialia scribendi, sequitur adhibendum esse Cancellarium Curiæ Archiepiscopalis.

Falso deinde expositum fuisse contendit, consuetudinem, de qua in themate, esse præexistentis juris *interpetrativam* cum sit omnino *contra jus*. Cum enim ex S. hujus Congregationis Resolutiones, quæ tamquam generales declarationes eduntur, vim habeant legum Ecclesiasticarum, et ut tales observari debeant juxta *Card. de Luc. in Relatione Curiae Romanae disc.* 15. *num.* 17. cumque definiverit S. Congregatio Judices Synodales in Causis delegatis non posse uti Notariis Laicis, sed adhibendos ab iis *esse Notarios Curiae Episcopalis*; sequitur consuetudinem, quæ cujuslibet Notarii operam inducit, esse contra præfatam resolutionum S. Congregationis censuram, ac proinde *contra Jus*.

Ad jus autem commune, quod attinet, quamvis amplissimæ dentur facultates Delegatis Apostolicis *in capit. praeterea* 5. *de Off. et pot. Jud. del.* Attamen nunquam ipsis concessam fuisse legitur potestatem creandi Actuarios Notarios. Judiciorum enim tantum commodo, et ad removendas longe absentium partium falsitates Judices Delegati fuere instituti; quique designari debent a Synodis Diœcesanis, et provincialibus; vel ab Episcopis *ex Conc. Trident. Sess.* 25. *Cap.* 10. quibusque postea a Sede Apostolica Causæ delegantur. Præterea *si ex Cap. Quoniam contra de probation.* adhiberi debet in judicio, *publica si potest persona, aut duo viri idonei*, ad Episcopum pertinet etiam tam quam Sedis ApostolicæDelegatum Notariorum etsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creatorum idoneitatem, scientiamque scrutari, iisque non idoneis repertis ut vel ad tempus, vel in perpetuum suspenderentur a Causis Ecclesiasticis, et Spiritualibus ab Episcopo voluit S. Tridentina Synodus *Sess.* 22. *cap.* 10. *de Reform.* proindeque nullus Delegatus adhibere potest Notarium, ab Episcopo non approbatum.

Nullimode tandem obesse putat Resolutionem a S. Congregatione *in Faventina Jurisdictionis* 15. *Decembris* 1666. cum ibidem agatur non de delegatis ad Causam,

sed

sed de Conservatoribus ad Regularium jura contra Forum Episcopale defendenda destinatis, quos proinde æquum est, ut non utantur Notariis Episcopalibus, quos familiaritatis, et affectionis erga proprium Episcopum præsumptio non immerito suspectos reddit. Hactenus Promotor Fiscalis.

Videant nunc Emi Patres pro eorum sapientia, quanti sit ponderis consuetudo, quam in sui præsidium adducit Judex Prosynodalis. Etenim consuetudinis, ususque longævi non vilis authoritas est *Cap. cum consuetudinis hoc tit.* = *Verum non usque adeo* (est) *valitura momento, ut rationem vincat, aut legem Can. Consuetudinis. dist.* 11. Ut enim consuetudo valeat debet esse rationabilis, et non contra utilitatem Ecclesiæ: *ut ait Glossa in cap.* 1. *de consuetudine, et cap* 7. *eodem.* Animadvertendum etiam in consuetudine, quæ jure communi præjudicat præter spatium quadraginta annorum requiri, ut qui ea usus est intenderit, et crediderit se jus habere etiam in posterum eos actus exercendi, alias ea consuetudo non prodest *ex gloss. in cap. Cum tanto de consuet.* §. *Legitime*: et *ex cap.* 7. non enim inducunt consuetudinem actus mere facultativi etiam quovis tempore continuati ut docet *glos. in cap. Abbate* 25. *de verb. signifcat.* Garcias de *Benefi. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 88. et firmavit S Congregatio *in Albinganen. Capellaniae* 19. *Septembris proxime elapsi anni*.

Quo vero ad definitiones S: Congregationis constat ex lib. 13. Regestr: decret. Fol. 347. in *Pistorien.* 31. *Novembris* 1627. ita respondisse = *Sacra etc. censuit Episcopum non potuisse praecipere, ut Judices Synodales in Causis, sibi delegatis uti tantum debeant opera Notariorum Curiae Episcopalis* =, huicque Resolutioni adhærent *Ferraris Biblioth. etc. Tom.* 6. *verb. Notarius num.* 49. *et Piton constit. et decision. ad Episcopos tom.* 1. *num.* 982. *Nicolaus Hoscul. verb Jud. n.* 25. Verum Eadem Sac Congregatio in *Alben.* 15. *Januarii anno* 1656. interrogata ab Episcopo hisce verbis = *quaerit Episcopus, an in causis Ecclesiasticis appellationum coram Judicibus Synodalibus agitatis*

assu-

assumi debeant Notarii laici, *seu potius Notarii Tribunalis Ecclesiastici* = dicta die = *Sacra etc. respondit in hujusmodi appellationum causis ad Iudices Synodales delatis adhibendos esse Notarios Curiae Episcopalis* = Anno vero 1667. die 17. Decembris eadem S. Congregatio *in Faventina jurisdictionis* decrevit = *Conservatores Regularium posse ad sui libitum Notarium assumere*= De *Albensi* quid sentiatSum. Pontifex Benedictus XIV. in Synodo Diœcesano superius retuli.

Vestræ nunc sapientiæ erit decernere an resolutio data potius in *Pistorien.*, vel potius in *Albensi* sit præferenda, et utrum *Faventina* quæ Conservatores respicit ad Judices Synodales extendi possit. Videndum præterea an, quæ in Decretalibus statuuntur quoad potestatem Judicis Delegati, includant etiam facultatem eligendi quemlibet Notarium. Licet autem Barbosa in Vot. 126. num. 204. quærens an *Judex Delegatus possit ad sui libitum mutare Notarium*, respondeat, *Posse*, *licet secus sit in Ordinario*, idque adductis doctoribus probet,perpendendum tamen utrum hæc mutatio fieri debeat de Laicis in Ecclesiasticos, ac Episcopales; seu potius e converso.

Dubium erit

An Judici Pro-Synodali Joanni Baptistae Bernardo Gandolfo tamquam Delegato Apostolico in Causa sibi commissa jus competat eligendi, et adhibendi Notarium Laicum, posthabito Cancellario Curiae Archiepiscopalis in casu etc.

Negative.

VA-

VALENTINA SERVITII CHORI. In Metropolitana Ecclesia Civitatis Valentiæ Regni Hispaniarum pervetusta olim consuetudo vigebat, qua Beneficiati quotidiano Chori servitio tenebantur nullis admissis vacationibus. Cum vero continuum hujusmodi Chori Servitium nimis grave, ac laboriosum videretur aliquod levamen Beneficiati exorarunt a S. M. Clemente XIV., qui eorum Postulatis benigniter indulgens: ut unusquisque per duorum mensium spatium in unoquoque Anno a Choro abesse posset sub die 7. Septembris 1772. concessit, exceptis nihilominus diebus Dominicis, aliisque Festis de præcepto, nec non Adventu, Quadragesima, et Octava tum Nativitatis, tum Festi Corporis D. N. I. C. et interim omnes fructus, quotidianasque distributiones perciperet. Ita tamen, ut duæ ex tribus partibus Beneficiatorum semper pro Chori Servitio remanerent. *Sess.*24.*Cap.*12 *de Reform.*

At vero cum ab hoc vacationum Indulto dies Dominici, cæterique Festi excludantur oporteatque eo uti diebus tantum Ferialibus, haud satis visum est, ut Beneficiatis continuo, assiduoque totius Anni servitio mancipatis levamen afferret; hinc novas illi SSmo Domino Nostro preces dederunt postulantes, ut amplietur Indultum ad Dominicos, cæterosque dies Festos spatio duorum mensium vacationum incidentes, exceptis tamen Adventu, et Quadragesima, Nativitate, et Festo Corporis D. N. J. C. cum eorum Octava, Festo Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Assumptionis B. M. V. Metropolitanæ Valentinæ Ecclesiæ Titularis, nec non officiis Matutinis, quæ de media nocte recitari consuescunt.

Nec solum quoad servitium Chorale remissionem exorarunt, sed insuper ut tempore concessæ vacationis = *abbiano la stessa elemosina delle Messe, che godono nel tempo della loro residenza, senza il quale ajuto appena possono sostentarsi*.

Super his novis precibus postulavi ab Archiepiscopo, ut audito Capitulo referret de vera necessitate, et consuetudine in aliis Ecclesiis, ac utrum ex petita Indulti ampliatione Ecclesiæ cultui, vel Populi comodo præjudicium timeri posset. Quid de singulis in sua

sua Informatione referat habent EE. PP. in hæc verba „ Capitulum cujus sententiam , ut mihi injungi-
„ tur , exquisivi , neque Populi commodo , neque
„ cultui Ecclesiæ præjudicium inferri judicat ob am-
„ pliationem talis gratiæ cum dictis exceptionibus ,
„ dummodo non omnes simul ac semel eadem fruan-
„ tur , sed tantum tertia eorum pars qui Choro ha-
„ bitualiter assistant , secundum laudabilem praxim
„ hujus Metropolitanæ Ecclesiæ , et insuper a dicta
„ ampliatione vacandi a Choro in diebus Festis ex-
„ cludantur qui in Civitate commorantur , eo quia
„ cum ad Festorum sanctificationem teneantur , vi-
„ detur , non aliter melius huic obligationi satisface-
„ re posse quam divinis Officiis assistendo , cui Capi-
„ tuli sententiæ libenter subscribo .
„ Consuetudines aliarum Ecclesiarum Capitulum igno-
„ rare fatetur ; Verum , quæcumque illæ sint , cer-
„ to scire , omnes Ecclesias deberi se conformare Ma-
„ trici in usibus , et consuetudinibus laudabiliter in-
„ troductis ; pro ut sic habetur in Sacris Canonibus ,
„ et præcipuæ in venerandis nostræ Ecclesiæ Hispa-
niensis ,

Pro eo quod spectat ad ampliationem Indulti de quo agitur *in 1. dubio* ita statuit SS. Tridentina Synodus *Sess. 24. Cap. 12. de Reform. = Obtinentibus in Cathedralibus , aut Collegiatis dignitates Canonicatus , Praebendas , aut portiones , non liceat vigore cujuslibet statuti , aut consuetudinis ultra tres Menses ab iisdem Ecclesiis quolibet Anno abesse ; Salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus , quae longius Servitii tempus requirunt .* Ingenue fatentur Oratores ante Annum 1772. quo ad Summum Pontificem S. M. Clementem XIV. recursum habuerunt quotidianum fuisse servitium , cujus cum nulla initii extet memoria , dici debet eam fuisse Ecclesiæ Valentinæ constitutionem , quam Tridentina Synodus servari omnino præcepit in loco superius laudato . Hinc si nullæ vacationes ab antiquis temporibus debebantur Oratoribus , dicendum videtur jam satis Apostolica Indulgentia eorum levamini succursum fuisse , dum , Clemens XIV. bimestrales exemptio-

ptiones concessit, ut ab iis eximerentur dies Dominici, ac Festi.

Attamen haud spernenda videtur, eorum opinio, qui sentiunt Tridentinam Sanctionem respicere ad eas Ecclesiarum constitutiones, quæ minores Trimestri vacationes concedunt, non vero ad illas, quæ continuum, et nunquam interruptum servitium præscribunt, in quo præsertim casu succurrendum sit nimio oneri per Laudati Decreti indulgentiam. Ita sentit *Garz. de Benefic. par.* 3. *Cap.* 2. *num.* 64. *Monet = de distribut. quotid. part.* 2. *quaest.* 12. *num.* 55. *et Benedictus XIV. quaest. Canonic.* 292. §. *Haec procedunt.*

Hinc si placeat EE. Patribus, quibus Sacrorum Tridentini Canonum interpetratio commissa est, decernere quod Valentinæ Ecclesiæ Capitulo competerent ex *Capite* 12. *Sess.* 24. *de Reform.* Vacationes trimestrales, jam nulla erit difficultas extendendi concessum jam a S. M. Clemente XIV. Indultum cum addita etiam vacatione in diebus Dominicis, ac Festis haud impleretur trimestralis Circulus. Si vero contrariam inierint sententiam, tunc satis erit provisum ex gratia quod ex jure minime debebatur.

Quamvis secus ab hac juris Canonici quæstione animadvertant, utrum ex rationibus, quæ in superius relata Archiepiscopi relatione asseruntur, sit Oratorum petitioni indulgendum iis adjectis conditionibus per quas Ecclesiæ servitium, cultus que divinus nullum patiatur detrimentum, ut *in Alexandrina Servitii Chori* 19. *Junii* 1790. *in Oriolen.* 6. *Februarii* 1791.

Quo vero ad stipendium Missarum, de quo agitur in II. dubio, sat erit referre rationum momenta, quæ hinc inde collegit in sua Informatione Archiepiscopus.
„ Ad stipendium Missæ quod attinet, inquit Laudatus
„ Præsul, Capitulum exponit, quod secundum de-
„ cretum Francisci Fabian et Fuero hujus Diœcesis
„ Archiepiscopi datum 28. Septembris Anni 1779.
„ Beneficiati tempore vacationis non habent jus,
„ nisi ad celebrationem viginti Missarum cum elee-
„ mosyna sex solidorum, seu quatuor regalium cum
„ dimidio pro unaquaque, cujus quidem Decreti
„ observantia, Capituli judicio evadit ad præsens

„ tanto magis necessaria, quanto Bona, et opes ad
„ hoc destinata, magna ex parte ab alienata fuere,
„ et Charitas Fidelium refrigescit: Quapropter si
„ absentibus, ac celebrantibus, extra Ecclesiam da-
„ retur pro Missa idem stipendium sex Regalium æque
„ ac presentibus, et intra Ecclesiam celebranti-
„ bus evenire posset, ut per aliquod Anni tem-
„ pus eleemosyna non sufficeret ad omnes Beneficia-
„ tos, et sic contra æquitatem anticiparetur hæc sti-
„ pendii carentia Residentibus in Ecclesia.
„ Beneficiati e contra (pergit Archiepiscopus) asserunt
„ numquam fore, ut stipendia Missarum deficiant
„ præcipue si solum ipsis, ut par est reserventur,
„ non vero extraneis elargiantur. Quod attinet ad
„ citatum decretum nullius esse roboris dicunt a die
11. Septembris 1804. in quo Joachim Company præ-
„ decessor meus aliud expedivit decretum statuens
„ eleemosynam Missæ computandam esse in partem
„ essentialem eorum congruæ substentationis. Ex his
„ inferunt Beneficiati tempore vacationis sibi deberi
„ idem stipendium pro Sacro, ac si essent in Eccle-
„ sia, cum virtute Indulti Clementis XIV. percipere
„ debeant omnes reditus, et distributiones quotidia-
„ nos, quæ constituunt eorum congruam substen-
„ tationem. Ego vero ista præ oculis habens, et at-
„ tenta Beneficiatorum inopia ob sui Annui reditus
„ tenuitatem nullum inconveniens, aut præjudicium
„ puto emersurum, ex quo precibus Oratorum su-
„ per hoc indulgeatur, dummodo ut dicitur stipen-
„ dia Missarum abundent ad omnes, et insuper
„ SSmus Dominus Noster dignetur dispensare super
„ localitate celebrationis.

Quibus perpensis dignentur EE. Patres dirimere dubia quæ proponuntur.

I. *An, et quomodo concedenda sit ampliatio Indulti S. M. Clementis XIV. in casu etc.*

II. *An, et in quo numero concedenda sit tempore vacationum Beneficiatis celebratio Missarum extra Metropolitanam in Casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative juxta Votum Archiepiscopi.
Ad II. Dilata, et scribatur Archiepiscopo ad mentem.

SE-

SENOGALLIEN INCOMPATIBILITATIS = Priusquam diem videret extremum Joseph Zoppini ex Oppido S. Viti Senogallien. Diœcesis condito testamento Anno 1734. septem instituit Laicàles Capellanias in Ecclesia S.Joannis Evangelistæ dicata ad Ven.Sodalitium SSmi Sacramenti spectante, illarumque nominationem tribuit ipsius Oppidi Comunitati. Singulis Capellanis onus injunxit celebrandi in qualibet hebdomoda tres Missas, unam in die Dominica, alteram in Feria V., tertiam ad libitum; nec non interveniendi supplicationibus Sanctissimi Sacamenti in qualibet tertia Dominica Mensis, et infra Octavam Corporis Christi, assistendi cæteris Sacris functionibus in Ecclesia ejusdem Sodalitii peragendis. *Sess.7.cap.2. et 4. de Reform.*

De jure vero Patronatus passivo ita disposuit „ Vuole „ detto Sig. Testatore, ordina, e commanda che con„ correndo a qualcuna delle suddette Cappellanie „ qualche Prete Sacerdote di Casa Zoppini suo con„ sanguineo, ovvero Figliuolo, e discendente della „ Casa Zoppini per linea Mascolina solamente, il „ quale fosse di buona vita, e costumi, quello deb„ ba detta Communità nell'elezzioni preferire ad „ ogni altro Sacerdote concorrente, come adesso per „ allora detto Sig. Testatore independentemente pre„ ferisce, e nomina.

„ Item detto Sig. Testatore intende, e vuole, ed asso„ lutamente commanda, che se vi sarà qualche Chie„ rico di Casa Zoppini come sopra, e questo non „ avrà sufficiente Patrimonio debba il detto Chie„ rico esser preferito dalla molto Illustre Commu„ nità nell'elezzione ad ogni altro Sacerdote concor„ rente per esser promosso al primo Ordine Sagro, „ come adesso per allora in detto caso, e tempo „ detto Sig. Testatore independentemente preferisce „ e nomina, e sintantochè detto Chierico Suddiacono „ non celebrerà da se stesso la S. Messa, sia tenu„ to, ed obbligato far soddisfare gli Oblighi tanto „ di Messe, quanto di assistenza alla Chiesa, e Fun„ zioni, conforme sono obbligati gli altri Cappella„ ni, ma dopo eletto nominato, e giunto all'età le„ gittima di celebrare la S. Messa non facendosi Sa-

„ cerdote vuol detto Sig. Testatore, che il medesi-
„ mo dimetta la Cappellania, da essa decada, e si
„ venga dalla Communità all' Elezzione, e nomina
„ di altro soggetto in luogo di esso perchè etc.
„ Item detto Sig. Testatore dichiara, che a dette Cap-
„ pellanie possino concorrere tutti i Preti Sacerdoti
„ nativi, ed Abitanti di questa Terra indistintamente
„ tanto Arteggiani, o Contadini, purchè non siano
„ provisti di altre Cappellanie perpetue incompati-
„ bili o dalla Communità, o da Particolari, men-
„ tre quelli che sono provisti di altre Cappellanie
„ perpetue, o incompatibili vuole assolutamente sia-
„ no per sempre esclusi.

Vacante una ex hisce Capellaniis per obitum Nicolai Zoppini, cum nominationi per Communitatem factus esset locus, eam postulavit Sacerdos Andreas Zoppini, qui jam in Collegiata S. Viti Canonicatum obtinebat, et de cujus passiva vocatione nulla excitatur quæstio: Ortum tunc est dubium super incompatibilitate Capellaniæ cum Canonicatu, hinc Communitas prius quam ad legittimam deveniret nominationem preces huic S. Congregationi obtulit tria postulans in hæc verba =

1. *Se il Canonico D. Andrea Zoppini chiamato dal Testatore sia compreso nella Particola, in cui vengono esclusi quelli, che hanno Cappellanie incompatibili =* 2. *Se mai fosse compreso si domanda se i Pesi della Cappellania siano compatibili con quelli del Canonicato =* 3. *Se fosse compreso, e la Cappellania fosse giudicata incompatibile col Canonicato, si domanda se debba subito dimettere tal Canonicato, non godendone peranco pensione, o Prebenda, ovvero allora solamente quando gli venisse assegnata tal Prebenda.*

Ut quæ a Comunitate proposita sunt quæsita facilius intelligantur, notandum in *facto* est onera Canonicatus cujus titulo insignitus est Sacerdos Andreas Zoppini, esse quinquaginta Missas infra Annum, servitium Chori, et interventum in publicis supplicationibus, ac Missas Conventuales per turnum, vel per seipsum, vel per alium celebrandas soluta eleemosyna, quæque sunt circa septem intra Anni circulum. Notandum etiam hæc onera a biennio, quo Ca-

Canonicus fuit renunciatus, esse suspensa, quia a Generali Bonorum Ecclesiasticorum Administratione nondum ipsi vel pensio, vel Præbenda fuit assignata; ac demum ob præteritas rerum vicissitudines cum Clausa fuerit Ecclesia S. Joannis Evangelistæ, Sodalitium suas adhuc sacras functiones exercere in Collegiata Ecclesia.

De hisce precibus rogavi Emum Episcopum, ut auditis Publicis Repræsentantibus, Capitulo, et prædicto Canonico, referret de incompatibilitate onerum, de consuetudine quoad præteritum, et exemplis = *Publicos Repraesentantes* ita ille refert; *ad dubitandum movet praesumpta Beneficiorum incompatibilitas: Attamen re bene perpensa videtur mihi quod hujusmodi dubitationis titulus evanescat. Primo quidem, eo quod Capellaniae Auctor, ne dum Parentes extraneis preferri statuit, sed illorum favore quamlibet etiam incompatibilitatem, qua nominationem extraneorum ligat, eliminare dignoscitur. Eo magis vero si spectetur, quod rigorosa incompatibilitas in praesenti casu non appareat. Non enim hic haberetur conjunctio duorum Beneficiorum (quorum onera caeteroquin prorsus incompatibilia non perspiciuntur) sed conjunctio Beneficii residentialis cum Capellania Laicali; et propterea incompatibilitas praesumpta circa materiam beneficialem non versatur, eoque minus si de Beneficiis residentialibus sermo sit. Hujusmodi autem genus incompatibilitatis Canonistae non agnoscunt. Nulla insuper praesens fit in contrarium consuetudo. Tandem nec exempla favorabilia desunt. Nam quidam de Familia Zoppini detentor Capellaniae SSmi Rosarii, et quidam alius de eadem gente in praedicta Collegiata Ecclesia Mansionariatum habens, fuerant utrique ad Capellaniam Zoppini nominati. Quae omnia ex allatis Foliis a Canonico Zoppini, quae Eminentiis VV. humiliter exhibeo, perspicue patent. Inferendum igitur ex dictis videtur, quod Canonicus Zoppini, ut Capellaniam adire, et Canonicatum valeat retinere.*

Quæritur de incompatibilitate vel ex jure, vel ex voluntate Fundatoris, vel ex annexis oneribus. *Ex jure* quia sunt duo Beneficia, ut ajunt, sub eodem te-

tecto, quatenus Laicalis Capellania Zoppini vere Beneficium Ecclesiasticum dici queat, cum desint tabulæ erectionis, ex quibus erui possit, utrum Ordinarii intercesserit Auctoritas, quæ necessario requiritur, ut sæpe respondit S. Congregatio, ac præsertim in *Urbinaten. seu Ariminen. Capellaniae* 3. *Februarii* 1753. At animadvertendum est Capellanias reapse fundatas ex voluntate Testatoris fuisse in Ecclesia Sodalitii SSmi Sacramenti; quod sodalitium aliquot tantum ab hinc Annis sacras exequitur Functiones *per modum provisionis* in Ecclesia Collegiata.

Ex voluntate Fundatoris deducitur incompatibilitas, quia dum ad nominationem invitavit = *tutti i Preti Sacerdoti nativi*, *ed Abitanti* = conditionem expressam adjecit = *purchè non siano provisti di altre Cappellanie perpetue incompatibili*, *o dalla Comunità*, *o da Particolari*, *mentre quelli*, *che sono provisti di altre Cappellanie perpetue*, *o incompatibili vuole assolutamente siano per sempre esclusi* = Porro Fundatorum voluntates non evertendas, sed servandas omnino esse statuit Text. in Can. *Ultima voluntas* 13. *quaest.* 2. et docuit S. Congregatio *in Pharaonen. Applicationis* 27. *Aprilis* 1791. *et in Faventina commutationis voluntatis*, *et applicationis* 18. *Augusti* 1792. Verum enim vero ubi una, alteraque vice, ac in separata prorsus oratione Testator vocavit = *qualche Prete Sacerdote di Casa Zoppini* = nulla excidit mentio Incompatibilitatis, nec unquam illos de Familia, quos cæteris omnibus præferri voluit, a consequenda nominatione repulit, si alia potirentur Capellania, Unde colligi videtur hac conditione alligare noluisse Sacerdotes, vel Clericos ex sua Familia Zoppini, erga quam major dilectio præsumi debet, ex notissima regula, quod si ubi voluit expressit, ergo ubi non expressit non voluit.

Onera Cappellaniæ, et Canonicatus superius retuli: unde facile colligi posest, an talia sint, quæ nullo pacto vitandam inducant incompatibilitatem.

Vestrum erit EE. Patres statuere an talis sit incompatibilitas ut nequeat Canonicus Zoppini ad Capellaniam nominari vel obtenta nominatione cogatur Cano-

nonicatum dimittere, quia simul consociari nequeunt. At nec prætereundum est nullum prorsus fructum, redditumque percipi ex Canonicatu, ac proinde Sacerdotem Zoppini ad illius onera adimplenda minime teneri, donec aut Præbendam, aut illius loco Pensionem obtinuerit. Hinc EE. PP., quatenus ipsis arrideat sententia pro incompatibilitate, decernere dignentur, utrum durante suspensione onerum, suspensus pariter maneat Incompatibilitatis effectus, vel nunc pro tunc sit consulendum SSmo pro illius dispensatione.

Dubia proponiuntur,

I. *An Sacerdos Andreas Zoppini, quamvis Canonicus in Collegiata S. Viti nominari possit ad vacantem Capellaniam Zoppini in Casu etc.*

II. *An onera tum Canonicatus, tum Capellaniae sint inter se incompatibilia in Casu etc.*

Et quatenus affirmative

III. *An durante suspensione onerum Canonicatus possit illum retinere una cum Capellania in Casu etc.*

IV. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in Casu etc.*

Non proposita cum sequen.

JANUEN CAPELLANIARUM Maria Antonia Cestino anno 1751. Capellaniam instituit in Ecclesia Parochiali SS. Nicolai, et Erasmi super quibusdam fundis annui redditus, detractis oneribus, Scutorum circiter. 15. quæ juxta mentem Testatricis integre impedenda essent pro Sacrorum celebratione. *Sess. 25. Cap. 4. De Reform.*

Alteram pariter Capellaniam instituit Laurentius Maria Cestino anno 1771. cum dote cujusdam terræ vitibus, ac arboribus consitæ, quæque usque ab anno 1793. in perpetuum locata est Jacobo Justi pro an-

annuo Canone Scutorum 23. 06. et hæc summa pariter impendenda est pro Missis celebrandis.

Harum Capellaniarum redditunm administratio, ac Capellanorum electio ex Fundatorum lege concredita est Archipresbytero pro tempore dictæ Ecclesiæ Parochialis, cui etiam jus tributum est dictos Capellanos ad nutum amovendi. Additum insuper est in utriusque Capellaniæ fundatione quoad jus Passivum, ut si qui unquam fuissent de Familia Cestino, ad implementum operum, sive ad satisfactionem Missarum vocati censerentur.

Franciscus, Joseph, Joannes, Achilles, et Magdalena una cum Matre Vidua Francisci Cestini, cum sint de Familia Testatorum, et passive vocati ad explenda opera Capellaniarum, cumque gravi præmantur inopia, postularunt ne dum Missarum reductionem, sed etiam Capellaniarum suspensionem, ut ex illarum redditibus aliquod miserrimæ vitæ subsidium consequi possint.

Favet postulationi Emus Archiepiscopus, ad quem remissæ fuerunt preces, ut de iis audito Archipresbytero, qui contrariam tenet Sententiam, referret. *Oratores* (ait) *certe pauperes sunt, prout ex attestatione Parochi mihi constitit, et ad comparanda quae sunt ad vitam necessaria omnino impotentes, pro quibus alendis matris cura, et industria minime sufficit.*

Sunt denique nedum de Familia testatorum, sed etiam passive vocati ad explenda onera Capellaniarum quandocumque Sacris Ordinibus initiarentur.

Cum itaque sint Oratores in hisce rerum circumstantiis constituti, ac cum de gravi eorumdem angustia agatur, Apostolicam Indulgentiam mereri videntur. Saepe enim S. haec Congregatio in similibus casibus Capellaniarum mera pro aliquo tempore suspendenda decrevit, ut inopiae Propinquis Fundatorum aliquo modo consuleretur.

Sane Capellaniæ nominationem suspendere secumfert Piorum Fundatorum voluntatis immutationem, contra quam pugnant SS. Ecclesiæ Canones, quibus jubetur, ut Testatorum placita tamquam leges serventur, *prout ex Trident. Sess. 22. Cap. 6. de Reform. Clementin. quia contigit de Religiosis Dom. Felin. Cap.*

Cap. Constitutus num. 14. *de rescriptis. Discurs.* 265 *num.* 10. *S. Rota decis.* 88. *num.* 11. *cor. Crispo, et S. Congregatio in Pistorien Commutationis Voluntatis* 3. *Augusti* 1734.

Nonnulla tamen adduci possunt, quæ petitæ suspensionis gratiæ viam sternere posse videntur. Ac præ primis occurrit supplicantium propinquitas, et Passiva vocatio ad dictas Capellanias, eorumque urgens egestas. Porro nihil magis naturali charitati, nihil magis sanguinis vinculo congruum videtur, quam quod Testatores, qui semper in dictis Capellaniis præseferre propinquos voluerunt, eorum inopiæ etiam succurrere voluerint *Mant. de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 16., *et seq. Rota in decis.* 98. *num.* 4. *coram Durant, et in Perusina subsidii Dotalis* 2. *Maii* 1702. §. 3. *coram Scotto*.

Hinc præsumpta occurrit Testatorum voluntas, ut non extantibus in Familia, qui idonei sint ad Capellanias consequendas redditus convertantur in sublevandam Consanguineorum inopiam quos verosimile est chariores habuisse, quam Capellanos extraneos sub lege amovibilitatis vocatos, *ut post Text. in Cap. Pervenit de jure Patron. tradit Amostaz. de Causis piis lib.* 1. *num.* 14. Cui præsumptæ voluntati Testatorum accedit juris dispositio, quæ sicuti opitulandos esse jubet Patronos Pauperes ex redditibus beneficii *in Can. Decernimus.* 16. *quaest-* 7. *et in Cap. Nobis de jure Patronatus*, ita etiam eorum hæredibus, et consanguineis Testatoris prospexit in *Toletana Synodo Can*. 38. *relat. in Can. Quicumq. Caus.* 16. *quest.* 8. *Rot. apud Piton. de Controver. Patron. allegat.* 46. *num.* 66.

Acriter tamen Oratorum instantiæ sese opponit Archipresbyter, non solum quia nunc nulla ex dictis Capellaniis sit vacans (Missæ enim ab ipso Archipresbytero celebrantur) sed etiam asserens Missarum suspensionem Ecclesiæ cultui, et Populi comodo præjudicium esse allaturam. Non enim agitur de subsidio assignando Propinquis Testatorum ex superextanti redditu deductis oneribus, sed de convertenda Missarum eleemosyna in illorum utilitatem,

Eo itaque redit difficultas, num Consanguinei tanta premantur inopia, ut sublevanda, sit ex suspensione Cappellaniæ. Emus Archiepiscopus testatur de paupertate Oratorum, et de impotentia ad comparanda, quæ sunt ad vitam necessaria; Testatur etiam esse de Familia Testatorum, et passive vocatos ad explenda onera Capellaniarum, quandocumque Sacris Ordinibus initiarentur. Quin etiam cum S. Congregatio ut maturius procederet requisierit, ut Oratores docerent de eorum Consanguineitatis gradu cum Fundatoribus, exhibitum est Schema Genealogicum Documentis munitum, ex quo evincitur Oratores cum Laurentio Cestino in quarto, et cum Antonia Maria Cestino in quinto Consanguineitatis gradu esse conjunctos.

Videant ergo EE. PP. num ad hanc speciem ex justa interpretatione transferri possint, quæ de Patronis Pauperibus sancita sunt *in Concil. Toletano IV. Can.* 37. *et a Pontifice Clemente Tertio in Cap. Nobis.* 25. *de Jure Patronatus*, in quibus juris Canonici locis præscribitur, ut Patroni Pauperes ex reditibus beneficii alantur, ut etiam firmavit S. Congregatio *in Aquen. Cappellaniae* 20. *Januarii*, *et* 3. *Februarii* 1787.

Grave nihilominus videri posset, quod suspensio concedatur plenis Capellaniis, per ea, quæ tradunt *Fagnan. in lib.* 3. *Decret. Cap. Dilectus* 11. *num.* 17. *de Praebendis. Rigant. ad Reg.* 22. *Cancell. num.* 49. At licet in præsenti casu dicantur plenae Cappellaniæ, quamvis Missæ ab ipso Archipræsbytero, qui haberet jus nominandi, celebrentur, attamen pauperibus Patronis, aut Consanguineis alimenta ex beneficio etiam pleno deberi docent *Piton. de Controver. Patron. allegat.* 44. *num.* 20. et Sacra Congregatio in Nullius *S. Michaelis de Clusa* 20. *Januarii* 1776., *et in Nucerina* 5. *Septembris* 1778.

Dubia proponuntur

I. *An, et ad quod tempus, sit Locus suspensioni nominationis Capellaniarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sint reducenda onera Missarum in casu etc.*

COR-

*Sess.*25. *Cap.* 4 *de Reform.*

CORNETANA TESTAMENTI = Victoria Marini Corneti domum valoris circiter sc. 74. possidebat, et cum nupserit Francisco Cardinali alterius domunculæ Scutorum 60, possessoris ex duabus una domus facta est. Præmortuo Cardinali ejus viro Victoria Vidua utramque domum (incertum est quo titulo) retinuit. Huic duæ erant Neptes Margarita videlicet, et Angela, quæ uti pauperes in Puellarum Orphanotrophio Cornetano alebantur, et hisce Neptibus, in Testamento Viterbii rogato suam domum reliquit. At postea secundas nuptias cum quodam Bonaventura Merli contraxit, qui Conjuge e vivis sublata, morti proximus de utrisque domunculis favore sodalitii S. Mariæ Suffragii Corneti testatus est, et revera dictum Sodalitium usque a Mense Maii anni 1800. pensiones in annuis sc. 8. sibi vindicavit.

Degebant interim duæ Neptes in Cornetano Orhpanotrophio insciæ prorsus quid de Amitæ hæreditate actum fuisset, at tandem inde discessæ, et nuptui traditæ judicialiter postularunt Domus restitutionem a Societate Suffragii, quam sibi ex successione ab intestato debitam æstimabant; Non longo tamen temporis spatio judicialem viam sunt prosequutæ Cum enim gravissimis expensis subeundis se impares omnino viderent, supplici libello Cerviensem Antistitem, uti Cornetanæ Episcopalis Mensæ Administratorem adiere, ab eoque postularunt, ut rem totam æconomice definiret. Earum votis annuit Episcopus, et auditis Suffragii Confratribus in Congregatione coram se habita, die 22. Junii 1818. edixit *Che la Casa di cui si tratta spetta di assoluto dominio agli Eredi*, nempe Neptibus *di Vittoria Marini, e Francesco Carnevali di Lei marito in prime nozze, unitamente alle piggioni esatte dalla detta Confraternita dalli* 30. *Aprile* 1800. *a tutto li* 5. *Maggio dello scaduto Anno* 1817. *nella somma di sc.* 136. Et quoniam a dict. Societate nonnulla jura in curia Episcopali fuerant producta, ex quibus summam sc. 99. sibi retinere posse Societas autumabat, Episcopus omnibus mature perpensis *ritrovando giuste, e doverose le altre partite ascendenti in tutto a sc.* 54. reliquas non admisit, et rescripsit, *che la Confraternita debba ri-*

tener di detto Somma nempe sc. 54. *dalli sc.* 136. *percetti dalle annue risposte di Affitto della detta Casa*, in reliquis, ut quam sollicite controversa Domus, et reliqua summa sc. 82. a Confratribus traderetur Hæredibus Victoriæ Marini imperavit.

Res tota hoc pacto composita ita videbatur; et duæ Sorores Marini in domus possessionem immissæ adeo de propriis juribus securæ erant, ut consentientibus earum Viris eamdem Domum Jacobo Quaglia pro pretio sc. 74. vendiderunt, et cum summa egestate laborarent præpostere ab ipso Quaglia emptore summam sc. 22. receperunt, ut expensas tam judiciales, quam extrajudiciales hac usque factas persolverent.

Contigit interea, ita narrat Vicarius Generalis Corneti in sua Informatione, *ut fortuitu reperta sit, et ad hanc Curiam Ecclesiasticam delata quaedam Memoria, in qua ultima ejusdem Victoriae Marini dispositio ad Causas Pias continetur*. = En illius tenorem = *Corneto* 22. *Agosto* 1799. *Io Sottoscritto Parocho ec. mediante anche il mio giuramento, quatenus etc. che nel sopracitato giorno la Cittadina Vittoria Marini Moglie del cittadino Bonaventura Merli dichiarò, e volle, che la sua Casa, lasciata pria alle sue Nepoti per Testamento fatto da lei in Viterbo, sia, e debba essere tutta del suo esistente marito sopranominato Bonaventura Merli sua vita però naturale durante, come anche lasciò al sudetto Marito una Caldara continente circa un Barile, e tutta questa roba, dopo la morte del sudetto Marito, vuole che si venda, ed il prezzo s' impieghi in Suffragio di ambedue* . . . = *Luigi Donati Paroco di S. Martino mano propria* = *Giacomo Cardini fui Testimonio* = *Vincenzo Forcella fui Testimonio* =.

Cur Aloysius Donati Parochus præfati testamenti extensor a die 22. Aug. 1799. usque ad finem Junii 1818. hanc chartam a se scriptam exibere distulerit, prorsus ignoratur; nec quidquam de tali sive dolosa, sive inculpabili negligentia in sua informatione refert Vicarius Generalis, qui Oratricibus Marini ex comminiseratione gratiam concedendam putat, ut derogando cuicumque asserto Testamento a Victoria coram parocho die *22.* Augusti 1799. acto, ipsæ in pacifica controversæ domus possessione maneant ad formam rescripti Episcopi Administratoris.

aF-

Favet Oratricibus summa ipsarum egestas, ob quam in pauperum Orphanotrophio, ut alerentur, et educarentur fuerunt receptæ, et nuperrime unex ipsis valetudinis causa in publico Mulierum Xenodochio sese recipere coacta fuit. Favet etiam Oratricibus ipse Parochus asserti Testamenti extensor in hæc verba = *presto il mio libero consenso, affinchè dalla Riverenda Fabrica di S. Pietro di Roma possa erogarsi a favore dell' Eredi di Vittora Marini l' Eredità di detta Vittoria, il loro uso, per essere li medesimi miserabili, e per aver dovuto incontrare molte spese per il ricupero della Casa, che si riteneva dalla Confraternita del Suffragio, come costa dal Rescritto di Monsig. Amministratore ec.*

Vires hæreditatis, de qua est quæstio, assurgunt in totum ad scuta 118., ex quibus si demantur scuta 22. jam ab Emptore Quaglia persoluta, residuum pro quo condonationis gratia efflagitatur, non excedit *scuta* 96.

Novum non est imo æquitati consonum, ut Consanguineis pauperibus ex piis Relictis succurratur præsertim si paupertas sit, ut in casu, gravissima; S. Congregat. *in Massanen. Reduct. onerum* 11. *Jan.* 1777. *in Fabrianen. Reductionis Missar. et Absolutionis* 20. *Decembris* 1788., *et in Senogallien.* 19. *Decembris* 1807. Agitur etiam de Consanguineis, quibus si non obstaret Relictum ad causas pias, jure successionis, et ab intestato hæreditas deferretur.

Res vero non est amplius integra, et jam per rescriptum Episcopi Administratoris definita et absoluta fuit, et Oratrices possessionem nactæ sunt, et alienationem controversæ domus bona fide nullo contradicente perfecerunt, et partem pretii consumpserunt. Nec prætereundum quod juxta assertum testamentum pretium a controversa domo retrahendum ad Suffragandas Testatricis, et sui viri animas insumendum esset, *non designata expressa Missarum celebratione*; hinc per Eleemosynam in pauperes Consanguineas videtur posse suppleri hujusmodi suffragia.

Hæc pro Oratricibus dicta sint. At dispositio ad causas pias non adeo facile labefactatur. Ex juris enim Canonici præscripto tum in notissimo Capite *Cum esses* tum in altero *Relatum* sat est, ut Testamentum coram

ram Parocho, ac duobus, vel tribus testibus fiat, ut defuncti voluntas exequi mereatur. Attamen Testamentum ad formam capitis *cum esses saltem intra octo dies Parochus cum testibus deferre debet Tabellioni, et si adsit subscriptio Testatoris, et Testium non requiritur, ut singula contenta in testamento referat Notario; si nulla sit Testatoris subscriptio, tum Parochus seu Sacerdos viva voce exprimere debet quidquid in eo Testamento continetur, quod et a singulis testibus seorsim praestandum est. Denique et singuli illi subscriptionem suam agnoscant. Has vero omnes depositiones scribat Tabellio, et jungat Testamento = La Ferrar. verb. Testam. artic. primo num.61* Id ipsum docet S. M. Bened. XIV. in Institut. Canon. 105. num. 16. = *Quantocius fieri poterit, nec fuerit octo diebus post obsignatum Testamentum, Parochus, aut Sacerdos, una cum Testibus publicum Notarium conveniet, cui notum faciet se jussu Testatoris eas Tabulas scripsisse. Ipsas deinde ostendet, ut in acta a Notario referantur.* = Hæc omnia certe desiderantur in controverso testamento.

Sed pervulgatum est, testamentum ad pias Causas non indigere solemnitabus a jure præscriptis. Sed sat est, ut constet de voluntate Testatoris, quæ certa sit, omnemque axcludat dubietatem, licet cæteræ deficiant solemnitates; præsertim cum Sacerdotis præsentia omnem falsitatis suspicionem repellat; ita S. Congregatio in *Anagnina Erectionis Capellaniae 8. Julii* 1768. *et in Anconitana Legati Pii* 18. *Septembris* 1771.

Verum enim vero Sorores Marini Oratrices nulllam de veritate, aut de falsitate testamenti, nullam de nullitate, et validitate ipsius quæstionem instituunt. Per longa enim, et innumeris expensis obnoxia implicarentur lite, a qua agenda miserrima earum conditio impares omnino reddit. Adeunt ipsæ Sacratissimum Principem, ut attenta factorum serie, et summa earum paupertate, si non ex justitiæ rigore, saltem ex æquitate, et ex gratia, posthabito Testamento, quod viginti ab hinc annis inter tenebras delituit, Dominium controversæ domus sibi tradatur, cujus partem pretii bona fide exegerunt, et in necessarias litis expensas impenderunt. Rogantur Emi Patres dirimere.

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus in casu etc.

Die Sabathi 21. Augusti 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SENOGALLIEN. INCOMPATIBILITATIS. *Sess. 7. Cap. 2 et 4. de Refor.*

Dubia

I. *An Sacerdos Andreas Zoppini, quamvis Canonicus in Collegiata S. Viti nominari possit ad vacantem Capellaniam Zoppini in casu etc.*

II. *An onera tum Canonicatus, tum Capellaniae sint inter se incompatibilia in casu etc.*

Et quatenus affirmative,

III. *An durante suspensione onerum Canonicatus possit illum retinere una cum Capellania in casu etc.*

IV. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.*

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.
Ad III. et IV. provisum in præcedentibus.

JANUEN. CAPELLANIARUM. *Sess. 25. Cap. 4 de Reform.*

Dubia

I. *An, et ad quod tempus sit locus suspensioni nominationis Capellaniarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sint reducenda onera Missarum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad decennium.
Ad II. Affirmative ad duas Missas in quolibet Mense ad decennium applicandas novem pro Capellania Mariæ Antoniæ Cestini, et quindecim pro Capellania Laurentii Cestino facto verbo cum Sanctissimo.

COR-

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

CORNETANA TESTAMENTI.

Dubium

An, et quomodo sit annuendum precibus in casu etc.

Affirmative facto verbo cum Sanctissimo, et Episcopus moneat Parochum, ut sese abstineat a similibus.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

FIRMANA EMPHYTEUSIS. In Pago Pinnæ S. Joannis Firmanæ Archidioecesis simplex extat beneficium sub invocatione SS. Philippi, et Jacobi, cujus dotem constituunt duo prædia, nimirum *Caprone* seu *Cotibò*, et *Marroni* seu *Pilotti* rubrorum circiter octo. Hæc, obtento vix beneficio, a Sacerdote Bartholomæo Cuccagni præoptavit familia Colucci in illo degens oppido vel permutatione acquirere, vel conducere pro annua mercede Scutorum vigintiquinque, vel in emphyteusim accipere pro annuo Canone Scutorum quinquaginta. Rector tamen aliis ad triennium illud locavit oppidanis Emigdio videlicet, fratribusque Scipioni libera conventa mercede quolibet anno persolvenda in Scutis quadraginta quinque. Cum autem conductor iste facultatem non petierit a SSmo emphyteusis ineundæ bonorum beneficii, nec interea familia Colucci ab illorum possessione suis prædiis finittimorum acquirenda desisteret, excogitatus primum fuit emphyteusis contractus, qui tamen ob defectum Beneplaciti Apostolici luctuosis Reipublicæ temporibus executioni dari non potuit; factumque hinc fuit, ut reservato Apostolico beneplacito ad trinum novennium conductio fuerit stipulata pro annuis scutis quadraginta libere persolvendis. Restitutis tandem rebus post quatriennium a suscepta conductione, instante Coluccio, anno 1800 preces porrexit S. Congregationi Rector Cuccagni pro ineunda ad tertiam generationem emphyteusi, quæ de more Ordinarii Informatio-

tionem, et votum exquisivit prævia edictorum affixione. Hisce denuo affixis ex mandato S. Congregationis ob non utiles ab uno Coluccio exhibitas conditiones, cum comparuisset oblatio facta a familia Nocelli Scutorum 42. libere persolvendorum expeditio Litterarum Apostolicarum hujus favore concessa fuit, cujus tamen oblationis cum Nocellios poenituisset sive ob qualitatem, sive ob distantiam bonorum beneficialium, contractui valedictum est post vigesimam a Hieronymo Colucci oblatam. Hanc deinde cum per sextam et scuta sex supra sextam superavisset familia Scipioni, respondit Coluccius se velle acceptare sextam, et responsionem scutorum sex supra sextam.

Solemnes hinc die 9. Septembris anni 1802. subscriptæ tabulæ fuere a Rectore Cuccagnio, et Emphyteuta Coluccio, qui pro emphyteusi ad tertiam generationem masculinam spopondit annua scuta quinquaginta septem, et obolos quinque supra quadraginta libera, et immunia a quovis onere imposito, ac imponendo. Cautum præterea fuit = *Nè il Signor Colucci, o altri possino, o debbano in alcun tempo domandare mai difalco di sorte alcuna sopra l'annuo Canone per qualsivoglia caso espresso, o non espresso etc. ai quali casi tutti il detto Signor Colucci con suo giuramento tactis etc. espressamente rinuncia, altrimenti sia tenuto il Signor Colucci alla rifazione delle spese giudiziali, ed estragiudiziali etc.*

Ad annum usque 1806. sine contradictione persolutus fuit conventus canon. Eo autem anno Hieronymus Colucci die 18. Decembris coram A. C. Pelagallo Monitorium expedivit *super rescissione Emphyteusis ex capite assertae laesionis*; quod Monitorium a Tribunali Signaturæ per viam nullitatis circumscriptum est. Sacræ Congregationis opem tunc imploravit Hieronymus emphyteuta, et in oblatis precibus exposuit longe superiorem se credidisse bonorum redditum, cum emphyteusis tabulas subscripsit; at ex Peritorum judicio vix annua scuta 33. percipi posse; pro Canone autem una cum oneribus requiri annua scuta 70., et ob. 18. 1/2, ac proinde vel canonis huc usque persoluti diminutionem, et ad æquali-

 ta-

tatem reductionem, vel contractus rescissionem postulavit.

Exquisitum statim fuit votum Eminentissimi Archiepiscopi, qui auditis interesse habentibus referret de valore bonorum per Peritum ex officio deputandum, et annuo redditu per decennium proximum stipulationi, nec non de impensa necessaria pro oneribus ab Oratore assumptis. *Ex Catastro* valor fundi erat scutorum 431. 29. Coloni Fratres Ruggieri, qui fundos coluere per vicennium, exiguos percepisse fructus testati sunt. Peritus Papi valorem illorum constituit in scutis 891. 35. redditum vero in scutis 35. 64. 3. detractis decimis, et collectis, alter vero Peritus Burochi valorem computavit in scutis 997. 95. Secretarius autem Communitativus onera emphyteutæ in scutis annuis 12. constituit: unde contractum hujusmodi, qui triginta annuorum scutorum læsionem videbatur inferre improbavit Eminentissimus Archiepiscopus in sua informatione diei 24. Julii 1807. Ob publicas, privatasque rerum vicissitudines causa ad hanc usque diem protracta est, intereaque curavit Cuccagnius nonnullas subministrationes sibi decerni a R. P. D. Auditore Sanctissimo ex insolutis canonibus, qui in summa scutorum 454. 40. debentur. Tandem hodie proponitur sub unica tantum dubii formula de more concordata, et distributis ex utraque parte allegationibus.

Agitur de rescissione contractus, vel de reductione canonis ad æqualitatem. Utrumque hoc remedium competere emphyteutæ læso prout emptori post celeberrimam *Rot. decis.* 1130. *cor. Emerix Jun.* non obstante *L.* 1. *cod. de jur. emphyteut.*, asserit qui familiæ Colucci jura tuetur.

Si enim initio contractus sit læsivus competit rescissio *L.* 2. *cod. de Rescind. vendit.*, si vero tractu temporis, reductio „ *ad modum justae exactionis* „ ex *L. quidem* 12. *ff. de usur.* Et primo quidem rescissionem locum habere autumat ob læsionem in actu stipulationis præsertim cum agatur de emphyteusi cum Ecclesia inita, quæ iniquum lucrum aliena jactura evitare, et justitiam debet colere *Andreol. controv. for.* 379. *num. fin. Zanch. de laes. par.* 2. *c.* 8.

c. 8. *num.* 240. Constat autem de læsione dum tempore stipulationis fructus ex Beneficio percepti impares erant dissolvendo Canoni, et si hæc insufficientia sit perpetua, ut ne adhibita quidem bonorum cultura tanti canonis sint capaces ex *Zanc. loc. cit. num.* 93., *et seq. et Rot. dec.* 1186. *num.* 4. *cor. Emerix.* utrumque autem in facto probari dicit emphyteutæ defensor ex adductis testibus. Ex his enim hodiernus redditus in scutis quadraginta absque ulla spe incrementi, ob ingratam agrorum qualitatem constitui potest, a quibus si demantur scuta 12. ob annua onera a Secretario communitativo descripta, supersunt scuta 28., adeoque cum adeo læsivus sit contractus vel a tempore stipulationis competit rescissionis remedium ex *cit. L.* 2. *de rescind. vendit.*, vel saltem reductio canonis ad modum hodiernæ justæ exactionis *ex L. quidam* 17. *de usur.*, *et Zanch. de laesion. allegat. cap.* 8. *par.* 2. *num.* 99. Hæc enim reductio locum habet etiam in emphyteusi ecclesiastica nisi remissa fuerit *sexta pars* fructuum pro casibus fortuitis, quæ favore emphyteutæ detrahi debet ad præscriptum *auth. de non alienan. vel permutand.* §. *Dudum*, et ad tradita *per Zanch. loc. cit. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 103. et ut statuit Sacra Cong. in *Pistorien. seu Praten. Emphyteusis* 21. *Novembris* 1761. Hæc autem in themate non detracta, sed auctus potius fuit canon. Hinc si ad modum justæ exactionis, quæ detractis oneribus, et dimissa sexta parte fructuum superest, reducendus esset canon, pro Rectore remanere deberent annua tantum scuta 16., et ob. 46.

Cuccagnius e converso in primis suspectas affirmat attestationes Colonorum, Conductoris Scipioni testantis de annua jactura (qui tamen postea obtulit affixis edictis sextam, et scuta sex supra sextam), familiæ Nocelli ob redditutum tenuitatem recedentis ab oblatione, Peritorum a Curia Archiepiscopali deputatorum, quia hæ omnes exaratæ fuere dum inter vivos erat Sacerdos Joseph Colucci frater Emphyteutæ, et Vicarius Generalis Eminentissimi Archiepiscopi Firmani, quem ab illo deceptum ob sanguinis vinculum cum Emphyteuta affirmat, ex quo etiam informationem ceu suspectam traducit. Agit deinde de obreptione, et subreptione supplicis libelli, cum,

inter cætera falsum sit bonorum emphyteuticorum qualitatem, et redditum ignoravisse Hieronymum, qui ea per quatuor annos antea conduxerat adamussim solvendo canonem liberum scut. 40., cumque ejus pater fassus fuerit in syngrapha conductionis redditum augeri pro lubitu posse arborum plantationibus; ac proinde rescindi non posse contractum Apostolico beneplacito initum præsertim inconsulto SSmo. Quamcumque etiam canonis reductionem excludit Cuccagnius, cum et huic valedixerit emphyteuta interposito jurejurando in actu stipulationis, cæteraque diluit a Coluccio opposita rationum momenta, ut fusius in allegatione noscent EE, PP., qui tamen ut tutius dirimant controversiam aliqua ex officio addam.

Cum in alienationibus, cujusmodi est Emphyteusis, requiratur evidens Ecclesiæ utilitas, hæc abesse videtur si reducatur canon ad scuta 16. cum ex locationibus prædiorum ab eodem Cuccagnio ante Emphyteusim stipulatis annua ac libera merces vel scutorum 40. vel 45. receperit ab iis ipsis, qui postea in œstu novæ licitationis titulo vigesimæ, et sextæ canonem auxerunt, inter quos Coluccius annua, libera, et immunia a quovis onere scuta 57. 45 spopondit valedicens interposito jurejurando cuicumque reductioni vel a se, vel ab aliis petendæ. Certum præterea in jure est augmentum vectigalium, et reductionem monetæ non esse justam causam reducendi pensiones, ac canones, et multo magis rescindendi contractum, ut definivit Rota *in Romana Affictus* 6. *Julii* 1804. *num. 6. coram R. P. D. Serlupi* præsertim si adsit renunciatio cuicumque defalco, ut decrevit S. Congregatio in *Firmana Emphyteusis quoad Reductionem Canonis* 17. *Maii* 1817. Proposita enim hac causa, in qua fundi fructus annuus statutus fuerat a Peritis in Scutis 63. 80. et canon oblatus causa vigesimæ et sextæ erat scutorum centum triginta, adeoque læsio supra medietatem adesse contenderetur, quia tamen in instrumento renunciaverat emphyteuta cuicumque reductioni proposito Dubio *An, et ad quam summam sit locus reductioni Canonis in casu etc.* responderunt EE. PP. et si remissa non fuisset sexta fructuum pars ,, *Negative in omnibus* ,, Si tamen EE. VV. diminutionem in præsenti causa concedendam putent, statuenda

enda erit summa, præ oculis etiam habita bonorum, et redditunm descriptione a defuncto beneficii Rectore Monti exarata jussu Emi tunc temporis Archiepiscopi. Definiendum hinc erit; an nimirum reduci debeat canon ad Scuta 16. juxta emphyteutæ votum, an ad oblationem a Nocellio datam, vel ad auctos canones a Coluccio, et Scipioni causa vigesimæ et sextæ; quos omnes nova oblatione controversæ summæ scutorum 57. 45. iterum superavit Coluccius.

Vestræ itaque justitiæ, et æquitatis erit dirimere, quod proponitur,

Dubium.

An sit locus rescissioni contractus, sive potius reductioni Canonis ad aequalitatem, et in qua summa in casu etc.

Negative in omnibus.

ROMANA, SEU SENOGALLIEN PRAELEGATI. *Sess. 25. Cap 4. de Reform.*
Ultimo suæ voluntatis elogio Card. Nicolaus Antonelli post institutos hæredes Bernardinum, et Præsulem Leonardum S. R. E. dein Cardinalem, ex Fratre Nepotes, ita de sua Bibliotecha disposuit „ lascio a titolo di Prelegato, ed in ogni altra miglior maniera tutti i miei libri si manoscritti, che stampati a Monsig. Leonardo, sperando, che avrà tutta la Cura di conservarli, ed accrescerli, e procurerà farne buon uso per rendersi sempre più abile a servire Dio, e la S. Sede Apostolica: dopo la sua morte voglio che tutti i detti miei libri si mandino a spese della mia Eredità alla Communità della Città di Sinigaglia, o a quella della Pergola ad elezione di detto mio Nepote, la quale sia obbligata ad assegnare una, o più Stanze capaci a potervi collocare la detta Libreria ad uso

„ pu-

„ publico, che dovrà tenersi aperta per comodità di
„ quelli, che vorranno andarvi per istudiare tre ore
„ almeno la mattina di ciascun giorno feriale.

Bene est de Bibliotheca usus, illamque auxit juxta Patrui votum Leonardus; Intereaque Senogalliæ Aedes, in quibus esset Bibliotecha collocanda, constructæ fuerunt, quam Communitatem præ Pergulensi dilexisse Repræsentantes autumant. Bernardinus enim qui in ea Civitate *Castellani* munere decoratus fuerat, aream sibi ad ædificium construendum antea a' Senogalliensi optimatum consilio donatam retrocessit tum proprio, tum fraris Card. Leonardi nomine, publicis signatis tabulis eidem Municipio, ut Vincentius Micciarellius in magnifice ædificandis ædibus includeret = *Un Locale grande adattato per collocarvi l'egregia Libraria Antonelli . . . ed' insieme una comoda abitazione per il Bibliotecario.*

In præterita rerum perturbatione Card. Leonardus Senogalliam confugit, ubi antequam diem videret extremum ea libertate testandi usus, quam Gallicæ Leges aboletis fideicomissis tribuebant, pium Locum hæredem instituit, fiduciarios vero hæredes nominavit Advocatum Josephum Paulucci, et Sacerdotem Giansanti. Restitutis deinde rebus, die 23. Septembris 1814. a SSmo hi obtinuere, ut pio operi a Testatore designato Bibliotheca inserviret, quatenus fideicommissaria vincula pristinum acceptura essent robur. Cum tamen Senogalliense Municipium exposuerit SSmo Card. Nicolaum Nepoti Leonardo non proprietatem cum vinculo substitutionis, sed usum tantum, proprietatem vero Senogalliensi, vel Pergulensi Civitati reliquisse, ablegata causa fuit S. huic Congregationi *non ostante il Rescritto dei 23. Settembre* 1814.

Communitas Pergulensis a lite recessisse videtur, quæ nihil in sui defensionem mihi obtulit; Cumque Sacerdos Giansanti alter ex hæredibus fiduciariis declaraverit Cardinalem Leonardum Pergulam Senogalliæ postposuisse, S. Congregatio de Propaganda fide in jus vocata a Senogalliensibus ad hæredes Fiduciarios se convertit, et ad eorum rationes se refert: Pauluccius fato cessit. Hinc inter Sacerdotem Giansanti hæredem fiduciarium, et Communitatem Senogalliensem causa proponitur, concordato de more du-

dubio, quod respicit cui sit consignanda Bibliotheca, et qui ejusdem libri, an videlicet etiam cum Voluminibus, quibus auxit Card. Leonardus Patrui Bibliotecam.

Quæstio ut dirimatur inspiciendum num *proprietatem* Bibliothecæ cum substitutionis vinculo, vel *usum* tantum Nepoti reliquerit Card. Nicolaus, reservata proprietate alterutri Civitati. Hœres fiduciarius ex ipsa testamenti littera deducit proprietatem, minime vero usum prælegatum fuisse Card. Leonardo: Legatum enim non *usum*, *sed proprietatem* dat, dum Testator a re ipsa incipit, et ad usum, vel usumfructum progreditur, quœ non *restrictive*, sed *demostrative* censentur apposita ad tradita per *Casanat. in cons.* 32. *num.* 4. *et seq. Caepoll. de Serv. Urb. Prad. cap.* 4. *num.* 4. *Hom. cons.* 69. *num.* 2. *et* 38. *lib.* 1.

Card. autem Nicolaus nedum a re legata ad usum non pertransiit (quod juxta allatos doctores sat esset ad proprietatem evincendam) sed nullum de usu protulit verbum, bene vero proprietatis tantum, ut ostendit ipsius Testamentum: quin quidquam referant verba *procurerà farne buon uso*, quæ non restrictionem, sed causam tantum Legati pandant, videlicet *per rendersi più abile a servir Dio*, *e la Sede Apostolica*; et quin obstet, delationem Bibliothecœ ad alterutram Civitatem jussisse post mortem Nepotis; hoc enim in Casu Legatum est *proprietatis* non *ususfructus*, cum hic non sit *formalis*; sed *causalis*, scilicet cum Causa proprietatis conjunctus, et sit verum proprietatis Legatum, quod ad tertium a Testatore designatum defertur jure *substitutionis* non *servitutis*, ex text. pluribus omissis legibus in *L.* 6. *ff. de aur. et arg. Legat. L. fin. ff. de usufr.* et ad tradita per doctores passim. Ceteras deinde diluit objectiones, quæ deducuntur ex verbis „ *Sperando*, *che avrà tutta la Cura di con-* „ *servarli*, *ed accrescerli*, *e procurerà farne buon* „ *uso*: atque ex verbis, *si mandino* non autem *si* „ *restituiscano* „. Inutilem tandem hanc transmissionem ad alterutram Civitatem dicit, magis vero utilem, si reliquatur pio operi a Cardinalis Leonar-

nardo designato, ex quo locus fieret consulendi SSmo pro commutatione voluntatis Card. Leonardi, quatenus constaret de ea favore alterutrius Civitatis. Tandem cum Testator de augmento librorum loquens Nepotis Legatarii commodum intenderit in hujus detrimentum cadere nequit peractum librorum augmentum.

Usum vero tantum Cardinali Leonardo a Patruo fuisse relictum, ob præceptum transmissionis Bibliothecæ ad alterutram Civitatem, ob studiorum utilitatem, et præterea ob stipendium Bibliothecario, nec non legatum relictum in augmentum librorum, deputatosque ad Curam Bibliothecæ, ait Senogalliensium Repræsentantium defensor. Præferendam deinde Communitatem Senogalliensem Pergulensi infert ob prædilectionem qua illam prosequutus est Card. Leonardus, ob hujus voluntatem a Giansanti manifestatam, cujus jam specimina dederat vivens, et præsertim retrocessione areæ, ut in ædificio MicciarelliBibliotheca, et ædes Bibliothecarii includerentur; Cum constet igitur de aperta voluntate utriusqueCard.favore Senogalliæ de Bibliotheca ejus favore disponendum est in quolibet dubio posterius exorto *ad text in L.* 13. *ff. de reb. dub. Ruin. Consil.* 45. *num.* 14. *lib.* 1. Fideicomissi deinde vinculum ex Testamento Card. Nicolai omnemque usumfructum, et proprietatem excludit, tantumque usum habuisse Card. Leonardum probat pluribus auctoritatibus adductis, præsertim quia Card. Nicolaus hæreditatem quidem vinculo substitutionis subjecit, non autem Legatum. Quatenus autem etiam usumfructum reliquisset Leonardo non inde sequeretur proprietatem acquisivisse, quæ ad Communitatem Senogalliæ semper pertinuit ex tex. *L. Uxori* 24. *§.* 1. *ff. de usu, et usufructu legat. Cujac. edit. mutin. Tom.* 4. *pag.* 1033. *Lit. C. etc.* ac proinde exulat fideicomissi vinculum *ex Gallorum Codice Civili art.*896. *et seqq.*

Ex onere autem sibi a Patruo impesito descendere dicit Communitas Senogalliensis augmentum librorum a Card. Leonardo factum, quod proinde una cum Patrui Bibliotheca sibi deberi asserit, tum ex volunta-

tate Testatoris, tum ex Legum, quas affert auctoritate.

Cætera EE. PP. habent in allegationibus ab utraque parte distributis, quas ponderare precor, ut tutius judicium proferant super

Dubio

An, et quae, et cui Bibliotheca sit consignanda in Casu etc.

Affirmative, et Bibliothecam Cardinalis Nicolai Antonelli tantum esse consignandam Communitati Senogalliæ.

URBINATEN NULLITATIS CONTRACTUUM *Sess. 21. Cap. 5. De Reform.*

Quinto redit hæc causa ad Sapientissimum S. hujus Congregationis judicium, in qua primum vindicata est contractuum validitas, dein exquisita Periti judicialis relatio, ac postea una, alteraque vice *pro nullitate* responsum est, ut pandunt Folia dierum 18. Augusti 1804., 7. Septembris 1805., 20. Decembris 1806., et 2. Maii 1807. quæ distribuuntur, et ex quibus EE. Patres facti seriem facile colligent, quin eos inutili repetitione morer. Summa Resolutionis fuit, ut ex contractibus alienationis plurium prædiorum sustinerentur duo, quæ respiciunt Prædia *le Cerque*, et *Montale*, cætera vero nulla declararentur. Post obtentam a Tribunali A. C. hujusmodi Resolutionis exequutionem, reclamantibus Emptoribus ex Clausula = DE CAUSIS = instauratur hodie judicium ipsis emptoribus vadimonium deserentibus.

Canonici Regulares Sanctissimi Salvatoris jura sua in distributa allegatione tuentur, ut eorum favore ortam Remjudicatam vindicent. Nituntur illi notissimæ *Extravaganti ambitiosae de Rebus Eccles. non alienan.*; quæ vetat Bonorum Ecclesiæ alienationem, nisi intercedat Apostolicum Indultum, et simul concurrat ipsius Ecclesiæ utilitas, ut cœteris missis re-

spondit Rota *in Ferrarien Contractuum 26. Junii* 1770. § 2. *coram Herzan.*

Porro pro alienationibus, de quibus inquiritur, indultum quidem fuit Beneplacitum a tunc Apostolico Delegato, nunc Emo De Petro, at diversis circumscriptum conditionibus, quibus non intervenientibus, vel non adimpletis ipsum Beneplacitum corruit, ac pro non concesso est habendum. Quod enim sub conditione conceditur, ea non adimpleta censetur denegatum.

Apostolici Delegati Litteræ, quibus vendendi facultas concedebatur, expresse enumerant conditiones vel ex peculiaribus temporum circumstantiis, vel ex notissimis Juris Canonici regulis petitas, quibus alligabatur tam ampla, et vere extra ordinem Indulgentia. Has vero conditiones omnes vel neglectas, vel etiam sine necessitate pessumdatas clamat Canonicorum Regularium Defensor. Nam Urbinas Antistes, cui exequutio in forma Commissaria tributa erat, haud minimum sollicitus fuit diligenter investigare, ut erat in mandatis = *sopra tutto il supposto pericolo di sollevazione popolare* = Super vera necessitate incunctanter providendi Publicæ Annonæ, ac super absoluta deficientia alterius medii supplendi hujusmodi necessitati. Quod si nuda tantum negligentia in adimplemento conditionum in Indulto præscriptarum satis superque esset, ut pro non concesso haberetur; eo vel magis idipsum tenendum est, cum ex publicis, ac notoriis factis, ex pluribus Testibus fide dignis, ac etiam Sacerdotali caracthere insignitis contrarium evincitur.

Sed nec socordiæ tantum in verificatione conditionum, sed etiam ipsos alienationis contractus intrinsecæ injustitiæ redarguit Defensor Canonicorum. Ex imperata siquidem Peritia scatet, exceptis Prædiis le *Cerque*, et *Montale*, de quibus amplius non quæritur, cætera Prædia vili adeo pretio distracta fuisse, ut Canonici læsi fuerint plusquam in sexta parte, quæ læsio satis est ad nullitatem alienationum demonstrandam, ut post Textum *in Cap.* 1. *de Restit. in integr. tradunt Galess. de Restit. in integr. Cap.* 2.

num.

num. 61. *et Zanch. de laesione*: *part.* 1. *Cap.* 7. *num.* 144. *et seqq.*: quorum sententiam sequuta est S. Congregatio in una, alteraque novissimis hujus Causæ Resolutionibus.

Quæ quidem læsio ita contractum ipsum vitiat, atque adeo insanabili vulnere cruentat, ut nequeat ille vel convalescere ex caussa necessitatis, vel ei mederi per oblatam ex parte Emptoris refusionem justi pretii. Etenim etiam si probata fuisset necessitas alienationis, sequeretur quidem, ut ipsa necessitas haberetur tamquam justa causa alienationis, quæ cæteroquin ex utilitate Ecclesiæ petenda esset; at nunquam sequeretur, ut posset fieri alienatio minus, quam justo pretio, atque ita veditio non modo utilis, sed imo damnosa prorsus evaderet. Ita sentiunt *Piton. discept. Eccles.* 96. *num.* 24. *Rota de exequut. Liter. Apost. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 317. *Sperell. decis.* 154. *num.* 18. *et Zanch. de laesion. part.* 1. *Cap.* 7. *num.* 105.

Quo vero ad optionem vel rescindendi contractum, vel supplendi justum pretium haud patere potest Emptoribus hæc via in præsenti casu, in quo res est de restitutione in integrum ex læsione ultra sextam partem. Hoc enim beneficium restitutionis in integrum operatur, ut omnia revocentur ad pristinum statum, nimirum ut res vendita restituatur Domino suo, et emptori integrum refundatur pretium, ac si Emptionis, venditionis contractus nunquam fuisset initus. Ita *Text. in leg. Quod minor*: *ff. de minorib. Rota post. Posth. de Manut. decis.* 652. *num.* 5. *et coram Malines decis.* 597. *num.* 21. ac proinde nulla superest Emptoribus optio, qua possint refuso justo pretio sese in Bonorum acquisitione tueri. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. rubr.* 19. *num.* 155. *Gales. de Restit. in integr. in coment. ad Cap.* 1. *num.* 118. *et Zanch. de Laesion. par.* 1. *Cap.* 17. *num.* 145.

Post hæc, aliaque adducta in distributa allegatione videant EE. Patres, an confirmanda sit orta jam Res-judicata, vel potius perendinandum sit judicium, ut possint Emptores novam exhibere defensionem.

Dubium erit

An constet de re judicata, seu potius de causis Restitutionis in integrum in casu etc.

Affirmative ad primam partem partem, negative ad secundam.

Sess.25.Cap.9. De Reform.

ALBINGANEN CAPELLANIAE. In Strenuo Partium Conflictu inter Sacerdotem Simonem Petrum Revelli, et Canonicum Joannem Baptistam Vivaldi redditum jus est in hac Causa in Congregatione diei 19. Septembris præteriti anni. Quatuor tunc proposita fuere Dubia I. *An constet de legitima Nominatione, et Praesentatione Sacerdotis Simonis Revelli ad Capellaniam S. Joannis Evangelistae; ita ut sit ei danda Institutio*, cui respondere placuit = Affirmative = II. *An sit amplius locus Familiae Revelli deveniendi ad nominationem, seu potius obstet lapsus Quadrimestris* = et responsum est = *Provisum in primo* = III. vero Dubium = *An constet de jurepatronatus Passivo praedicti Sacerdotis Simonis Revelli, ita ut sit danda institutio* = resolutum fuit Rescripto = *Constare de jure Patronatus Passivo* = ac tandem ad IV. Dubium = *An sit revocanda collatio facta favore Sacerdotis Joannis Baptistae Vivaldi* = pariter rescriptum est = *Affirmative* =

Statim Canonicus Vivaldi beneficium novæ Audientiæ imploravit, post plures obtentas dilationes, hac statuta die absolvendi judicii, nihil mihi exhibuit. Ex parte vero Sacerdotis Revelli distribuitur Memoriale pro ressumptione distributæ jam allegationis. Reassumpto igitur folio diei 19. Septembris pæteriti anni dignentur EE. Patres dirimere.

Dubia

I. *An sit standum vel recedendam a decisis in primo Dubio in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo Dubio in casu etc.*

III. *nA*

III. *An sit strandum vel recedendum a decisis in tertio Dubio in casu etc.*

IV. *An sit standum vel recedendum a decisis in quarto Dubio in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

FANEN REAEDIFICATIONIS = Est hujus causæ specimen, EE. PP., in folio Congregationis habitæ die 12. Junii proxime elapsi, in qua proposita hæc causa fuit sub quatuor hisce dubiis *I. An, et quomodo Ecclesia Parochialis de qua agitur sit reaedificanda in casu etc. II. An, et quomodo sit concedendum Indultum pro venditione bonorum, de quibus agitur, in casu etc. II. An, et quae onera Missarum sint perpetuo imponenda Oratori, et Parochis Successoribus in casu etc. IV. An, et quomodo sit approbanda permutatio de qua agitur in casu etc.* Respondit tamen Sacrum Tribunal: *Dilata in omnibus. et scribatur Episcopo ad mentem*: ut nimirum referret per Peritum ex Officio de valore domus Sodalitii, et de ejusdem redditu ex decennio; an Sodalitium teneretur providere Ecclesiæ Parochiali suppellectilia, et Capellanum; quomodo supplendum in casu admittendæ conditionis appositæ cessioni, nec non de expensis necessariis per Peritum ex Officio, et quomodo ipsis suppleri quiret pro reducenda parte veteris Ecclesiæ in commodum ejusdem Sodalitii, et alia parte in Parochi habitationem. *Sess. 21. Cap. 7. De Reform.*

Hisce omnibus singillatim respondit Fanensis Antistes = . *Quod ad primum attinet folium adnecto Periti fabrimurarii a me ex officio deputati sub Litt. A: quod praesefert valorem supradictae domus a Ven. Sodalitio supradicto donatae pro aedificatione novae Ecclesiae in summa Scutorum biscentum. Redditus vero dictae domus ex Decennio desumptus est scutorum septem, et obolorum quinquanginta, non comprehensa*

pensione alterius mansionis quae a dicto Sodalitio minime locabatur (hac enim utebatur Sodalitium pro Congregationibus) *prout constat ex folio Litt. B.*

Onus erat Confraternitati dictae de SSmo Sacramento omnia subministrare suppellectilia pro manutentione Altaris Majoris in Paraecia supradicta , et Capellanum retinere pro Servitio Confratrum , et cum obligatione celebrandi Missam quolibet die festo statuta eleemosyna obolorum viginti quinque pro quolibet . Haec omnia habentur ex folio , seu fide jurata Confratrum sub Litt. C.

Attenta Cessione Domus , de qua agitur , Parochus Rosciani sibi obligationem assumit pro subministratione omnium suppellectilium , nec amplius sodalitium in posterum huic oneri debet esse obnoxium . Pro manutentione vero Capellani , et pro satisfactione aliarum expensarum ; etiamsi deficiant Pensiones Domus , potest tamen a Sodalitio suppleri aliis reddibus prout ex supradicto folio Litt. C. qui sufficientes evadunt pro integra omnium onerum satisfactione .

Nunc vero ad cessionem transeam partis veteris Ecclesiae reducendae in commodum dicti Sodalitii , relicta altera parte ad Parochi utilitatem , non vero ad habitationem ; cum Domum , et habitationem prope novam Ecclesiam aedificandam , construendamque esse Parochus ipse censeat . Pro conficienda dicta reductione partis Ecclesiae ad commodum dicti Sodalitii juxta peritiam Fabri murarii in adnexo folio Litt. A. in fine necessaria sunt scuta quindecim , et huic expensae Parochus ipse satisfacere promittit , quin Sodalitium ullum sentiat pro confectione dictae Reductionis incommodum .

Hisce omnibus peractis , et adimpletis nil aliud mihi remanet , nisi ut . . . Parochi votis etiam vota mea iterum adjungam , cum necessaria sit novae Ecclesiae aedificatio .

Vos itaque , EE. PP. precor , ut reassumpto præfato folio *diei 22. Junii* respondere dignemini sequentibus

Dubiis .

I. *An , et quomodo Ecclesia Parochialis , de qua agitur , sit raedificanda in casu etc.*

II. *An , et quomodo sit concedendum Indultum pro venditione bonorum de quibus agitur , in casu etc.*

III. *An*

III. *An, et quae onera Missarum sint perpetuo imponenda Oratori, et Parochis Successoribus in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit approbanda permutatio, de qua agitur in casu etc.*

NULLIUS FOROPOMPILII. Cæsar Armanni Maldensis Civis supremis tabulis Anno 1689. ita de sua hæreditate disposuit, ut decem erigerentur Capellaniæ quæ auctis redditibus ad duodecim etiam augerentur, et suæ Communitati Meldulæ jus tribuit nominandi Capellanos certis sub conditionibus, qui in Parochiali Ecclesia S. Ncolao dicata servitium præstarent: Præsertim voluit, ut quilibet ex Capellanis annuum perciperet redditum scutorum triginta a quovis onere exemptum, atque eligendi essent = *Originarj di Meldola, nati di legittimo Matrimonio, non provisti di rendite Ecclesiastiche da poter comodamente, e condecentemente vivere . . . che debbano saper cantare di canto Fermo prima di essere ammessi a . .* — Sess. 24. C. 14. De Reform.

Hæc duodecim Presbyterorum Congregatio ad Collegium insignis Collegiatæ Apostolica auctoritate erecta est anno 1742. a S. M. Benedicto XIV. præservatis in Bulla erectionis legibus a Testatore præscriptis. Inter illius Canonicos legitime cooptatus est Clericus Antonius Vangelli, qui suum Ecclesiæ præstitit servitium ad annum usque 1798. quo tempore secuta militari occupatione, bona omnia ad Collegiatam spectantia dirempta fuere, atque in extraneos acquirentes distracta, assignata postmodum cuilibet Canonico vitalitia Pensione.

Ali-

Aliquot post annos placuit Vangellio ad sæcularia vota transire, et Matrimonium contrahere, nulla petita venia ab Apostolica Sede retinendi pensionem in statu etiam Conjugali; quam tamen libere exegit ne dum ab occupatoribus Status Ecclesiastici, sed etiam postea a Pontificia Bonorum Ecclesiasticorum administratione. Anno demum 1815. Sacerdos Joannes Gramatica Summum adiit Pontificem, eique exposita vacatione Canonicatus ob Matrimonium initum a Vangellio, et ex neglecta intra legitimum tempus nominatione per Communitatem Patronam petiit, obtinuitque per Apostolicas Bullas Canonicatus collationem, cujus etiam nactus est possessionem die 21. Martii sequentis anni 1816.

Verum cum Sacerdos Grammatica purum nomen Canonici haberet, et illius redditus a Vangellio perciperentur, oblatis post triennium precibus postulavit a S. Congregatione, ut in Pensionum Syllabo suum nomen subrogaretur Vangellio, et hic ad restitutionem fructuum a die captæ possessionis cogeretur. Hæ preces dimissæ fuerunt Rescripto = *Utatur jure suo* = Tunc eas renovavit apud SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM, ac super iis sequens prodiit Rescriptum diei 24. Augusti 1818. = *SSmus attentis expositis remisit preces ad Congregationem Concilii cum facultatibus necessariis, et opportunis etiam cum Clausula de aperitione Oris, contrariis quibuscumque non obstantibus* =

Priusquam juxta hanc specialem delegationem Causa proponeretur, exquisita est Informatio ab Ordinario auditis præsertim Patronis, et Antonio Vangelli, eisque prefixo termino ad deducendum jura sua. Ordinarius retulit terminum præfixisse duorum mensium tum Magistratui Meldulæ, tum Vangellio. Nihil ex parte Communitatis exhibendum putavit illius Moderator; Vangellius, et Grammatica nonnulla exhibuerunt rationum momenta, quæ Sapientissimo Emrum Patrum judicio subjiciam; ac interim in Partium Contradictorio tria concordata sunt dubia, de quibus modo erit disserendum.

Quæritur in *Primo dubio*, an Literæ Apostolicæ, quas impetravit Sacerdos Joannes Grammatica, sint exequen-

quendæ, easque nullo pacto exequendas esse contendit Vangellius, utpote obreptionis, et subreptionis vitio coinquinatas. Hoc enim in casu, ac præsertim cum agatur de odiosa Beneficii impetratione nequeunt Apostolicæ litteræ exequutioni committi, ut post *Text. in Cap. Quamvis de Praebendis in* 6. tradunt *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quaest.* 44. *num.* 16. *Rota coram Rimnaldo decis.* 331. *num.* 1., *decis.* 690. *num.* 1. *et* 2. *et in Spoletana Beneficii* 6. *Julii* 1817. §. 3. *coram Piccolomini*.

Obreptionis vitium deducit, ex quo Sacerdos Grammatica non exposuit Summo Pontifici, Fundatorem voluisse, ut Capellani (qui postea facti sunt Canonici) eligerentur ex Presbyteris Meldulensibus, et *non provisti di rendite Ecclesiastiche*, ita ut inter Concurrentes pauperior in nominatione præferretur. Pariter silentio prætermissum est, eumdem Fundatorem voluisse, ut Capellani Cantus scientiam pollerent. Si hæc rescivisset Pontifex, haud quidem gratiam obsignasset Impetrantis, qui nec nativitatem, nec originem ab Oppido Meldulæ trahebat, qui aliis Ecclesiasticis Beneficiis erat ditatus, quique de sua scientia in Cantu nullum fecerat experimentum.

Contra vero Vangellius exequutionem urget Apostolicarum Literarum, quas ab omni obreptionis labe immunes contendit. Non enim res est de nominatione ad Canonicatum facta a Communitate Patrona juxta Fundatoris voluntatem. Tunc quidem nequivisset Patrona nominationem conferre in non Civem, vel jam aliunde provisum, vel Cantus ignarum Sacerdotem, obstante Fundationis lege sub pœna nullitatis imposita. Sed in præsenti casu agitur de collatione facta ab Apostolica Sede, quæ super Beneficiorum distributione supremum tenet imperium, nullis fundationum conditionibus circumscriptum. Sat ergo fuit, ut narraretur Pontifici, Vangellio fuisse olim collatum Canonicatum, illumque amisisse ob transitum ad Nuptiales amplexus, et Communitatem Patronam neglexisse intra legitimum tempus novum nominare Canonicum, ut Impetranti vacantem ipso jure præbendam, et ad S. Sedem devolutam conferret. Sublato vero obreptionis vitio nihil est, quod Apostoli-

 ca-

carum literarum exequutionem remorari queat, *Text. in capit. Illud de Jurepatronatus et in capit. ultimo de concess. Rota coram Ludovisio decis.* 420. *num.* 3. *et coram Riminaldo decis.* 41. *num.* 31.

Si in primo dubio victoriam assequatur Sacerdos Grammatica, tunc *in secundo* quærendum erit *an Pensio sit subrogata redditibus Canonicatus*. Negat id Vangellius præsertim in præsenti casu, quia in Bullis favore Impetrantis expeditis nulla prorsus fit mentio Pensionis; sed Summus Pontifex loquitur tantum de Canonicatu. Cum ergo in odiosa Impetrationis materia nulla amplecti possit benigna interpretatio favore Impetrantis, sequitur inde, ut, quod de Canonicatu actum est, nequeat trahi ad alium casum Pensionis.

Ea vero est *subrogatorum* natura, ut omnes omnino in subrogato concurrere debeant qualitates, quæ reperiuntur in illo, cui fit subrogatio; ita *Piton. discept. Eccl. tom.* 1. *disc.* 51. *num.* 17. *Constan. Vot. decis.* 375. *num.* 24. *et Corrad. Prax. Benefic. lib.* 1. *Cap.* 5. *numer.* 153. Cum ergo Præbenda Canonicalis, et Pensio prorsus differant inter se, nec eædem in una, alteraque concurrant qualitates, nequit inde affirmari, ut facta fuerit unius in alterius locum subrogatio. Præbenda Canonicalis secumfert titulum perpetuum, et hic titulus perpetuus est, non quidem Personæ, quæ successu temporis mutatur, sed rei inhærens, nimirum sive ipsi Præbendæ, sive Ecclesiæ, in qua Canonia est constituta. E contra Pensio, eaque potissimum, de qua disputatur, nec perpetua est, quæ de uno in alium successivo ordine transeat; sed intra Pensionarii vitæ limites continetur; atque ita ipsius Pensionarii personæ inhæret, ut cum ejus morte statim evanescat, et cesset. Prima datur tanquam debita pro labore merces, ac Choralis servitii emolumentum, et compensatio; altera alimentorum causa tribuitur, et cessante per obitum alimentarii causa, cessat Pensionis solutio.

Contra vero ex parte Sacerdotis Gramatica sustinetur subrogatio. Non alia siquidem Causa fuit constituendæ Pensionis, quam ipsa Præbenda Canonicalis a cujus fructuum perceptione prohibebantur Canonici ob occupationem, venditionemque Bonorum, ac fuit

pro-

proinde ipsi Præbendæ subrogata Pensio tum ex voluntate concedentis, qui non alios, quam Canonicos in hujusmodi Pensionum Syllabo, inscribebat, tum ex voluntate accipientis ex ipsa pensionis perceptione desumpta. Exulare hinc videntur ea omnia, quæ de identitate qualitatum subrogati afferuntur, cum evidenter concurrant tum factum subrogationis, tum utriusque partis consensus.

Nec prætereundum, quod in lacrymabili illa rerum omnium eversione, cum de statuendis Pensionibus actum est, illas divisas fuisse sub triplici titulo nimirum, *Militarium*, *Civilium*, et *Ecclesiasticarum*, ad quarum postremas pertinet Pensio Clerici Vangelli, Si ergo constituta est Pensio Ecclesiastica, non alia de Causa, quam quæ ex vere *Ecclesiastico titulo* dimanat, necessario etiam Ecclesiasticam induit naturam, quam nec destruere poterant Pontificiæ ditionis Invasores, nec reapse voluerunt, statim ac hoc præcise titulo ab aliis hujusmodi Pensiones secernerunt, et iis solvi mandarunt, qui Ecclesiastico legitimo titulo potiebantur. Juris vero indubitati est simplicem etiam Pensionem Ecclesiasticam non posse retineri, nisi impetrata Apostolica venia, ab illis, qui Matrimonii fœdere junguntur, ut in *Cap.* 1. *de Cleric. Conjug. Barbos. Jur. Eccles. Univer. lib.* 3. *de Pension. Cap.* 11. *num.* 30. *Rot. in Recent. dec.* 30. *numer.* 10. *Part.* 5. *tom.* 1.

Quid quid vero sit, utrum Pensiones illæ morte Pensionarii extinguantur, nec alii in locum demortuorum ad illas assequendas admittantur, cum nec ad præsentem controversiam pertineat, nec quidquam commune habeat cum juribus Vangellii; non tamen inde sequitur, ut quam ab initio induit qualitatem Ecclesiasticam, et quam semper retinuit, nunc ex improviso in Civilem comutetur. Extranea æque sunt, quæ a Summi Pontificis voluntate argumenta petuntur vel ad præsumendam diversam ab Ecclesiastica naturam harum Pensionum, vel ad asserendam illarum cessationem post mortem actualium Possessorum. Nam quoad primum cum nihil dispositum expresse sit, cumque in Pensionum elenco retenta fuerit distinctio Civilium, Militarium, et Ecclesiasticarum, nihil in-

novatum videtur super illarum qualitate, ac natura. Quo vero ad secundum Supremæ Potestatis erit decernere quidquid pro Ecclesiæ, et Imperii bono, magis conveniat, quin liceat nunc Summi Pontificis voluntatem præoccupare.

Tertium tandem Dubium a definitione præcedentium pendet. Nam si Literæ Apostolicæ, tamquam vitio obreptionis infectæ, non sunt exequendæ, si Pensio subrogata non censetur Præbendæ Canonicali, jam inutilis evadit quælibet de hujus solutione inquisitio, saltem quoad interesse Sacerdotis Gramatica, e contra videbunt EE. PP., utrum ei concedendum sit jus exigendi Pensionem a die captæ Possessionis.

Dubia

I. *An Literae Apostolicae sint exequendae in casu etc.*

II. *An Pensio sit subrogata redditibus Canonicatus in casu etc.*

III. *An, et a quo tempore eadem Pensio sit solvenda favore Provisi per Literas Apostolicas in casu etc.*

Die Sabathi 18. Septembris 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ALBINGANEN. CAPELLANIAE

Sess.25. Cap.9. De Reform.

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo Dubio in casu etc.*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo Dubio in casu etc.*

III. *An sit standum, vel recedendum a decisis in tertio Dubio in casu etc.*

IV. *An sit standum, vel recedendum a decisis in quarto Dubio in casu etc.*

Ad I. II. III. et IV. in decisis: et amplius

FANEN. RAEDIFICATIONIS

Dubia

I. *An, et quomodo Ecclesia Parochialis, de qua agitur sit raeedificanda in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedendum Indultum pro venditione bonorum de quibus agitur, in casu etc.*

III. *An, et quae onera Missarum sint perpetuo imponenda Oratori, et Parochis Successoribus in casu etc.*

Sess.21. Cap.7. De Reform.

IV. *An, et quomodo sit approbanda permutatio, de qua agitur in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative juxta votum Episcopi

Ad II. Affirmative servatis de jure servandis

Ad III. Affirmative imposito perpetuo onere Missarum quadraginta pro Legatis impositis super censibus, et domunculis, et aliarum viginti pro bonis Petrazzi in singulos annos celebrandarum

Ad IV. Affirmative juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo quoad omnia, et ad Mentem

NUL-

NULLIUS FOROPOMPILII

Dubia

I. *An Litterae Apostolicae sint exequendae in casu etc.*

II. *An Pensio sit subrogata redditibus Canonicatus in casu etc.*

III. *An, et a quo tempore eadem Pensio sit solvenda favore Provisi per Litteras Apostolicas in casu etc.*

Dilata, et scribatur Ordinario pro nova Informatione, ut referat magis præcise de redditu Canonicatuum, et de quantitate bonorum ab Administratione Generali restitutorum.

Sess 22. Cap.6. De Reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS Moriturus in Urbe Laurentius de Rubeis Senensis in Supremis Tabulis Universalem hæredem scripsit V. Archiconfraternitatem S. Catharinæ Senensis imposito ei onere = *Che del resto delli frutti della mia Eredità si dia nel giorno della Festa di S. Catarina di Siena la dote di sc.* 100. *e la Veste rossa a tante Zitelle quante centinara di scudi, ed il prezzo di dette veste si troveranno pro tempore nel Banco di S. Spirito a credito della mia Eredità* = Ut vero Moderatores pro tempore prædicti Sodalitii scirent, quæ inter Puellas ex Fundatoris voluntate essent præferendæ in dotis compendio caute jussit = *Se le Zitelle abitanti in Roma saranno di Padre, e Madre Senesi, voglio, che queste siano preferite a quelle, che saranno Figlie solo di Madre Senese.*

Tot rerum publicarum vicissitudines, quibus maxime obnoxia fuerunt Ecclesiarum, locorumque Piorum redditus Causam dederunt, ut ab anno 1798. usque ad novissima tempora intermissæ fuerint dotium distributiones. Cum id irreparabile damnum afferret Puellis, quas Testator ad consequendas dotes vocaverat, si de-

decimum quintum jam numerarent Annum, nec vigesimum excessissent; æqui, et justi ratio suasit Congregationi illius Sodalitii, ut præterito Anno = SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM exorarent= *affinchè non soffrano alcun pregiudizio le Zitelle, che ne sono rimaste prive per l' anzidetta Causa* (suspensæ nimirum collationis) *di abilitarle al Concorso, non ostante, che trovinsi ora in età maggiore di quella prescritta dai Testatori, o siano ancor maritate* = Hisce precibus benigne annuit Summus Pontifex Rescripto diei 27. Aprilis 1818.

Aperta igitur occasione redintegrandæ Dotium distributionis inter cæteras concurrentes erant Birgitta Gabrielli, quæ exposuit SSmo a Bisavo Senensi descendere, postulavitque admitti ad concursum, et obtinuit Rescriptum, quo SSmus *benigne annuendo pro gratia petitae habilitationis remisit preces arbitrio Emi Protectoris*, qui utendo facultatibus sibi tributis potestatem fecit Birgittæ concurrendi ad dotes; Erant etiam Sorores Prudentia, et Justina Bennini ex Patre, et Matre Senensibus ortæ. Placuit tamen Collatoribus primam præferre, eique dotis scutorum centum conferre subsidium. Id injuria, et contra Testamenti literam actum fuisse conquestæ sunt eædem Sorores apud SSmum, qui ex novo Rescripto diei 24. Junii currentis Anni rei cognitionem huic S. Congregationi ablegavit, *etiam cum Clausula de aperitione Oris adversus Rescriptum diei* 22. *Martii* 1819. quod Birgitta obtinuerat. Hinc quinque concordata sunt *dubia*, super quibus ex utraque parte distribuuntur allegationes.

Defensor Justinæ Bennini Rescriptum a Birgitta obtentum obreptionis ac subreptionis vitio infectum dicit, tum quia in supplici libello SSmo exhibito assertum fuit, Birgittam a Bisavo Senensi descendere, quod falsum, aut saltem valde incertum erat, cum non ex fide Baptismatis, sed ex simplici enunciativa probaretur; tum quia reticitum fuit, Testatorem prælative ad dotium compendium invitasse Puellas, quæ ex utroque Parente Senensi procreatæ vitam in Urbe degebant. Sane Principis Rescripta, quæ per obreptionem, ac subreptionem obtenta sunt, manere non decet *ad*

Text.

Text. in Cap. Dudum de Privileg. Felin in Cap. Super Literis num. 18. de Rescrip. Rota in Recent. decis. 372. num. 8. part. 17. coram Rezzonico decis. 216. num. 7. et coram Riminaldo decis. 520. num. 1.

Hinc nullam dicit collationem dotis a Sodalitii Congregatione factam favore Birgittæ. In eo siquidem Conventu interfuit Birgittæ Germanus Frater, qui abesse debebat, ut liberum cuique esset suum ferre suffragium. Nec in extrinseca tantum forma peccatum est, sed etiam intrinseco vitio laborat hujusmodi collatio. Etenim facta est contra expressam Fundatoris voluntatem, qua præferebantur Sorores Bennini, ex utroque Parente Senensi exortæ, quæque inter Concurrentes numerabantur. Porro nullum erat Sodalitio jus derogandi tam explicitæ Testatoris voluntati, neque hoc jus ei tributum fuerat ex Pontificio Rescripto, quod Birgitta obtinuerat. Nam licet Birgittæ indultum fuerit, ut quamvis extra Urbem moraretur, quamvis a Bisavo, qui Senensis enunciabatur, descenderet, posset tamen ad Concursum accedere, non ideo sequebatur, ut posset, eique concessum intelligeretur, a prima vacationis Sede detrudere Puellas illas, quæ omnibus pollebant requisitis, et quibus Testator præ cæteris dotem conferri jusserat = *Voglio, che queste siano preferite* = aliud namque est, prorsusque diversum removere obstaculum, quo Birgitta a Concursu repellebatur, idque factum est Rescripto habilitationis diei 22. Martii currentis anni; aliud vero est Puellas, quæ ex Testatoris voluntate jus prælativum ad dotem habebant, hoc ipso jure privare, ac destructo prælativo ordine a Fundatore statuto omnes Puellas concurrentes in pari conditione ponere, quod nec Birgitta postulavit in precibus, nec SSm̃us Pontifex concessit in laudato Rescripto: Nulla igitur fuit collatio a Sodalitii Congregatione facta contra expressam Testamenti literam, cui nullo Pontificio Indulto fuerat derogatum. *Garz. de Benef. part. 7. Cap. 1. num. 65. Rota in Recen. decis. 619. num. 4. part. 19. Tom. 2. cor. Molin. decis. 1151. num. 2.*

Nec ulla interpetratione trahi poterat, ut ex obtento Rescripto Birgitta æquipararetur Filiabus ex utroque Parente Senensi genitis. Hæc enim æquiparatio secum necessario ferret *praejudicium Tertii*, a quo ita semper ab-

abhorrent Apostolicæ dispensationes, et Principum Rescripta, ut etiamsi non apposita, subintelligatur semper *conditio sine praejudicio Tertii*. Ita docent *Corrad. in Praev. lib.* 4. *Cap.* 6. *num.* 3. *Rota disput. Jur. cap.* 174. *n.* 17. Rota *coram Ludovis. decis* 383. *num.* 2. *et coram Rezzonic. decis.* 368. *n.* 17.

Hoc vero præjudicium Sororum Bennini, ac præsertim Justinæ, quæ nunc judicio sistit, evincitur ex eo, quod si concessa non fuisset habilitatio Birgittæ, nec isthæc ad concursum venisset, nec dotem potuisset obtinere. Quin imo cum in Justina omnia concurrant requisita, quæ Testator in iis Puellis voluit, quas in primo gradu vocavit, ipsa sibi dotem vindicare poterat non tam ex electione Congregationis Sodalitii, sed potius ex literali sede vocationis, seu ab ipsomet Testatore. Ita in Juribuspatronatus, ii, qui qualificati sunt juxta voluntatem Fundatoris, præferri debent præsentatis a Patrono, quia in hoc casu præsentatio suppletur a jure *Ita Card. de Luc. de Jurepatronat. disc.* 20. *num.* 7 *Rota coram Lancel. decis.* 1256. *num.* 1. *et* 2. *coram Falcon. de Jurepat. decis.* 32. *num.* 1. *et coram Rezzon. decis.* 216. *num.* 15.

Contra vero ad tuenda jura Birgittæ plurima adducit ejus defensor; ac primum *ex Cap.* 16. *de reg. Juris in* 6. ait Beneficium Principis decere esse mansurum, et non nisi evidentissimis probationibus evinci oportere oppositum obreptionis, ac subreptionis vitium. In precibus nomine Birgittæ SSmo exhibitis expositum fuit ipsam a Bisavo Senensi descendere, quod quidem nunc ex allatis documentis, et enunciativis in iis contentis probatur; exposuit insuper Ipsam extra Urbem, licet in ea natam, vitam degere; Exposuit tandem ex lege Fundationis Puellas commorantes in Urbe, et natas ex utroque Parente vel saltem ex uno Senensi esse vocatas. Nec igitur falsum exposuit, nec verum reticuit, unde Summus Pontifex in errorem pertrahi, et ad eam gratiam procivem fieri poterat, quam cæteroquin aut negasset, aut difficilius concessisset. Exulat in hoc casu quodlibet obreptionis, et subreptionis vitium.

 Nec

Nec etiam quidquam necessarium reticuit Birgitta, dum expressam non habuit mentionem de existentia aliarum Puellarum, quæ præscriptis requisitis pollerent. Non enim poterat alias in specie puellas nominare, quarum ignorabat vel existentiam, vel voluntatem concurrendi. In genere vero satis superque eas adesse commemoravit, statim ac postulavit habilitationem, quæ necessaria ipsi erat, ne ab aliis Puellis Indulto non indigentibus vinceretur. Porro, hæc generalis notitia ex ipsis precibus scatens sufficiens erat, ut Summus Pontifex cogitaret alias existere Puellas necessariis munitas requisitis, utque ideo nota subreptionis evanesceret *Felin. Cap. Nonnulli num. 18. de rescript. Rota decis. 107. nu n. 25. par. 10. Recent. et decis. 769. num. 8. part. 18. et S. Congregatio in Romana seu nullius Sublacen. Legati 26. Martii* 1791.

Haud vero nullitate laborare dici potest Resolutio a Congregatione Sodalitii capta cum nec præterita fuit forma a Statutis præscripta, nec vitium ullum in Scrutinio irrepsit. Quod si de illius justitia inquiratur, facile putat Birgittæ Defensor eam demostrare, tum quia poterat Brigitta concurrere, tum quia unica erat, cui subsidium dotale conferri debebat. Potuit quidem concurrere ex Summi Pontificis indulgentia, et exequutoriali Decreto Emi Pro-Protectoris. Ipsa vero præferenda erat Justinæ, quia utraque dispensatione indigebat, hæc ob ætatem, et jam contractum matrimonium, illa ob descendentiam a Genitoribus Senensibus. Sed inter duas æque dispensatas præferenda erat Birgitta, de cujus paupertate constat, repellenda Justina nupta Viro non pauperi. Etenim Emus Pro-Protector in exequutione Pontificii Rescripti edito occasione redintegratæ distributionis Dotium, de quo ab initio meminimus, nonnullas addidit conditiones, inter quas hæc adnumeratur = *Pauperes ipsae sint, vel pauperibus viris conjunctae* =

Placuit Defensoribus Sodalitii, et Birgittæ ex injunctis a R. P. D. Auditore SSmi facultatibus speciale concordare Dubium super refectione expensarum *judicialium*, et *extrajudicialium*. Conveniunt utrique De-

Defensores, locum esse in hujusmodi Causa refectioni expensarum etiam extrajudicialium, ne Puella, cui ex Resolutione S. hujus Congregationis solvenda erat Dos, eam ob sumptus injustæ litis decurtatam consequatur. Si Emi Patres judicium reddent favore Birgittæ, nullum superest dubium, quod expensæ a Justina sint reficiendæ. At si diversam inierint sententiam favore Justinæ, tunc inquirendum erit, an a Birgitta, tantum, vel una simul a Sodalitio sint reficiendæ; rursus, utrum Sodalitio concedendum sit, ut redditus hæreditatis de Rubeis, qui ex Testatoris expressa lege in tot dotes essent erogandi, possint in hujus litis expensas converti.

Dubia

I. *An sit locus Aperitioni Oris in casu etc.*

II. *An constet de nullitate Resolutionis, et collationis Dotis factae a Confraternitate in casu etc.*

III. *An sit locus solutioni Dotis favore Birgittae Gabrielli, seu potius applicationi favore Justinae Bennini in casu etc.*

IV. *An et quomodo sit providendum in casu etc.*

V. *An sit locus refectioni expensarum etiam extrajudicialium in casu etc.*

Ad I. et II. Negative.

Ad III. IV. et V. iterum proponatur.

PRAENESTINA RESTAURATIONIS ECCLESIAE COLLEGIATAE. Cum nonnullis indigeret reparationibus Collegiata Ecclesia sub titulo S. Andreæ in Oppido *Paleani* Canonici putarunt hoc onus ad Patrimonium spectare defuncti Comestabilis Philippi Columna, cujus tamen Administratores hoc idem onus tanquam indebitum assumere detrectarunt. Post exquisitam itaque Emi Prænestini Episcopi Informatio-

Sess. 21. Cap. 7. de Reform.

tionem causa proponitur, in qua quæritur cujus sumptibus reparanda sit Ecclesia, distributa ex parte tantum Administratorum Patrimonii allegatione, cum nihil adhuc mihi exhibitum fuerit ex parte Capituli.

Quæ, veteribus ex incendio deperditis, iterum conditæ fuere statutariæ leges anno 1531. probante ac confirmante Ascanio Columna duplex constituerunt *Datium* super transitu videlicet animalium, ac super venditione mobilium, et semoventium. Palianensis Communitas dein in manutentionem fabricæ Collegiatæ noviter tunc erectæ assignavit utriusque datii redditus a duobus *Sanctesiis* administrandos, qui reapse per sexaginta annos eam gessere administrationem. Anno vero 1619. ejusmodi administratio concredita fuit Comestabilibus Columna, qui insignes impensas fecerunt in manutentionem Ecclesiæ, ceu pandunt acta Visitationum annorum 1627, 1630, 1637, 1669, 1674. quodque ex Cap. 4. Capitularium Constitutionum confirmatur.

Anno vero 1778. aboleta per Summum Pontificem Pium VI. Sa. Mem. gabella transitus, solemnem in actis Episcopalis Curiæ emisit protestationem Laurentius Comestabilis Columna, qua ob suppressum datium non amplius se teneri dixit ad fabricæ Ecclesiæ manutentionem, atque ex pia dumtaxat liberalitate se promptum præbuit pro ea vice tantum ad explendas nonnullas urgentiores reparationes; quæ protestatio repetita est annis 1791. 1812. 1815., dum pientissimi Columnenses alias peregerunt restaurationes. Sublata enim redditunm correspectivitate illico evanuit quævis illorum correspectiva obligatio juxta *Text. in L. Julianus. §. si procurator de act. vend. L. final Cod. de fruct. et Lit. expens. et Rot. cor. Ninot. dec.* 36. *num.* 2. 4., actusque illi facultivi ex Religione, et pietate exerciti nequeunt inducere obligationem in exercente *L. solent. §. final. de Offic. Pro consul. L. Cum in rem verso C. de Usur. Rot. cor. Olivat. dec.* 589. *num.* 4. *tom.* 5. atque eo magis dum agitur de Restauratione Ecclesiæ quæ liberalitati est tribuenda, nisi a Canonicis coactiva ac legittima consuetudo luculentissime pro-

probetur *Clericat. de benef. dec.* 99. *num.* 20. *et Rot. cor. Riminald. dec.* 314. *num.* 13. 14. *et in Lucana Reparationum* 21. *Junii* 1765. *§.* 8. *cor. Herreros* .

Ulterius etiam progreditur Patrimonii Columna Defensor , demonstratque ad Capitulum , et Canonicos pertinere restaurationem Collegiatæ Ecclesiæ , quando præbendæ satis superque sunt ad illud onus ferendum , quod in casu esse defendit , juxt. *Can. Decernimus* 10. *caus.* 10. *quaest.* 1. *Can. unio* 3. *caus.* 10. *quaest.* 9. *et Cap.* 1. *et* 4. *de Eccl. aedificand. Sacrosanctum Conc. Tridentinum Sess.* 21. *c.* 8. *de Reform.* S. Cong. *in Auximana Restaurationis Ecclesiae Parochialis* 24. *Augusti* 1719. *et in Nullius Farfen. Reparationis Ecclesiae* 8. *Februarii* 1721. *pluribus aliis omissis.* Quin aliquod præsidium afferat Capitulo , et Canonicis Palianensibus qualitas Patroni , qua fruitur Gens Columnensis . Admissa enim etiam hac qualitate , compertum in jure est , Patronum teneri ad reficiendam Ecclesiam dumtaxat, dum deficiunt Ecclesiæ , et Capituli redditus juxta *S. Concil. Trid. loc. cit. et Reinffest. lib.* 3. *tit.* 48. *§.* 1. *num.* 25. *et seq.* , *et S. Cong. in Feretrana* 19. *Septembris* 1818. *§. At enim* . Atque hinc Patrimonium non teneri ad eam, quam hodie poscunt Canonici reparationem, concludit Patrimonii Defensor.

Hæc fusius in Allegatione exposita recolant EE. PP., quænam vero sint Capituli rationum momenta ex distribuenda forsan allegatione noscent ad definiendum deinde

Dubium

An , et cujus sumptibus consulendum sit Reparationi Ecclesiae in casu etc.

Dilata non ritardata interim sumptibus Patrimonii Columna reparatione Ecclesiæ nunc necessaria.

STRON-

Sess. 5. *Cap* 1. *de Reform.*

STRONGULEN PRAEBENDAE THEOLOGALIS. In Strongulensi Ecclesia nunquam erecta fuerat Theologalis Præbenda juxta præscriptum in SS. Tridentina Synodo *Sess.* 5. *Cap.* 1. *de Reform.* et quam necessariam duxerat in Pastorali Visitatione Anni 1804. Archiepiscopus S. Severinæ Metropolitanus. Plures tamen per annos dilata fuit hujusmodi erectio ob notissimas vicissitudines, quas tum Sacerdotium, tum Imperium ubique passa sunt. Anno demum 1815. vacante Ecclesia Strongulensi illas Vicarius Capitularis Archidiaconus Lequaglie, qui ob neglectam per Capitulum legittimo tempore electionem, a Metropolitano fuerat deputatus, vacantem Canonicatum ejusdem Cathedralis Ecclesiæ sub titulo S. Mariæ Gratiarum in Præbendam Theologalem erexit, eidemque Canonicatui sic erecto præeminentiam in Choro super cæteros Canonicos, excepto tamen Poenitentiario concessit.

Unus tamen Sacerdos Dominicus Amato, indicto concursu, examinis periculum fecit, obtinuitque præbendam, quam a Mense Martio Anni 1815. usque nunc laudabiliter exercuit, quemadmodum testatur Strongulensis Capituli Archipresbyter, et Dignitas Aloysius Medaglia. Contra hanc electionem surrexit Primicerius Cajetanus Oliverio die 28. Maii 1818. et coram Vicario Apostolico, qui Capitulari fuerat subrogatus, institit pro declaratione nullitatis. Ejus instantia ab Apostolico Vicario ita eadem die dimissa est = *il Comparente Sig. Primicerio Oliverio ricorra alla S. Sede*. =

Statim Oliverius suam renovavit instantiam apud Sanctissimum, quæ ablegata fuit Vicario Apostolico, ut Audito Capitulo, et Sacerdote Dominico Amato, referret, qua auctoritate facta fuisset erectio, an in ea servata esset forma tum a Tridentino, tum a Constitutione S. M. Benedicti XIII. *Pastoralis Officii* præscripta, et de requisitis in Sacerdote Amato concurrentibus. Hanc tamen Informationem in omnibus Amato favorabilem reddidit Vicarius Capitularis Cariatensis, quia ex nova Diæcesium circumscriptione a Sanctissimo facta Ecclesia Strongulensis Cariatensi fuerat unita.

In-

Interea nomine Capituli oblatæ sunt preces huic S. Congregationi contra prærogativam *Stalli* Canonico concessam in collatione Præbendæ Theologalis. Sed cum hæc nova instantia, licet a Procuratore Capituli facta, a principali Causa jam introducta penderet, et inutilis erat inquisitio præcedentiæ, si nulla declarata fuisset erectio Præbendæ, hinc assueto rescripto dimissa est = *habebitur ratio in propositione Causae*. = Tunc Canonicus Amato, ut si qui forte irrepsissent errores in collatione Theologalis præbendæ emendarentur, novam illius provisionem a S. Sede impetravit.

Duo in Partium conflictu concordata sunt Dubia, quorum primum validitatem, vel nullitatem erectionis, alterum jus præcedentiæ Canonico Amato concessum respiciunt.

De utrisque breviter agam.

Quod Summorum Pontificum Constitutiones, et plurium Conciliorum decreta jamdiu præscripserant de Sacræ Scripturæ expositione, et interpretatione; id non modo confirmavit SS. Tridentina Synodus in *Sess. 5. Cap. 1. de Reform.*: sed etiam imposita pœna eos, qui hoc sibi munus impositum obire detrectarent, compelli expresse sancivit. Quin imo si in Ecclesiis Metropolitanis, vel Cathedralibus deesset Præbenda Theologalis, expressis verbis decrevit, *ut Praebenda quomodocumque praeter quam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit ad eum usum IPSO FACTO PERPETUO CONSTITUTA, et deputata intelligatur*.

Ex hac Tridentina Sanctione absolutam putat *primi Dubii* disputationem Canonici Amato Defensor. Nam si Vicarius Capitularis Strongulensis in erectione Præbendæ Theologalis nil aliud egit, quam quod ex præscripto SS. Canonum agere debebat; si secus etiam ab ipsius Ordinariæ authoritatis interventu, posita vacatione Præbendæ, cui nullum aliud incompatibile injunctum erat onus, ipso juris Canonici ministerio erectio *pro facta* haberi debebat, profecto inutili conatu illius erectio de nullitate incusatur.

Hinc

Hinc extraneam prorsus a præsenti quæstione disputationem dicit, an Archidiaconus Franciscus Lequaglie legitimus fuerit Vicarius, vel potius *Intrusus*, et utrum illigitima fuerit erectio, ex quo in illa Laicam auctoritatem imploraverit. Præter quam quod enim constat de legitima illius Vicarii electione facta a Metropolitano S.Severinæ quia Capitulum Strongulense intra decendium neglexerat alium in demortui Vicarii subrogare: notandum insuper est, quod ille toto sui muneris tempore ab omnibus pro legitimo habitus est, omniaque Vicarii officia libere exercuit; unde sequitur, ut pro bono publico, quod ab ipso actum, gestumque est, ratum, firmumque habeatur. Quod si postmodum ab ipso munere dimissus fuit, eique suffectus Vicarius Apostolicus, non ideo necessario sequitur, ut *intrusus* fuerit, ejusque acta nullitate inficiantur.

At enim vero cum res sit de erectione, quæ posita vacatione Præbendæ *ipso facto*, et ex ministerio Tridentinæ sanctionis statim facta censeri debebat, etiam si illegitimus fuisset Vicarius, non ideo sequebatur, ut illegitima evaderet erectio ipsa, quæ suam validitatem non ab auctoritate Vicarii, sed a SS. Canonum præscripto mutuabatur. Alias inutili circuitu id modo faciendum esset, quod jam factum reperitur. *Text. in leg. 33. ff. de cond. indeb. Rota coram Olivat. decis. 710. num. 10. tom. 7. in Fabrianen. praetensi Spolii 27. Junii 1753. §. 8. coram Molino, et in Ferrarien. Pecuniaria 9. Junii 1755. §. 9. coram Caprara.*

Quod si Vicarius Lequaglie propria ordinaria auctoritate ad erectionem procedere debebat nulla implorata Laicæ potestatis venia, quæ necessaria non erat, haud inde sequitur, ut quod ille minus recte, et præter necessitatem gessit, nullitatis notam ipsi erectioni inurat, quæ certe facta, absolutaque fuit non a Laica, sed ab Ecclesiastica, ac proinde legitima potestate. Inconcussi siquidem juris est regula quod utile per inutile non vitietur. *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 36. num. 127. et quaest. 41. num. 39. Zacch. de oblig. Camer. decis. 138. num. 9. et Rota in Regent. decis. 325. num. 6. part. 18.*

Ut

Ut defensor Canonici Amato Præbendam Theologalem Clienti suo, ita etiam Præeminentiam in Choro vindicare conatur. Constat siquidem ex actu erectionis eam prærogativam eidem fuisse concessam a Vicario Capitulari, qui tunc Ordinarii munus explebat. Unus idemque fuit actus, tum Erectionis, tum Privilegii, immo hoc secundum primæ famulabatur. Si ergo legitima fuit erectio, servanda pariter videtur Præeminentia, quia accessorium sequitur principale.

Adde quod usque ab initio anni 1815. facta, consumataque est Præbendæ Theologalis erectio, et illius possessionem nactus est Canonicus Amato mense Martio ejusdem anni. Ab hac igitur possessione detrudi nequit nisi a legitimo contradictore, quod certe esset Capitulum, si preter supplicem libellum a nemine subscriptum, exhiberetur ipsius Capituli Mandatum Procuræ. Nec demum desunt exempla in aliis finitimis Ecclesiis, in quibus Canonicus Theologus eadem præeminentiæ prærogativa donatur.

Ex parte vero Canonici Cajetani Oliverio jura distribuentur, cum nihil mihi exhibitum fuerit.

Dubia erunt

I. *An constet de nullitate Erectionis Praebendae Theologalis in casu etc.*

II. *An Canonico Dominico Amato competat jus praecedentiae in Choro, seu potius competat Canonicis Antianis in casu etc.*

Ad I. Negative, et amplius.

Ad II. Dilata, et ad D. Secretarium ad Mentem.

FERETRANA RESIDENTIAE, ET DISMEMBRATIONIS. Hujus Causæ speciem exhibet *Folium Congregationis* habitæ die 30. Augusti 1817., in qua concordatis dubiis *I. An Archipresbyter Gambetti cogendus sit ad residentiam in Ecclesia S. Petri in* *Sess.23.Cap. 1. de Reform.*

Cultu in casu etc. et quatenus negative. *II. An*, *et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercatini*, *ejusque agri a Paraecia di Talamello in casu etc. III. An et quomodo constituenda sit congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu Oppidi Mercatini in casu etc.*, responsum prodiit = *Ad I. affirmative*, *ad II. et III. Provisum in primo* = In Congregationibus deinceps dierum 21. *Februarii*, *et* 11. *Aprilis anni* 1818. reproposita fuit sub unius dubii formula videlicet = *An sit standum*, *vel recedendum a decisis* = Cui ob dilationis beneficium impetratum ab Archipresbytero Gambetti responderunt EE. PP. in sequenti Congregatione *diei* 2. *Maii* = *Recedendum a decisis* = Hodie itaque sub concordata triplici dubiorum formula claritatis gratia, iterum causa proponitur, instantibus Mercatinensibus, quibus displicuit postrema S. Tribunalis resolutio, distributa ab ipsis allegatione, vadimonium vero deserente Archipresbytero Gambetti, qui nihil adhuc mihi exhibuit.

Agitur in primo dubio, an sit standum in primo loco decisis, ubi ad residentiam adactus fuit Archipresbyter Gambetti, vel secundo loco decisis, in quibus a residentiæ onere solutus fuit. Mercatinensium defensor in primis de quæstionis statu loquitur, in quo nimirum quærendum est, an compellendus sit adversarius ad residentiam in Ecclesia S. Petri in Cultu, in qua originarius Parochialitatis titulus infixus est, vel a Sæculo quartoquinimo ex ejus structura arguere contendit in eadem habitasse Presbyteros, vel a Sæculo secundo, qui potestate ab Episcopo delegata in minoribus Titulis, seu Paræciis ruralibus animarum curam, et divina officia exercebant: ac proinde quærendum, an in hac, in qua inest Parochialitatis titulus, et pro qua semper Bullæ expediuntur, residere debeat Archipresbyter Gambetti, Cum autem ex *Trid. Sess.* 23. *Cap.* 1. *de Reformat.* obligentur Parochi = *ad Personalem in sua Ecclesia . . . residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur*; cumque ex *Fagn. in Cap. Conquerente de Cleric. non residen. Reiffenstuel Jus. Can. lib.* 3 *tit.* 4. *n.* 1. ,, *nihil aliud sit residere*, *quam deser-*

servire Ecclesiae in Officiis divinis ,, cumque in themate Ecclesia, quæ ab antiquioribus Sæculis, constituta est Paræcia, et cui inest Parochialitatis titulus, sit Ecclesia S. Petri in Cultu, in hac sequitur residere debere Parochum, et in hac exercere munia Parochialia, quin admitti possit distinctio e contra proposita, scilicet titulum inesse in Ecclesia S. Petri in Cultu, at Parochialitatem stare in Ecclesia *della Misericordia*; Post relatam enim originem *Tituli Ecclesiae*, affert etiam doctorum sententias, qui ajunt intelligi consuevisse pro verbo Tituli locum, et sedem certam Clericis assignatam ad sua munia exercenda; unde omnes Clerici alicui Ecclesiæ adscribi, et *intitulari* debebant juxta *Can. 4. Oecumenici Conc. Chalcedonensis.* Hinc si in Ecclesia S. Petri in Cultu inest titulus Paræciæ, in in ea residere, et exercere debet Parochus functiones. Ostendit dein titulum Parochialem numquam unitum, vel translatum fuisse ab Ecclesia S. Petri in Cultu ad Ecclesiam Talamelli; Nunquam enim translatio præsumitur, nisi invictis argumentis probetur, juxta *Rot. in Nuper. Tom. 2. decis.* 57. *numero* 6. Excludit deinde immemorabilem consuetudinem, et Centenariam præscriptionem *ex facto* ad præsumendum titulum residentiæ penes Talamellum; Addit *ex jure* nullum titulum idoneum ad deserendam residentiam in Ecclesia S. Petri in Cultu præsumi posse ex allegata immemorabili, vel centenaria, cum nec unio subjectiva, nec æque principalis, nec translatio probetur: Nihil vero suffragari vel habitationem Parochi in Castro Talamelli, vel silentium Episcoporum, vel deficientiam ædium apud Ecclesiam S. Petri in Cultu, ex quibus nullus deduci potest titulus ad evitandam residentiam in Ecclesia S. Petri.

Quatenus vero EE. VV. Parochum ad residentiam in Ecclesia S. Petri in Cultu non teneri judicent, tunc locum esse contendit dismembrationi, (de qua secundum dubium) tum ob difficultatem viarum, quæ pluribus modis probatur in themate confutatis testibus adductis ab Archipresbytero, cujus consensus, quia injuste denegatus, attendi non debet; præ-

sertim cum nullo alio modo succurri possit populo Mercatini.

Sermo tandem est in III. Dubio de mediis pro constituenda congrua novo Parocho; de quibus jam *in Folio diei 30. Augusti* 1817. actum est, unde EE. PP. precor, ut relata superius folia reassumere dignentur, eaque perpendere cum novis juribus a Mercatinensibus allatis, aliisque a Paroco Gambetti pro Congregatione *diei 2. Maii* proxime elapsi distributis, ut tutius dirimere possint tria controversiæ.

Dubia

I. *An sit standum in primo, vel secundo loco decisis quoad primum dubium in Casu etc.*

Et quatenus *in Secundo loco decisis*

II. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercantini ejusque Agri a Paraecia di Talamello in Casu etc.*

III. *An, et quomodo sit constituenda congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu in Casu etc.*

Dilata, et proponatur in prima post aquas omnino, et instanter.

Sess. 23. Cap. 6. de Reform.

ASSISIEN LEGATI PII MISSARUM: Cæcilia, et Diomira Giorgetti conditis Testamentis anno 1720. Laicalem fundarunt Capellaniam. Cæcilia post assignatos fundos, usumfructum Capellano nominato concessit = *coll' obbligo preciso, e non altrimenti di celebrare per se stesso, ed essendo legittimamente impedito per altro Sacerdote Secolare* = quod onus per seipsum celebrandi secundo, tertio, et quarto confirmavit; voluitque præterea, ut *il Sacerdote pro tempore da nominarsi sia Prete Secolare etc.* Activum juspatronatus reliquit Josepho Benigni, illiusque primogenitis, hac arescente linea, primogenitis Comitis Hieronymi Celleni; iisque de-

deficientibus substituit primo Patricium Assisiensem a Municipibus nominandum, dein Capitulum Cathedralis, postremo Episcopum.

Diomira hæc omnia confirmavit a Cæcilia constituta = *Solamente però intende la detta Sig. Diomira, che il jus di eleggere, e nominare il sopradetto Sacerdote pro tempore, lo abbia sempre il detto Sig. Terenzio Bini sua vita durante, e dopo la di lui morte il suo Figlio Primogenito, e dopo questo il suo Nepote primogenito, e così successivamente, e fino a tanto, che vi saranno i discendenti Maschj come si è prescritto dalla detta Sig. Cecilia sua Sorella nel prenominato suo legato perpetuo a favore del Sig. Giuseppe Benigni, escluse però le Femine, ed ancora con tutte, e singole sostituzioni parimenti fatte, quali vuole, che siano in questa parte ripetute litteralmente, e* ad unguem, *in maniera tale, che occorrendo anche in questo qualsisia caso, sempre, e perpetuamente si abbia a ricorrere a quello, e secondo quello regolarlo* =

Canonicus Terentius Bini Capellaniam hanc, quam ultimus possedit, dimisit, et cum activo frueretur jurepatronatus, ceu ultimus de familia Bini ad eam nominavit Clericum Josephum ex Comitibus Bindangoli ex Sorore pronepotem, cum expressa tamen conditione assequendi Apostolicum Indultum per alium Missas celebrandi, cum nondum insigniri posset Clericus, ob defectum ætatis, charactere Sacerdotali; duo de viginti enim vix numerat a nativitate annos. Fato interea cessit Canonicus Bini, nominandique jus devolutum fuit ad Comitem Antonium Celleni, de quo nulla quæstio. Cum tamen quadrimestre patronis præfinitum ad exitum properaret, nec adhuc Clericus Joseph a defuncto Canonico Bini nominatus Indultum Apostolicum obtinuisset, suam nominationem explevit Cellenus favore Sacerdotis, et Canonici Aloysii Mazzicchi. Preces tunc jam expleto quadrimestri SSmo dedit Bindangolus, quas huic S. Congregationi ablegatas Assisiensi Antistiti remisi pro informatione, et voto, fundationis transmissione, eumque rogavi, ut terminum Compatronis præfigeret ad sua jura deducenda coram S. Congregatione. Hisce ab Episcopo diligentissime præstitis causa proponitur duobus concordatis dubiis, ac duobus nominatis concertantibus. Unus tamen Mazzicchius *restrictum* facti, et

et juris distribuit, quem, jam habent EE. PP., silente interea Bindangolo.

Non esse itaque locum concessioni Indulti petiti a Clerico Bindagoli, ait ejus Contradictor Canonicus Mazzichi. Cum enim pluries a fundatricibus Capellano præscripta legatur Missarum celebratio *per se stesso*, nonnisi Sacerdotem Ipsæ nominandum esse voluere, ac Capellaniam instituerunt actu Sacerdotalem ad tradita per *Pasqualiq. de Sacrif. Miss. quæst.* 117. *num.* 4. *Rocca disp. jur. cap.* 190. *num.* 4. *Rot. in Ariminen. Capellaniæ* 27. *Januarii* 1775. §. 6. *cor. Amadeo*; quod cognovit nominans Canonicus Bini, fassusque est nominatus Bindagoli; unde non est concedenda dispensatio, quia alius adest nominatus æque nobilis ac Bindagoli, ac præterea magis idoneus ob Sacerdotalem Characterem, propter quem, si deesset fundationis lex, anteponendus esset, inspecto jure communi in *Text. in Cap. Sedes Apostolica de rescript. super quorundam verb. predict. de elect. in* 6 *Pignatelli consult.* 36 *num.* 20. *tom* 4. Præterea Mazzicchius Canonicali fulget dignitate, et sexagenariam habet ætatem, ob quas nedum non est locus dispensationi, sed in paritate nominationis præferendus est iis prærogativis pollens. *Rot. dec.* 86. *num.* 11. *cor. Otthobono*. Obest præterea Clerico, quod licet intra quadrimestra obtulerit preces, nullam tamen, quæ necessaria erat, obtinuerit dispensationem Card. *De Luc. de jure patronat. disc.* 45. *num.* 7. *Corradin. prax. Benefic. lib.* 4. *Cap.* 6. *num.* 26.

Ex his concludit in *II. Dubio* servandam esse nominationem expletam favore Sacerdotis Mazzicchi.

Vostræ nunc erit EE. PP: jurisprudentiæ respondere sequentibus Dubiis

I. An sit concedendum Clerico Bindangoli Indultum assequendi Legatum Pium Giorgetti ad formam nominationis, et celebrari faciendi Missas per alium Sacerdotem in casu etc.

Et quatenus Negative.

II. An sit servanda altera nominatio favore Canonici Aloysii Mazzicchi in casu etc.

Ad I. Affirmative attenta præsertim remissione SSmi intra quadrimestre.

Ad II. Negative.

CAL-

CALLIEN. = Pertinet hæc causa ad *folium diei* 24. *Augusti* 1816. in quo post expositam facti speciem, et rationes dubium propositum fuit = *An sit probanda alienatio fundi Panajola, seu potius, et quomodo sit providendum in casu etc.* = Data vero fuit in sequenti Congregatione diei 21. Septembris hæc resolutio = *Negative, et scribatur Episcopo juxta mentem: Mens est ut, Episcopus praefixo congruo termino compellat Patronos ad praesentandum, quo elapso ipse nominet jure devoluto, et omnibus juris; et facti remediis cogat possessores fundi ad illum tradendum Capellano nominando, qui onera impleat ad formam fundationis, reservato iisdem possessoribus jure pro restitutione pretii contra quos, et quatenus de jure, et moneantur omnes contrahentes, ut consulant conscientiae suae quoad praeteritum, et litterae consignentur Agenti Episcopi.* Sess. 25. Cap. 5. De Reform.

Et hæc instanti Oratori Antonio Valcelli, cui intererat complere contractum venditionis fundi favore fratrum Benincasa, allata fuit deliberatio plura in facto, quæ antea latebant, cognita sunt. Constitit enim controversum fundum *Panajola* die 17. Februarii 1698. transcriptum fuisse in censualibus tabulis sub nomine Bernardini Gaugelli Perotto ex quadam transactione inita inter eumdem Bernardinum, et Joannem Baptistam Bonclerici fratrem fundatoris Capellaniæ; de qua in themate. Licet autem ex iisdem censualibus tabulis constet transactionem conscriptam fuisse a Notario Borghini; hæc tamen adhuc desideratur, ac deperdita censetur, cum testante actuario haud inveniri potuerit non obstantibus adhibitis perquisitionibus tum in Archivio præfati Notarii Borghini, tum in Cancellaria Episcopali. Unica Bernardino Gaugelli Perotto fuit filia Catharina, quæ nupsit Antonio Lenci, quæque donec inter vivos degit, fundo libere fruita est, Missarum curata celebratione. Antonius Lencius cum præmortuæ uxoris Catharinæ Gaugelli Perotto universalis extitisset hæres prædium *Panajola*, quod libere possederat, vendidit retracto pretio scutorum quingentum Antonio Valcelli, qui onus Missarum fundo super impositum in se, suosque suscepit die 13. Septembris anni 1801.

Acqui-

Acquisitum fundum, et in censualibus tabulis jam transcriptum meliorem reddidit arborum plantationibus, vitium sationibus, arginum munitione; quæ meliorationes omnes valorem prædii auxisse in scutis 750. Peritus refert; quoddam præterea Valcellius Opificium, vulgo *Concia* extruxit, quo aliis tercentis quinquaginta scutis adauctus fuit fundi valor, ex fabrimurarii relatione. Duplicem censum hoc fundo superimposuit Valcellius acquisitum a Comitissa Sartori Matarozzi solidali fidejussore accedente Paulo Lucarelli.

Prædium istud emere curarunt Fratres Benincasa. His tamen de libertate illius dubitantibus Valcellius S.Congregationem poposcit eam declarationem, quam *in folio diei 24. Augusti* 1816. habent EE. PP.; qui relatam superius ediderunt resolutionem *die 21. Septembris ejusdem anni*.

Ob istud S. Congregationis decretum ad fundi *Panajola* a se meliorati restitutionem tenebatur Valcellius, ad alterius fundi præstationem pro Censibus acquisitis a Comitissa Sartori Matarozzi fidejussor Lucarelli, et ad evictionem præstandam Gregorius Massioni ceu Antonii Lenci mediatus hæres. Lencius enim, qui fundum vendidit Antonio Valcelli hæredem sibi in testamento scripsit Catharinam Boni in secundis nuptiis in uxorem ducam, quæ deinceps conjugale fœdus iniit cum Carolo Massioni patre Gregorii Massioni in quem proinde confluere jura hæreditatum Gaugelli Perotti, Lenci. Preces itaque hi omnes dederunt, ut caussa iterum proponeretur; Gregorius quidem Massioni in duplici exhibito libello exposuit, se ceu hæredem universalem Lenci Gaugelli Bonclerici Patronum existimatum fuisse, ac recognitum in Patronum Capellaniæ S. Friderici, atque compulsum fuisse ad nominandum Capellanum. In gemino autem altero supplici libello negavit se esse Patronum, cum celebratis Missis tantum, authores sui fundum *Panajola* libere possederint vigore superius memoratæ transactionis numquam vero fuerint Patroni. Vicissim qui gavisi sint jure patronatus, quod fundator Bonclerici sibi, suisque heredibus reservavit, ignoratur, cum lateat adhuc, qui heredes fuerint sive sanguinis, sive extranei tum fundatoris, tum ejus fratris Joannis Baptistæ.

Epis-

Episcopo hinc injunctum fuit, ut Promothori Fiscali terminum præfiniret ad deducendum Jura Capellaniæ coram S. Congregatione. Hodiernus tamen Præsul in sua Informatione in eamdem Episcopi antecessoris sui descendens Sententiam, ut scilicet considerari debeat pium Missarum relictum, non vero Capellania Ecclesiastica, consensit, ut =*Curiae Promothor Fiscalis in actis declarationem emittat; nullum sibi jus fovere, nullamque exceptionem sibi rationabiliter competere ad effectum, ut per vos, EE. PP. sanciatur quod extat haec Capellania Ecclesiastica, ac Praedium PANAJOLA, sit reapse Mansum titulo dominii eidem addictum* = Causa proinde proponitur *ex officio* distributo tantum pro Carolo Massioni, et Paulo Lucarelli *Memoriali* typis impresso.

Dicunt itaque primo ex fundatione non probari erectam fuisse Capellaniam Ecclesiasticam, vel saltem collativam, cum ne verbum quidem de hoc in istrumento diei 13. Januarii 1628. in eorum *Summario* relato, quo Juspatronatus Capellæ acquisivit Canonicus Bonclerici, eamque dotavit. Decretum vero Episcopi quod ibidem legitur necessarium quidem erat, ut approbaretur cessio Patronatus, et Capellæ dotatio ceu *ad text. in Cap. Cum Saeculum* 13. *de jure patronat.* docet Rota *dec.* 457. *num.* 6. *cor. Coccin.* At probare non poterat erectionem illius in titulum Ecclesiasticum, de quo ne verbum quidem in istrumento, et cujus tacita voluntas nequit educi ex dote Capellano assignata, et Missarum celebratione injuncta, juxta *Corradum in Prax. benefic. lib.* 1. *Cap.* 2. *num.* 22. *et seq.* Præterea nullum aliud decretum erectionis reperitur; ac nulla collatio peracta ab Episcopis Calliensibus, præter factum Canonici Zamperoli, quod nullius momenti esse dicunt. Quatenus vero censeant EE. PP. Fundatorem voluisse erigere Capellaniam vere Ecclesiasticam tunc adest centenaria observantia, quæ valet tum ad interpretandam obscuram fundationem, tum ad inducendam præsumptionem cujuscumque melioris tituli ad immutandam nedum naturam claræ fundationis, ut tradit *Rot. in Romana fideicommissi Dominici de Maximis* 18. *Junii* 1801., sed ad immutanda etiam, et delenda Ecclesiæ jura *ex Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 11. *num.* 10. *et Rot. in Salernitana jurispatronat.* 13. *Januarii* 1716. §. *final. cor. Crispo*; quia quidquam

referat esse observantiam negativam ex *Piton. alleg. 43 de Controv. Patron. num. 23.*, et quin obstet unicum factum Canonici Zamperoli, quo vivente fundus dimissus non fuit a possessoribus Gaugelli Perotti, et quo vita functo non amplius collata fuit Capellania: ac proinde nec locus est nominationi Capellani, nec fundi restitutioni.

Ne inutiliter EE. PP. morer, quæ jam dicta sunt repetendo, omitto consulto quid dici possit, ut probetur, Capellaniam vere Ecclesiasticam erectam fuisse cum ea fuso calamo jam exposita perlegere possint in pluries citato *folio diei* 24. *Augusti* 1816. Si tamen resolutioni *diei* 21. *Septembris* illius anni adhærere velint EE. VV. tunc indemnitati fidejussoris Lucarelli consulendum esse autumat ejus defensor. Ipse enim fidejussionem interposuit, dum fundum nullo vinculo hypothecæ gravatum novit in publicis tabulis censualibus, in quibus Capellaniæ nomine numquam vel a patronis, vel iis deficientibus a Curia Episcopali inscriptus fuit, qua omissione Ecclesia sicut et minores præjudicantur negligentia tutorum. Quod si cognovisset Lucarellius fundum obnoxium Capellaniæ numquam ob securitatem censuum fidejussisset; adeoque cum hic error causam dederit contractui, cumque sermo sit de Ecclesia, quæ cum aliena jactura locupletari nequit, sequitur vel firmos remanere debere census a Valcellio fundo superimpositos, quem libere, et bona fide acquisiverat, et melioraverat; vel non esse restituendum fundum adeo melioris conditionis effectum, sed tantum illius pretium de anno 1698. Reassumpto igitur folio diei 24. Augusti 1816. dignentur EE. PP. dirimere

Dubium. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Recedendum a Decisis, et fundum Panajola pro quantitate scutorum quingentum esse hypotecandum pro celebratione Missarum ad formam fundationis, facta ad hunc effectum Legati Inscriptione, et Episcopo pro exequutione docto.

DIE

Die Sabathi 20. Novembris 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FERETRANA RESIDENTIAE, ET DISMEMBRATIONIS. In Congregatione proxime elapsi Septembris placuit Emis Patribus in hac Causa rescribere = *Dilata, et proponatur in prima post aquas omnino, et infallanter* = Iterum igitur proponuntur. *Sess. 23. cap. 1. de Reform.*

Dubia

I. *An sit standum in primo, vel secundo loco decisis quoad primum dubium in casu etc.*

Et quatenus in secundo loco decisis

II. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercatini, ejusque Agri a Paraecia* di Talamello *in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit constituenda congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu in casu etc.*

Ad I. Dub. In primo loco decisis
Ad II. et III. Provisum in primo

Sess. 22. cap. 6 de Reform.

SUTRINA JURIS PATRONATUS. Hujus etiam Causæ, de qua actum est in Congregatione 3. Julii proxime præteriti, dilata est resolutio ad præsentem diem. Rogantur Emi Patres reassumere folium illius congregationis, ut respondere possint reproposito.

Dubio

An, quibus, et quomodo competat jus nominandi ad Capellaniam in casu etc.

Affirmative favore Falcinelli juxta votum D. Secretarii

Sess. 14. cap. 9
Sess. 21. cap. 4. de Reform.

PLACENTINA PARAECIAE. Vetus hæc controversia est, cui in novissima Ecclesiasticæ Disciplinæ perturbatione causam dedit de anno 1813. Decretum Præsulis Fallot de Beaumont tunc Episcopi Placentini. Res ita se habuit. In Ditione Placentina prope Torrentem *Nure* pervetusta adest ruralis Ecclesia subjecta jurisdictioni Episcopi Papiensis, cui titulus S. Michaelis di *Revigozzo*, quæ ab antiquissimis temporibus undecimum Ecclesiæ sæculum, uti fertur, præcedentibus in Paræciam erecta fuit. Ejus territorium, quippe quod vallibus includitur, et super montes extenditur, in duas partes dividitur, quarum altera inferior, superior altera nuncupatur. Paræcialis Ecclesia cum plurimis pagis vulgo *Casali* inter se longe, lateque dissitis, in quibus adest numerus animarum 231. in superiori parte sita est; in inferiori vero extat quoddam suburbium cum Oratorio S. Joanni dicato, propterea dictum *Borgo di S. Giovanni di Bettola*; quod numerum habet animarum 350., aliæque sunt rusticæ Domus, quæ una cum suburbio personas 471. in totum conflant. Parvus duas hasce partes dividit Amnis quem *Rivo di S. Giovanni* incolæ vocant.

Hac

Hac extante naturali locorum positione, et populi divisione jamdiu cordi fuit incolis inferioris partis, ac præsertim suburbii S. Joannis commodum Paroecialis Ecclesiæ sibi vindicare, eamque ex antiquissima Ecclesia S. Michaelis Arcangeli *di Revigozzo* ad Oratorium S Joannis Baptistæ *di Bettola* trasnferre. Actum primo hac de re est apud Ferdinandum Borbonium Parmensem, et Placentinum Ducem, qui avita Religione, ac justitia translationi renuit, et Populi S. Joannis instantiam respuit, salvo nihilominus recursu ad superiorem Ecclesiasticum pro Paræciæ Divisione obtinenda, quatenus, et prout de jure concedi posset.

Re ita suspensa ob quandam terræ scissionem, quam vulgo *Lavina*, *Libia*, *et Frana* nuncupant anno 1800, circa parvum amnem, qui duas dividit Paræciæ partes, sequutam, accessus ac recessus ab inferiori parte ad superiorem difficilior ac asperior evasit. Tunc Incolæ S. Joannis, exortis interim Ecclesiæ, et Imperio turbulentissimis temporibus optatam Translationem iterum tentarunt, causamque coram Laico Tribunali, qui dicebatur *Consiglio di Suprema Giurisdizione* introduxerunt. Inutili tamen conatu nam acto judicio vel ipsa Laica Potestas iterum translationem rejecit; salvo tamen jure petendæ Paræciæ Divisionis. Lites, jurgia, dissensiones inter duas populi Partes tunc maximæ exarserunt.

Circa ea tempora illegitima Laica Auctoritate coactus Archiepiscopus Episcopus Papiensis in cujus Diæcesi, uti ab initio monuimus, sita erat Paræcia *di Revigozzo*, eam suæ Diæcesis partem in Ducato Placentino positam cessit, ac Placentinus Episcopus Stephanus Fallot de Beaumont sibi, suæque Diæcesi univit.

Hac arrepta occasione iterum in scenam rediit alias tentata Paræciæ translatio, et Inferior Populi Pars *pro gratia* ab Episcopo Placentino obtinere speravit, quod nondum nec a Principe, nec a Laico Tribunali de *jure* consequi potuerat. Nec spem fefellit eventus. Tunc enim Præsul Fallot instantiis populi S. Joannis indulgens sub die 13. Julii 1813. frustra reclamantibus, et obsistentibus Parocho, et Incolis supe-

rio-

rioris Partis, eo edito Decreto, quod dat hodiernæ controversiæ locum Translationem fieri mandavit, quam deinde ejusdem Antistitis Vicarius Generalis Loschi alio Decreto diei 7. Januarii 1814. exequi curavit.

Sed Decretorum vim, ac illegitimitatem acerrime impugnantes Parochus D. Petrus Chiappa, et incolæ superioris partis vix Supremus Ecclesiæ Pastor anno 1814. ex iniquissima captivitate ad suam remeavit sedem, supplices apud eumden insteterunt, ut dignaretur Paræciam ad vetustam Ecclesiam S. Michaelis iterum transferre, et acta hac de re ab Episcopo Fallot, ejusque Vicario nulla, ac prorsus irrita declarare.

S. huic Congregationi a SSmo rei hujusce cognitio, ac resolutio commissa est; quapropter preces ablegatæ fuere tum Vicario Generali Placentino, qui trasmissa copia Decreti Translationis referret de Annuo Paræciæ reditu comprehensis incertis, quomodo sequuta Translatione suppleri queat curæ Animarum habitantium partem superiorem, et cur Parochiani in Suburbio degentes, aliis deficientibus mediis, per symbolam, et collectas ad formam Concilii Tridentini cogi nequeant ad præstandum proprio Parocho congruam, an ex Canonico titulo jurisdictionem acquisierit; tum etiam eædem preces fuerunt ablegatæ Archiepiscopo Episcopo Papiensi, qui auditis referret, an cessa canonice fuerit jurisdictio illius partis suæ Diœcesis positæ in Territorio Placentino, de vera necessitate servandi Paræciam S. Michaelis in commodum Incolarum partis superioris, de annuo ejus redditu, et quomodo provideri queat habitantibus suburbium.

Vicarius Generalis Loschi omnem intendit curam, ut quæ ab Episcopo, et a se gesta erant protuerentur.

Frustra expectata est Episcopi Papiensis relatio contra quam Civilis Gubernii ratio opponebatur. Jamque e vivis erepto Parocho D. Petro Chiappa, et novo constituto Pastore in Placentina Sede eidem datæ sunt Literæ sub die 11. Juli proxime elapsi anni, in quibus eadem ab eo exquisita sunt, quæ antea a Vicario Generali Placentino, et ab Episcopo Papiensi postulata fuerant.

Vir

Vir antiquæ fidei, et probitatis novus Præsul rem sedulo ad examen vocavit, omnes interesse habentes audivit, diligentissime S. Congregationis mandatis obsecundavit, ac testimonio suo roboravit, confirmavitque omnia ab Oratoribus exposita, et inter cætera notatu digna retulit = *Che l' antichissima Pieve di Revigozzo riconosce i suoi primordii sino da quasi un Secolo prima dell' anno Mille dell' Era Cristiana sotto l' Ordinaria giurisdizione del Vescovo di Pavia, il quale sul principio dell' Organizzazione Francese venne obligato di cedere unitamente ad altre Chiese limitrofe per special provisoria Delegazione la cura Spirituale a Monsig. Stefano Fallot de Beaumont mio ultimo Antecessore, perchè situate nel Centro di questa Diocesi, e del Ducato Piacentino, e recentemente pel Decreto Concistoriale dei 6. Febraro 1819 aggregata colle vicine Chiese alla Giurisdizione Ordinaria della mia Diocesi; che la Parrocchiale, e Pievana Chiesa di Revigozzo avrà circa un annuo reddito di Scudi Cento da paoli dieci per il mantenimento del Parroco, e della Chiesa medesima*. =.

Plura, eaque gravissima tractanda sunt in hac causa Primo enim agendum est de validitate, vel nullitate Decreti Translationis, dein de utrum sit servanda, vel sananda Translatio, vel potius vetus Ecclesia Parœcialis S. Michaelis *di Revigozzo* redintegranda; tertio utrum nec ne expediat Parœciæ divisionem decernere, vel potius Capellanum Curatum deputare, et quatenus alterutrum expedire videatur, quomodo consulendum sit necessariis impensis.

Sane quoad nullitatem, seu validitatem Decreti Translationis spectat, meminerint EE.PP. Parœciam S. Michaelis di Revigozzo tempore, quo Decretum Translationis prodiit in lucem non Placentinæ Diœcesi, sed Papiensi fuisse subjectam. Porro ex Trident. *Sess.* 14. *Cap.* 9. *de Reform.* habetur jure optimo distinctas fuisse Diœceses, et Parochias, ut Ordo Ecclesiasticus non confundatur, et una eademque Ecclesia duarum quasi Diœcesium sint non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, quæ Diœcesium distinctio, et divisio facta constat a Summis Pontificibus, præsertim vero a Dionysio I. uti habetur in *C.*

1.13.

l. 13. *q.* 1. utque tenent communiter Canonistæ, ac pluries S. Rotæ Tribunal firmavit; quare cum Episcopi non habeant Diœcesim ex se, sed a Summo Pastorum Rectore, ac Principe, non possunt auctoritate propria illam minuere, aut dismembrare constituendo Territorium distinctum a proprio Territorio, quod solum pertinet ad Summum Pontificem ad tradita per *Host. in Cap. cum Contingat N.* 1. *de foro competenti*. Ubi *Joan. Andr. sub N.* 4. *vers alii dicunt*. *Butr. sub N.* 11. *vers. si quæritur*. Ex auctoritate enim Summi Pontificis pendet mutatio Diœcesium; et receptissima apud Catholicos sententia est, solum Papam posse Diœceses, et Territoria Spiritualia constituere, unire, vel separare. *Abb. in cit. cap. cum contingat N.* 18. *de foro competenti*, *et ceteri apud Gratian. Discept.* 212. *N.* 17. *Buratt. dec.* 912. *N.* 1. *decis.* 324. *N.* 2. *part.* 1. *Recent.*

Quæ præterea Diœcesium distinctio, divisio, et constitutio a Summis Pontificibus semper fieri consuevit independenter a divisione, et constitutione Provinciarum, seu diversorum Principum Sæcularium, et Dominationum; unde a finibus Temporalibus minime ad Spirituales inferri potest vel econtra quemadmodum tenet *Rota Decis.* 324. *N.* 10. *Recent. et in Pampilonen. Decimarum de Taffalla lib.* 3. *sub. Tit. de Præeminentiis disc.* 29. et rem indubitanter docet totius Orbis praxis, cum de facto videamus plures Diœceses complecti Oppida, et Loca diversorum statuum: quæ cum ita sint videtur posse concludi Decretum Episcopi Fallot de Beaumont, latum super Territorio nullimode suæ Diœcesi ab auctoritate Pontificia unito, sed tantum cesso a proprio Episcopo *obligato nell' organizzazione del Governo Francese*, *perchè situate* (Parœciæ di Revigozzo, aliæque limitrophæ) *nel centro della Diocesi*, *e Ducato Piacentino*, insanabili nullitatis vitio laborare.

At hisce juris Dispositionibus opponi possent luctuosissima Ecclesiæ tempora, in quibus cum perdifficilis esset ad S. Sedem accessus, Episcopi, locorumque Ordinarii specialibus aucti fuerant facultatibus pro bono Ecclesiæ Regimine, unde potuerit Episcopus Papiensis, ne dissidia oriantur Laicam inter et Ec-
cle-

clesiasticam Potestatem = *per ispecial provisoria Delegazione cedere la cura Spirituale della Parrocchia di San Michele di Revigozzo, e di altre limitrofe a Monsig. Stefano Fallot de Beaumont;* quæ quidem quanti facienda sint pro legitimandis, saltem titulo Delegationis, ab eo Episcopo gestis super ea parte Papiensis Diœcesis, quam sibi univit, videant EE. PP.

Verum in themate illud superest inquirendum, utrum legitimas etiam Episcopus auctoritate sua translationem Parochialitatis ab Ecclesia S. Michaelis *di Revigozzo*, ad Oratorium S. Joannis *di Bettola*, perficere posset; compertum est enim ex Tridentina Synodo *Sess. 21. cap. 7. de Reform.* Episcopos etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegatos potestatem habere, Parochiales Ecclesias ad alias transferre, quoties vetus Ecclesia collapsa, vel ad ruinam vergens refici nequeat ob inopiam eorum, qui ad id tenerentur: itaque præter hunc casum non posse Episcopum jure suo tranferre Parochiam, sed a Summo Pontifice facultatem esse postulandam tradit *Pignat. Consult.* 250. *N.* 17. *t.* 4. ubi etiam refert ita ab hac S. Congregatione fuisse declaratum. In casu, de quo agitur, vetus Ecclesia Parochialis minime diruta est, quin imo cum nonnullis reparationibus indigeret, recusantibus ad eas concurrere incolis Partis inferioris, omnes propriis impensis incolæ superioris partis subiere: videtur proinde nec proprio Præsuli, hoc in casu, potestatem fuisse Parœciam transferendi sine venia Summi Pontificis.

Idque magis obtinet, quia considerari in hujusmodi, et similibus translationibus potest tum mutatio status quoad illam Ecclesiam, in qua supprimitur Parochialitas, tum commutatio voluntatis fundatorum, tum denique alienatio quædam jurium, et Bonorum Parœciæ, ac præsertim redituum imminutio, siquidem uti monet actualis Placentinus Episcopus = *E' certo che se il Paroco venisse costretto a fissare stabilmente la sua dimora nell' accennato Borgo S. Giovanni le entrate della Chiesa matrice subirebbero una notabile diminuzione, perchè le terre tutte circonvicini alla Chiesa stessa di S. Michele son tali che senza la continua vigilanza del Padrone nulla quasi produr-*

rebbero . . . . Aggiungesi anche la sicura perdita di ogni prodotto di provvida industria, che suole talvolta adequare, e superare forse anche in quei luoghi la produzione naturale dei Terreni ingrati = Quæ quidem omnia Potestatem, et assensum Apostolicæ Sedis postulare videntur.

Hisce quoad Potestatis defectum præjactis, videndum utrum, nec ne legitima, et canonica adesset hujus translationis causa.

Porro ex ipsius Vicarii Generalis Luschi testimonio harum causarum potiores fuere commodum majoris partis Parochianorum qui Pagum S. Joannis inhabitant, et difficultas accessus ad veterem Paræciam ob itineris asperitatem, et ob exortam terræ scissionem vulgo *Lavina*. At ob majoris Parochianorum partis commodum S. Congregatio factam traslationem non substineri decrevit *in Parmen. translationis Paræciæ 2. Decembris* 1719. E contra *in Mediolanen. Translat. Parochialitatis 5. April.* 1754. Translationem factam ob majoris populi partis commodum substineri declaravit, cujus differentiæ causa indifferentia inest circumstantiarum, et Eminentissimorum Patrum Sapientiæ erit decernere, quænam harum Resolutionum præsenti casui applicari possit. Quo vero ad itineris difficultatem hæc habet pluries laudatus actualis Placentinus Episcopus = *Osserverò che data la possibilità di comunicazioni, come in fondo è possibilissima, e meno sempre difficile, non si potrà giammai nemeno comprendere il perchè dopo tanti secoli abbiansi a far soggiacere i popolari Superiori a quelle incomodità o piccole, o rilevanti, cui di fresco cercano di evitare gl' inferiori* =

Qua in re tandem non alienum erit memoriæ EE. Patrum revocare dissensum Parochi Parochianorum Superioris partis, de quo dissensu semper utique sollicita fuit in concedendis Translationibus S. Congregatio.

Quod si EE.PP. Paræcialem translationem non substineri putaverint, tunc alterum statuendum occuret, utrum ea sananda sit, vel potius vetus Paræcia S. Michaelis redintegranda. Profecto si translatio hæc ab illegitima Potestate facta dicatur, considerari poterit veluti quoddam

dam injustum spolium jurium quæ Ecclesiæ S. Michaelis, et Populo *di Revigozzo* competebant; unde rebus postea compositis, ac legitima Potestate restituta, Ecclesiæ, et Populi omnia jura quasi jure postliminii reviviscunt *Text in Cap. sæpe de Restit. Spoliat.* Insuper si nullitas Decreti Translationis non solum ex defectu legitimæ causæ procederet, tunc nec a S. Congregatione sanatio concedi solet quemadmodum ceteris missis videre est in prælaudata *Parmen. Translat. Paroch. 2. December.* 1719. quæ tamen conceditur, cum deest tantum Potestas, et ceteroquin adest vera, urgens, ac legitima causa, ut in *Firmana Translationis Parochialitatis 26. Februarii* 1734. Vestrum nunc erit EE. Patres, ex præmissis noscere, quo ex fonte nullitas Decretorum deduci possit ita ut Apostolico indulto sananda sit vel potius adhærendum sit Placentini Episcopi sententiæ, qui perpensis omnibus facti circumstantiis, et elevata Topographica Mappa ita concludit= *Le quali cose premesse sembra che tutto concorra a dimostrare essere, e conveniente, e necessario, e giusto che la Sede del Parroco di Revigozzo, e la Chiesa Parrochiale siano mantenute ove furono da Secoli con molta ponderazione, e tanto providamente collocate* =

Verum enim vero animadvertendum est, mediam fere partem Parochianorum suburbii S. Joannis partem inferiorem inhabitare, quibus asperum, ac præruptum paratur iter ad Superiorem partem. Dubitari hinc recte poterit, utrum, veteri Paræciali Ecclesia redintegrata, satis consultum sit spiritualibus Inferioris Populi Indigentiis, vel potius locus sit Paræciae dismembrationi, ac respectivæ novæ Paræciæ erectioni in suburbio S. Joannis *di Bettola.* Quæ dismembratio, et novæ Paræciæ erectio ob itineris, et accessus difficultatem, locorumve distantiam conceditur juxta formam *Constit. Alexandri III. quæ incipit ad Audientiam, et S. Tridentinæ Synodi præscriptum Sess. 21. Cap. 4. de Reform.* Ubi etiam animadvertere præstat in casibus, in quibus res est non de aucto Parochianorum numero, quibus per deputationem Capellani Curati satisfieri

ri queat, sed de difficili viæ transitu, necessariam quodammodo videri materialem Paræciæ dismembrationem, ut ita novus constituendus Parochus vere Pastor non mercenarius suas agnoscat oves, eas in eorum angustiis inviset, eorumque necessitatibus paterno accurrat amore, uti tenet *Van Espen. Jur. Eccles. Univers. part. 2. tit. 6. cap. 2. § 24. Ursaye. Tom. 1. part. 1. Discept. 14. N. 95. et S. Congregatio in Comen. 5. Decembris 1750.* quod eo magis tenendum in præsenti casu suadere videntur rixæ, et dissidia populi partis utriusque superioris, et inferioris *in due partiti* (uti monet Episcopus) *come in due parti diviso*, quæ perpetua, ac funestissima fore prævideri possunt, nisi aliter per causæ remotionem, provideatur, ducto etiam exemplo a dismembrationibus, quas S. hæc Congregatio probavit in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis 12. Julii 1817. et in Vintimilien. Dismembrationis 8. Augusti 1818.*

At difficultas itineris non ea est, quæ communicationem impediat, quinimo asserente Episcopo *la Comunicazione è possibilissima, e sempre meno difficile*, idque ex eo etiam apparet, quod cum Incolæ Inferioris partis Paræciæ translationem flagitabant, incommodo itineris difficultatis incolas superiores subijci volebant. Porro non quamlibet difficultatem; sed illam dumtaxat, quæ sine magno incommodo, et periculo superari nequit dismembrationem, et novæ Paræciæ erectionem requirere, tenent *Lotter de re benefic. lib. 1. quæst. 23. N. 29. et sequen. Fagnan. in Cap. ad Audientiam de Eccles. ædific. n. 18. Reiffenst. jur. Can. lib. 3. tit. 48. sub n. 15.*

Post quæ rem omnem absolvere poterunt EE. PP. ac decernere, qua ratione consulendum sit congruæ novæ Paræciæ dotationi, vel sufficienti Pensioni Capellani Curati; de quo hæc Episcopus = *Ho già sottoposto alla Saggia Ponderazione dell' EE. VV. Reverendissime quanto sia scarso il reddito della Chiesa di Revigozzo; che collo stentato ammontare di Scudi cento appena forma la congrua sinodale. Per ultimo devo sottoporre, che sulla sponda destra del Torrente Nure, e precisamente dirimpetto alla Pieve di Revigozzo esiste la Parrocchiale Chiesa di Bra-*

Bramajano, già egualmente soggetta alla Diocesi di Pavia, ed ora similmente pel surriferito Decreto Concistoriale aggregata alla mia Diocesi, la quale prima dell' Anno 1747. si estendeva a comprendere anche il Borgo di S. Bernardino posto di contro, e parallelo all' altro detto di S. Giovanni.

Avvenne in detta Epoca del 1747. che il fu Chierico D. Giuseppe Colombi dotò di competente entrata l'Oratorio di S. Bernardino, che già esisteva in detto Borgo, ed obbligò il Parroco di Bramajano a trasferirvi la sua Residenza.

In fatti esso Oratorio, che fu poi dall' Autorità competente eretto in Parrocchia, mediante la separazione di una parte del Popolo già soggetto alla Chiesa di Bramajano, ma questa venne conservata a comodo, e per la necessità de' Popolani superiori, e più distanti dal Borgo.

Tale esempio troppo notorio potrebbe benissimo servire di norma agli abitanti di S. Giovanni per chiedere mediante congrua dotazione del loro Oratorio la vicinanza di un Paroco, ed il pregio della Parrochiale prossima alle loro Case, e del pari potrebbesi a norma dell' umilissimo mio sentimento seguire dalla Superiore Ecclesiastica autorità qual regola della deliberazione da prendersi nell' attuale contesa.

Dubia itaque erunt

I. *An constet de nullitate Decreti Episcopi Fallot de Beaumont in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An redintegranda sit Paroecia in antiqua Ecclesia S. Michaelis di Revigozzo, vel sananda potius jam facta translatio in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad primam partem.

III. *An et quomodo sit locus dismembrationi, et respective novae Paroeciae erectioni in Oratorio S. Joannis Burgo di Bettola in casu etc.*

Et quatenus affirmative

IV. *An, et quomodo consulendum sit pro assignatione congruae Dotis novae Paroeciae in casu etc.*

Et quatenus negative ad III. Dub.

V. *An quomodo, quibus juribus, et quorum im-*

pen-

pensis sit locus deputationi Capellani Curati in casu etc.

Ad I. Provisum in secundo.

Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad III. IV. et V. Dilata, et scribatur Episcopo, qui auditis in scriptis Parocho, et Parochianis referat distincte de vera necessitate vel erigendæ novæ Parœciæ, vel deputandi Capellanum Curatum et de congrua assignanda in uno, alterove casu.

Sess. 21. Cap. 4. de Reform.

FIRMANA ERECTIONIS PARŒCIÆ. In Congregatione habita die 3. Julii labentis anni proposita fuit hæc Causa sub duplici Dubiorum formula, et ab Emis Patribus dilata fuit resolutio, ut nova exquireretur Informatio juxta mentem. Mens autem fuit, ut *Emus Archiepiscopus auditis præsertim Parocho referret de actuali reditu Parœciæ Massineani comprehensis incertis, transmisso statu activo, et passivo, de annua impensa pro manutentione Ecclesiæ S. Gervasi, de impensa necessaria pro instauranda Ecclesia S. Mariæ de Misericordia, et Domo Parochiali, de valore cæmentorum Ecclesiæ S. Gervasi, et an provideri queat per Capellanum Curatum degentem apud aliquam Ecclesiam suburbanam.*

Ex novis Emi Archiepiscopi literis habent Emi Patres quidquid ad magis tutum, magisque rectum reddendum judicium exquisierunt, quas literas eorum oculis subjicio = *Plura iterum a me postulant EE. VV. circa preces, quas dederunt Deputati Massinianenses, ut unicæ actualis Animarum curæ dismembratio, et novæ extra mœnia illius Oppidi Parœciæ erectio, jamdiu præmeditata ad exoptatum effectum perducerentur. Et primo quidem quærunt de actuali reditu*

Pa-

Parœciæ Massineani comprehensis incertis. Inspecto itaque Inventario, et ultimo statu in mea Curia existentibus, certum exploratumque habui, summam annuam Scutorum quinquaginta circiter, absque ulla tamen imminutione non excedere, quod et ipse modernus Parochus noviter auditus super præmissis fassus est. Sciscitantur deinde quot sumptus ad Ecclesiam suburbanam sub titulo de Misericordia instaurandam, et ad Domum Parochialem inibi construendam erunt vere necessarii; et de annua impensa pro manutentione Ecclesiæ Divo Gervasio dicatæ. Porro si Architecto fides adhibenda est impensarum omnium vis, summam Scutorum quingentorum nonaginta sex, et obulorum triginta quinque constituet; manutentio vero Ecclesiæ S. Gervasii, annuam impensam Scutorum trium exsuperare non solet. Exquirunt ulterius valorem coementorum hujusmodi Ecclesiæ; plane ex alia Fabri Murarii Peritia nummos biscentum nonaginta octo conflare percipitur. Denique scire cupiunt an provideri queat utilitati, sive verius necessitati Spirituali Rusticanorum per Capellanum Curatum degentem apud aliquam Ecclesiam suburbanam Oppidi Massineani. Jam vero in præcedenti relatione satis ostendi quam inane hoc medium anteactis, præsentibusque temporibus compertum fuerit, tum quia Mercenarius non curat de Ovibus, tum eo potissimum, quod in Ecclesiis suburbanis prædictis, quæ in dissitis Territorii partibus sitæ, non omnibus Ruriculis facilem præbent accessum, quæque parvæ sunt molis, et parum decentes pro administratione Sacramentorum, ac signanter pro asservanda Augustissimo Eucaristiae Sacramento, nulla domus adnexa pro mansione Capellani Curati reperitur, et propterea non Ruri ut necessitas expostulat, sed intus Oppidum commorari debet. Hinc unicam Bmæ Virgini de Misericordia sacram, quæ non vastitate solum, sed frequenti Populi consursu cæteras antecellit, quæque in aptiore loco posita est, ad novam Parochialem Ecclesiam erigendam communi studio Massinianenses designarunt; hinc Domum Parochialem inibi ædificandam animo decreverunt.

Cæ-

Cæterum Rusticani hujus Oppidi necessitatem separationis urgent; id probe noscit unicus actualis Parochus, qui separationi, nonnullis salvis rationabilibus conditionibus isti Sacræ Congregationi jam submissis libentissime assentitur; quamobrem non immerito videtur locum esse dispositioni cognitissimi Cap. ad Audientiam de Eccles. ædificat. comprobatæ a Sac. Concilio Tridentino Capite 4. Sess. 21. de Reformat.; omnes fere enim concurrunt causæ ad Parochialis, de qua agitur, Ecclesiæ dismembrationem, et novæ erectionem, eo magis, quod annua Scuta quindecim ex decimis Beneficii sub titulo S. Quirici, attento obitu Sacerdotis Nicolai Augusti, et Scuta viginti ex pensione alterius sub Invocatione Sanctorum Felicis, et Adaucti ab Eñ̃o Cardinali Riganti Rectore, juxta præstitum consensum retrahenda, novo pro nunc assignari possint Parocho. Restat itaque, ut res omnis suprema auctoritate probetur.

Dignentur igitur EE. VV. reassumere Folium dei 3. Julii proxime præteriti, ut dirimere possint.

Dubia

I. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Parochialis Ecclesiæ in Oppido Missineani, et erectioni novæ Parœciæ S. Mariæ de Misericordia in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, et quomodo sit providendum in casu etc*

Ad I. Dubium affirmative in omnibus juxta votum Eñ̃i Archiepiscopi, et conventionem per Bullas.

Ad II. Provisum in Primo.

Sess. 14. Cap. 7. de Reform.

LYCIEN IRREGULARITATIS. Relata hujus causæ species fuit in *duobus foliis* dierum 26. *Aprilis anni* 1817. et 11. Julii 1818. in quorum primo cum propositum fuerit Dubium = *An sit consulendum*

San-

Sanctissimo pro absolutione a censuris, et dispensatione ab Irregularitate, et rehabilitatione in casu etc. = responderunt EE.PP. = *Affirmative quoad absolutionem a censuris tantum, imposita gravi pœnitentia, in reliquis negative* = Die vero 8. Augusti 1818. consueta proposita Dubii formula ex præcedenti Congregatione 11. Julii = *An sit standum vel recedendum in ultima parte a decisis in casu etc.* = responsum fuit = *In decisis* = Vicarius Capitularis miseratione motus erga Sacerdotem Bianco Oratorem tum ob hujus paupertatem, ac septuagenariam ætatem, tum ob pœnitentiam veterum criminum jam peractam, et constantis emendationis signa in exitu præteriti anni S. Congregationem exoravit pro illius dispensatione, et rehabilitatione: sed hæc nova instantia dimissa fuit Rescripto: *Reproponatur expleto anno post novissimum rescriptum*. Nunc itaque cum senex Sacerdos iterum supplicet ut per Apostolicam gratiam sibi succurratur, antequam diem videat extremum, ne grave Emis Patribus sit tria folia Congregationum dierum scilicet 26. *Aprilis anni* 1817., *et* 11. *Julii*, *et* 8. *Augusti Anni* 1818. reassumere, ut iis perpensis ea, qua præstant, sapientia, ac pietate deliberare possint.

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis in secunda parte in casu etc.

Previo recessu a decisis consulendum SSmo pro gratia dispensationis, et rehabilitationis peractis Exercitiis Spiritualibus loco, et tempore arbitrio Episcopi.

ANAGNINA SERVITII CHORI, ET DISTRIBUTIONUM. Anagninæ Diœcesis Administrator Episcopus sacram incipiens Visitationem a Cathedrali Ecclesia, nonnulla in capite XII. Constitutionum ca- *Sess. 24. Cap. 2. de Reform.*

 pi-

pitularium animadvertit, quæ communi juri sibi adversari videntur, et quarum transmisit exemplar, rogans S. Congregationis sententiam, antequam absolutæ lustrationis redderet rationem; Ut sciant EE. Patres quæstionis statum, referam primum constitutionum verba.

Capite XII. sub Num.° 16. ita sancitur. „ Si quis nullo suscepto Missæ celebrandæ onere, neque occasione eleemosynam capiendi, sed pietatis, ac devotionis suæ studio tantum, in Ecclesia Cathedrali, quo tempore divina officia ibidem celebrantur, impetrata a Præposito facultate Missæ Sacrum fecerit, is hoc tempore, quod in Missæ Sacro faciendo posuerit, in choro adesse censeatur.

Num. 17. „ Si vero ex onere celebrandæ Missæ, et occasione alicujus eleemosynæ Missæ Sacrificium facere Canonicus voluerit, tunc pro commoditate populi, dummodo divinum officium in Choro recitandum ex Ministrorum defectu incommodum non patiatur, neque id a pluribus coacervatim fiat, et impetrata a Præposito facultate, dum Missam celebrat, pariter in Choro præsens censeatur.

Num. 18. „ Similiter ante inchoatum officium Missæ Sacrum si quis inceperit, et dum celebrat divinum Officium in Choro incohetur; si peracto Missæ Sacrificio statim divinis officiis intervenerit pro præsente censeatur etiam, eo tempore, quo celebravit.

Num. 19. „ Si vero pro absentia Sacerdotum, qui in Ecclesia tunc ex Tabellæ præscripto Missæ Sacrum facere debent necessitas aliquando acciderit, ut Præpositus aliquem Canonicum Sacerdotem e Choro exire, stataque hora officio abesse Missæ celebrandæ causa jubeat, is pro præsente similiter habeatur.

Num. 20. „ Quando item, qui a Choro abest ad Missam Pontificalem celebrandam, vel quia ab Ecclesia recedendum est ob Processionem, aliamve ob Causam, vel ob munia a ministris in conventuali officio obeunda, idem liceat.

Num,

Num. 21. „ Si prælerea Episcopus, aut ejus Vicarius „ opera aliquorum de Capitulo in visitationibus ur- „ banis, vel diœcesanis una secum utitur, aut ejus- „ dem visitationis munus demandarit, qui revera in „ ipsis visitationibus, aut earum causa impediti abe- „ runt, distributionum perinde participes sint, ac „ si præsentes in Choro semper fuissent. “

Num. 22. „ Illorum autem opera in eo visitandi mu- „ nere occupata, quod ad distributiones percipien- „ darum facultatem attinet, quotannis ne amplius „ sit duobus mensibus continuis, aut intermissis, „ quod tempus, an vere illis visitationum labori- „ bus, aut earum causa, insumpserint, ipsi testes „ sint, quorum conscientiæ, et dicto eo in genere „ credatur.

Num. 23. „ De visitandi autem facultate Episcopi, aut ejus „ Vicarii patentibus litteris Capitulo liquido constet.

Num. 24. „ Si quis autem Episcopi, ejusdemque Vi- „ carii jussu iis occupationibus in Cathedrali Ec- „ clesia impeditus est, aut in eadem Ecclesia, vel „ Confessiones audiat, vel Baptismum, Eucharistiamque „ ministret, vel alia ejusdem generis agat, is, quo „ tempore talibus occupationibus fuerit impeditus, „ pro præsente habeatur. “

Num. 25. „ Idem etiam de iis statuitur, qui Exami- „ natores adhibentur ad eorum doctrinam cogno- „ scendam, qui vel ad sacros Ordines erunt promo- „ vendi, vel quibus beneficia, vel audiendarum „ Confessionum munus, aliudve ejusdem generis „ Ecclesiasticum Officium erit committendum. “

De Pœnitentiario autem eodem capite statuitur num. 14. „ Pœnitentiarius etiam quemadmodum Concilii Tri- „ dentini decreto constitutum est, quo tempore Mis- „ sæ Conventualis offertur Sacrificium, et horæ di- „ vinorum officiorum preces canuntur, si a Cho- „ ro Confessionis Sacramentalis audiendæ causa abest, „ dum tamen studiose Pœnitentium Confessiones „ audiendi causa divinorum officiorum horas non „ recitat, super quo ejusdem conscientia onerata sit, „ omnia et quæcumque emolumenta assequatur, quæ „ in Choro præsentibus quavis causa etiam Anni- „ versariorum obveniunt, non tamen, quæ Litania-

„ rum, Mortuorum exequiarum, et Processionum,
„ quæ per Urbem, et extra aguntur, dari consue-
„ tum est. „
Hæc vero adjiciebat Episcopus „ Hoc primum admone-
„ bo, Canonicorum Anagninæ Cathedralis Ecclesiæ
„ stipendia ex distributionibus constare, quando qui-
„ dem lex ea est *Constit. Cap.1. n. 2. ut = Omnes ejus-*
„ *dem residentiæ Census, detractis tamen legitimis*
„ *expensis, et aliis sumptibus, seu debitis legitime*
„ *cum Capituli consensu factis, quolibet anno, inter*
„ *Præpositum, et Canonicos distribuantur* = Præte-
„ rea Canonicos quotidiano Chori servitio adstrictos
„ teneri duobus unice demptis Mensibus, per quos
„ Tridentina Synodus Canonicos universos residendi
„ lege exemit: Ad hæc, usu firmatum esse morem,
„ ut Canonici Cathedralis Ecclesiæ Episcopo præ-
„ sto sint, non modo si Missam Pontificalem so-
„ lemni ritu celebret, sed etiam si privatim Ordi-
„ nationes habeat, vel si publice in aliis extra Ca-
„ thedralem Ecclesiis Missam ritu plano celebret;
„ quem morem diuturna consuetudine roboratum,
„ et ad conciliandam apud vulgus Episcopali gra-
„ dui auctoritatem peropportunum, indicta Canoni-
„ cis amissione distributionum, debilitari, nescio
„ mehercule utrum expediat. Quod ipsum pertinet
„ ad Canonicos, qui ex diuturna itidem consuetu-
„ dine soli adhiberi solent ab Episcopo in sacra Ec-
„ clesiarum quarumlibet visitatione, vel qui ad Se-
„ minarii negocia expedienda, vel ad eorum, quos
„ ordinibus initiari, aut animarum curæ præfici
„ oporteat, expendendam peritiam adsciscì ab Epi-
„ scopo in consilium consueverint: quæ sane mu-
„ nera, præsertim ratione habita non interrupti ser-
„ vitii, quod choro præstare Canonici debent, dif-
„ ficile sane fuerit in posterum ab iis expletum iri,
„ si quidem propterea distributionibus carere cogan-
„ tur. Quocirca videndum foret, satius ne sit, ma-
„ jorem, quam quæ communi jure tributa sit, au-
„ ctoritatem Episcopo in hisce rerum adjunctis per-
„ mitti, Canonicos ad ea, quæ commemoravi offi-
„ cia, quum id ei visum e re fuerit, adhibendi,
„ quin distributionibus iidem priventur. „

Novam

Novam ab ipso Episcopo postulavi Informationem, utque audito præsertim Capitulo in scriptis referret de consuetudine. De rationibus a Capitulo allatis inferius redibit sermo; Episcopus vero hæc addidit:
„ De iis constitutionum hujus Cathedralis Ecclesiæ
„ Anagninæ capitibus, quæ Canonico juri generatim vigenti adversari viderentur, quid ejusdem
„ Ecclesiæ Canonici animadvertendum censuerint
„ ex eo patet scripto, quod meis hisce literis junctum EE. VV. dijudicandum subjicio. Seorsim
„ porro a ceteris a me interogatus Canonicus Pœnitentiarius nihil sibi esse respondit, quod contra
„ Collegarum sententiam afferret; quandoquidem eo„ quo per Constitutiones etiamnum sunt, statu præbendam accepisset; nec vero æquum sibi videri,
„ ut emolumenta sibi arroget, quæ præsertim ex funeribus, exequiis, et anniversariis obveniant;
„ quippe quæ in eos duntaxat, qui revera adsint,
„ distribui, fideles qui vel pia legata condiderint, vel
„ sumptus modo faciant, optare ac velle censendi
„ sint.

„ Ad me quod attinet, nihil addendum arbitror ad ea
„ quæ superioribus literis exposui: Nec enim inficiari possum, quæ ut dixi, Constitutionum Capita decretis aliis adversari videantur, ea diuturno admodum usu, et consuetudine roborata
„ esse.

„ Quocirca videant EE. VV. utrum liceat Canonicis
„ usitatum hactenus morem, disciplinamque retinere, modo tamen ut Episcopus, ejusque Vicarius, aut Præpositus majore, quam per commune jus haberent, potestate sic utantur, ut ne propterea detrimentum ullum chori servitio afferatur. „

Antequam de singulis capitularibus constitutionibus agam nonnulla in genere præmonenda censeo, quæ viam sternant ad unumquodque definiendum controversiæ caput. Ex sacrorum Canonum censura *a percipiendis fructibus, quotidianisque distributionibus arcentur ii, qui in suis Ecclesiis non resident, et divinis officiis non intersunt = Capit. Un. de Cler. non resid. in 6.*, fructus enim Præbendæ

sunt

sunt in præmium residentiæ, distributiones vero in præmium interessentiæ juxt. *Engel. in Jus. Canon. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 24. Requiritur proinde tum residentia in loco beneficii, tum interessentia divinis, ut docent Passerin. *in Comment. ad cit. Cap. unic. de Cler. non resid. in* 6., Schmier. *jurisprud. Canon. lib.* 3. *tract.* 1. *part.* 2. *Cap.* 3. *num.* 384., et S. Congr. *in Frisingen. Residentiæ* 3. *Julii* 1762. *ad* 1. *dub.* Tribus in casibus a Bonifacio VIII. permittitur in cit. *Cap. un. de Cler. non resid. in* 6. Clericis absentibus, ut tamquam præsentes habeantur, et quotidianas absentes lucrentur distributiones, si nimirum infirmitas, vel justa et rationabilis corporis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas eos a residentia excuset, quam constitutionem innovavit Tridentinum *Sess.* 24. *Cap.* 12. *de Reform.* et observari præcepit non obstantibus quibuscumque statutis, et consuetudinibus. Dantur etiam alii casus, qui ad tres illos principales reducuntur, quos passim enumerant juris Canonici Doctores in commentariis ad *lib.* 3. *decretal. titul.* 4. *de Cler. non resid.* Inter quos, et illud recensetur si Canonici ob aliquem casum particularem absint, et nihilominus de quotidianis distributionibus participent ex Indulto Apostolico, vel ex statuto Ecclesiæ per Sedem Apostolicam confirmato ut docent *Reiff. in Jus Can. lib.* 3. *tit.* 4. *§.* 7. *num.* 214. Fagn. *Cap. Licet num.* 132. *et seq. de præbend.* Requiritur enim, ut tale statutum sit per Sedem Apostolicam confirmatum, secus nullius roboris est, *ex Cap. super his de majorit. et obed.* notatque Fagn. ibidem num. 6. atque *ex Cap. sicut olim num.* 8. *et seq. de accusat.* non enim inferior tollere potest legem superioris, eique derogare, Passerin. *loco supra citato num.* 175. ac proinde hujusmodi constitutiones in ea tantum parte, quæ juri communi non adversantur exequutioni dandas esse declaravit S. Cong. in *Pisaurien. Camerariatus* 21. *Novembris* 1761. *§. et ultra.*

Jam vero constitutiones capitulares Cathedralis Ecclesiæ Anagninæ in iis partibus, de quibus Episcopus S. Congregationis sententiam exquisivit, adversari videntur tum juri communi supra relato, tum iis juris dispositionibus, quæ referam dum de unaqua-

que

que agam: cumque nunquam illæ fuerint vel Summi Pontificis, vel S. hujus Congregationis auctoritate roboratæ, sequitur, ut in iis partibus nullitate laborent.

Verum plura in suo voto affert Capitulum, ut hujusmodi vitium a Constitutionibus excludat, et primo quidem illas tuetur ratione personæ, et temporis, quo conditæ fuere. Eas enim non suo marte concinnavit, *sed ex antiquis Synodalibus sanctionibus Ecclesiæ Anagninæ* collegit Episcopus Antonius Seneca Anno 1618. Fuerat porro hic antea S. Caroli Borromæi Vicarius Generalis, qui et ob sua præclara merita ad Episcopalem dignitatem evectus, ac proinde quamlibet meliorem præsumptionem tanti Præsulis personam præseferre autumat Capitulum. Accedit temporis circumstantia. Efformatæ namque fuere Anno 1618. dum adhuc recens erat S. Concilii Tridentini memoria, dum Episcopi incumbebant in reformandos mores ad tramites decretorum, quæ Tridentini Patres ediderant; impossibile autem videtur tantum virum legis vim dare voluisse iis dispositionibus juri Ecclesiastico contrariis, nisi legitima præditus auctoritate id in Ecclesiæ Anagninæ bonum, et utilitatem necessarium duxisset, quas tamen multis conditionibus temperasse negari non potest.

Ex hoc ad duorum sæculorum observantiam numquam interruptam progreditur, quæ legitimam efformare valet consuetudinem, quæque vim habet Apostolici beneplaciti, hujusque præsumptionem inducit ad tradita per text. *in Cap. super quibusdam §. Præterea de Verb. Signif.* ubi glossa in *verb. non extat*, et per Felinum *in Cap. accedentes num. 6. de præscript.* Ita etiam firmavit Rota pluribus omissis in *decis. 739. num. 2. et 6. cor. Caprara*.

Opponi tamen possit huic observantiæ doctrina Fagnani *in cap. licet. de Præbend. num. 77. et seqq.* asserentis contra citatum superius Conc. Trid. decretum *Sess. 24. cap. 2.* nullam valere consuetudinem, sicque sæpius respondisse S. Congregationem Concilii. At animadvertere præstat hujusmodi consuetudi-

dinem, præterquam quod includit præsumptionem Apostolici beneplaciti ex superius dictis excedere hominum memoriam: immemorabilis vero consuetudo non tollitur clausula generali = *quamcumque consuetudine contraria non obstante* = sub qua ipsa non comprehenditur, nisi exprimatur, juxta doctores allatos a Reiffenst. in *lib.* 1. *decretal. tit.* 4. §. 1. *num.* 189. Id vel magis in themate locum obtinet, cum non sit ipsa contra jus naturale, vel divinum positivum, sed tantum contra jus ecclesiasticum, quo in casu subintrat pro ejus validitate disposito *cap. ult. de consuetud.* de qua idem Reiff. *in jus Can. lib.* 3. *tit.* 4. §. 4. *num.* 110

Ex rationabili hac consuetudine factum fuisse, dicunt Canonici, ut in nulla unquam parte mutatæ fuerint capitulares constitutiones, sed potius approbatæ, quoties de aliqua ipsarum sanctione disceptatum est pœnes S. Congregationem, licet contraria dispositioni juris communis. Hinc anno 1729. Canonicus Scipio Ambrosi licet fulcitus dispositione juris communis expressi *in clem. ut ii, qui de ætat. etc. et in Sess.* 24. *Concil. Trid. cap.* 12. *de Reform.* sibi deberi autumaverit distributiones eorum mensium, quibus Choro in minoribus Ordinibus inservivit, quibus Clerici privantur in cap. XI. constitutionum capitularium: nihilominus ob has unius sæculi observantia roboratas, quas tantum opposuit Capitulum, Sacra Congregatio = *audita relatione Episcopi Anagnini instantiam rejecit* = ceu patet *ex Tom.* 79. *decret, fol.* 517. *a tergo, et* 518. eadem consuetudo confirmans statuta capituli satis fuit, ut *die* 5. *Julii anni* 1777. proposito dubio = *An Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis Anagninæ gaudere debeant per duos menses infra annum eadem exemptione a Choro, qua gaudent Canonici ejusdem Ecclesiæ in casu etc.* = responsum fuerit a Sacro consessu = *Negative, et amplius* =

Animadvertant insuper Eñi Patres definiendum non solum esse, an absentes ex peculiaribus causis lucrari possint in genere distributiones, sed etiam quæ distributiones eorum favore cedere debeant. Constant enim universi Capituli Cathedralis Anagninæ redditus

tus massa communi, quæ distribuitur *pro rata servitii.* Videndum igitur, utrum has omnes ex consuetudine percipere debeant, vel amitti ab ipsis debeat tertia pars, quæ inservientibus accrescat. Vestrum præterea erit perpendere utrum absentes ex justa, ac rationabili causa lucrari debeant quotidianas tantum distributiones ex Massa provenientes, quæ certæ sunt, et stabiles prout iis fruuntur, qui gaudent Jubilationis Indulto juxta *Scarfanton. ad Ceccopier add. 3. num. 9. tom. 3. pag.* 17. An vero percipere debeant etiam eventuales, et incertas ex mortuorum exequiis, et anniversariis promanantes, quas solis præsentibus præstandas esse docent Passerin. *in cap. un. de cler. non resid. num. 6.*, Pirringh. *in jus. canon. lib. 3. tit. 4. sect. 2. num. 49. in fin.*, et S. Congreg. *in Mantuana distributionum* 31. *Julii* 1694. *ad* 1. *dub. lib. decret. 44. fol.* 357. Anniversaria enim tamquam pia legata distincta sunt a Præbenda Canonicali Fagn. *in cap. licet de Præbend. num.* 20. Piton. *discept.* 1. *num.* 35. ac relicta, sicut et exequiæ censentur interessentibus tantummodo, qui actu pro benefactoribus, defunctisque orant, *Scarfant. ad Ceccopier. lib. 2. tit. 10. num. 1. et seq.*, *Piton. loc. cit.*

Hisce in genere præmonitis quærendum primum est de Canonicis, qui Missam celebrant tempore choralis officiaturæ, vel jam inchoatæ, vel proximæ incipiendæ, sive ex devotione, sive ex onere, et eleemosyna, sive ex jussu Præpositi, ac utrum ipsi, et quas lucrentur, amittantve distributiones, de quibus sermo est in I. II. III. IV. et V. dubio. Magna est, quoad hoc Canonistarum discrepantia. Sunt enim qui affirmant non posse Canonicum tempore divinorum officiorum Missam celebrare, illiusque horæ distributiones amittere, etsi Sacrum peragat = *ex obligatione alicujus simplicis Capellaniæ, quam possidet una cum Canonicatu, quia hujusmodi Missam planam celebrat non ut Canonicus, sed ut Capellanus* = ut ait Ceccopier. *Lucubr. Can. lib. 3. tit.* 9. *num.* 10. idemque docent Zipæus *lib. 3. tit. de cler. non resid. num.* 31., Covaruv. *Var. resolut. lib.*

3. *cap.* 3. *num.* 5., et Gonzalez *in lib.* 3. *decret.* §. 3. *num.* 18. Censent alii consuetudinem celebrandi Missas privatas tempore choralis officiaturæ non esse reprobandam, distributionesque illius horæ lucrari Canonicos tunc temporis celebrantes cum æque exerceant actum divini cultus, ut contendunt Garcias *de Benef. part.* 3. *cap.* 2. §. 1. *num.* 441., Antonell. *de cler. non resid. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 25., Monet. *de distributionibus part.* 1. *q.* 11. *num.* 52., præsertim si celebrent pro oneribus Canonicali Præbendæ infixis, hoc enim in casu exequuntur munus suum quod nemini debet esse damnosum ad tradita per *text. in cap. pervenit de fidejussor.*, Engel. *in Jus. Can. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 33., *et* Ceccopier *loc. cit. tit.* 11. *num.* 20. Sunt denique qui sentiunt præter consuetudinem adesse debere etiam utilitatem Ecclesiæ; adeoque requirunt legitimi superioris licentiam, qua deficiente si Missam privatam celebret Canonicus, distributiones lucrari nequit. Ita sane decrevit S. Carolus Borromæus, in *Conc. IV. Mediolanen. part.* 2. *cap.* 13., et ita docent Vanespen. *in jus. Eccl. univers. part.* 2. *cap.* 13. *et tit.* 7. *cap.* 26., et Benedictus XIV. *Instit. Eccl.* 107. *num* 74. *et seq.* Postremæ huic sententiæ constanter adhæsit S. Cong., ut videre est, cæteris omissis, in *S. Miniatis Visitationis SS. Liminum* 8. *Februarii* 1817., et usque ab anno 1573. superiores monuit, ut a jubenda celebratione Missæ privatæ tempore divinæ Psalmodiæ sese abstinerent, ut legitur in *lib.* 3. *decretorum pag.* 51. *a tergo.*

Quæritur VI. dubio utrum Canonicis liceat abesse, quin distributiones amittant, ad Missam Pontificalem celebrandam, aliamve ob causam, vel ob munia a Ministris in conventuali officio obeunda, vel ob Processiones. Non certe ut personæ Episcopi, sed ut Episcopali dignitati inserviant absunt Canonici dum præsto sunt Episcopo celebranti sive ritu solemni, sive plano in aliqua Ecclesia extra Cathedralem: utrum hæc justa sit absentiæ causa, quasque lucrari, vel amittere debeant distributiones ex prænotatis superius, ratione habita etiam ad consuetudi-

tudinem, judicabunt EE. VV. Quoad absentes ob Processiones non constat utrum Processionibus istis unus, aut plures Canonici interesse debeant ex onere infixo præbendæ, vel de mandato Episcopi, vel ob aliam justam causam. Ii qui absunt ob munia in Conventuali officio peragendi ex. gr. ad assumenda, vel deponenda paramenta videntur lucrari distributiones, cum absint in *servitium* Ecclesiæ, et choralis officiaturæ, ut pluries firmavit S. Congregatio, uti videre est in *Maceraten.* 23. *Aprilis* 1768. §. *disceptatum.*

Sermo est in VII. dubio de iis Canonicis, qui Episcopum, vel ejus Vicarium comitantur in sacris visitationibus, vel etiam quibus sacra visitatio committitur. Archidiaconus ratione visitationis ei incumbentis potest abesse ultra tres menses, ut docent Garcias *de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 352., Reiffenst. *dict. lib.* 3. *tit.* 4. §. 4. *num.* 118. Dum tamen Archidiaconis adempta est ampla illa potestas, in eorum locum suffecti sunt Vicarii Episcopi; ut ostendit Thomassinus in suo opere *Vetus et nova Ecclesiæ disciplina par.* 1. *lib.* 2 *cap.* 8. *tom.* 1. non autem Canonici; unde quod Archidiacono concessum erat, non videtur concessum Canonicis. Quin imo de Canonicis ita censuit S. Congregatio *in Salmantina.* 5. *Octobris* 1625 *lib.* 3. *decret.* ibi *Canonicos sequentes Episcopum in visitatione Liminum comitantes distributiones quotidianas lucrari debere: Comitantes vero in visitatione diœcesis si omnes fructus ut supponitur, in distributionibus quotidianis consistant, lucrari duas partes, amissa tertia, quæ inservientibus accrescat* = et novissime *in S. Miniatis Visitationis SS. Liminum* 8. *Februarii* 1817. ob præbendarum tenuitatem dumtaxat concessum fuit ut lucrari possent quotidianas distributiones tempore visitationis: Hinc *quarto dubio = An et quomodo sit concedendum Indultum absentiæ a choro duobus Canonicis comitantibus Episcopum in Sacra Visitatione in casu etc.* Responsum prodiit = *In casu de quo agitur attenta tenuitate redituum affirmative juxta votum Episcopi* = qui nimirum indulti saltem concessionem postulaverat.

Utrum Canonici, qui tempore choralis officiaturæ Sa-

cramenta Baptismatis, Eucharistiæ, et Pœnitentiæ administrant pro præsentibus haberi debeant disseritur in VIII. dubio. Sancitum per Tridentinos Patres est in *Sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.*, *ut Poenitentiarius etc. dum Sacramentales Confessiones in Ecclesia audit interim præsens in Choro censeatur* = Dispositio isthæc juxta *Fag. in cap. licet de Præben. num.* 118. ad eos ampliata est, qui ex lege fundationis ad animarum curam incumbunt, quæ imminet suæ dignitati, vel præbendæ; ac proinde dum Confessiones excipiunt, Sacramenta ministrant, vel alia ad curam spectantia peragunt tamquam præsentes choro habentur Garc. de *Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 335., Barbosa, *de Canonicis et Dignitat. cap.* 24. *num.* 11. *et seq.*, et S. Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, et Regularium præposita *in Laudensi* 24. *Novembris* 1617. Idem videtur ampliatum etiam ad eos Canonicos, qui de mandato Episcopi absunt ad Sacramenta ministranda, ut firmavit sacra hæc Congreg. in *Mediolanen. ad cap.* 3. *sess.* 22. *de reform. posit.* 41. relata in *Maceraten.* 23. *Aprilis* 1768 §. *Si vero*.

De Canonicis, qui Examinatorum Synodalium munere funguntur, dum hac de causa absunt, num ceu præsentes in Choro considerari possint perpendendum est in IX. dubio; Barbosa in suo opere, *de Canonic. et dignitat. Cap.* 24. *n.* 9. resolutionem refert S. Congregationis Episcoporum, et Regularium *diei* 22. *Martii* 1600., qua Examinatores Synodales ceu præsentes habendos esse declaravit dum Confessorum, et Ordinandorum peritiam periclitantur.

An vero hæc resolutio extendi debeat etiam ad eos Canonicos, qui absunt ad Seminarii negotia expedienda judicabunt EE. VV. in dubio X. et XI. Licet enim de his sileant constitutiones capitulares, attamen eos hac de causa abesse colligitur ex informatione Episcopi, quam superius excripsi. Certum in jure est Canonicos absentes pro aliquo servitio suæ Ecclesiæ, vel Capituli præsentes censeri juxta Reiffenst. *cit. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 204. *et seq.*; ve-

tum

rum idem non legitur de Canonicis absentibus ad expendenda negocia aliorum locorum piorum.

Definiendum tandem est, an substineatur consuetudo, qua Pœnitentiarius dum audit Sacramentales Confessiones, lucratur tantum emolumenta, quæ cæteri Canonici in choro assequuntur, non item, quæ proLitaniis, Anniversariis Mortuorum exequiis, et Processionum causa distribuuntur. Concilium Tridentinum pro præsente habendum esse decrevit Pœnitentiarium, dum Confessiones Sacramentales excipit, ac proinde omnes ei debere distributiones etiam mortuorum, litaniarum, et Processionum definivit S. Congregatio in *Januen.* 5. *Septembris* 1591. Requisitus tamen Pœnitentiarius ex jussu S. Congregationis ab Episcopo, huic interroganti respondit „ Nihil sibi esse quod „ contra Collegarum sententiam afferret, (denegat enim Capitulum eas distributiones Pœnitentiaro) „ quandoquidem eo, quo per Constitutiones etiam „ nunc sunt, statu præbendam accepisset; nec vero „ sibi æquum videri, ut sibi arroget, quæ præsertim ex funeribus, exequiis, et anniversariis obveniunt, quippe quæ in eos dumtaxat, qui revera „ adsint, distribui fideles, qui vel pia legata condiderint, vel sumptus modo faciant, optare ac „ velle censendi sint „. Atque hic animadvertendum est quoad emolumenta funeralia ex constitutionibus Capitularibus Pœnitentiario deberi emolumenta tantum anniversariorum non autem exequiarum, quæ fiunt occasione alicujus defuncti; at ex verbis Pœnitentiarii patet inolevisse morem neutrum hoc emolumentum percipiendi.

Ex his tum in genere, tum in specie expositis dignentur Emi Patres dirimere, Dubia quæ sequuntur

Dub. I. *An Canonici Ecclesiæ Cathedralis Anagninæ, qui tempore Choralis officiaturæ ex devotione Missæ Sacrum faciunt impetrata a Præposito facultate in Choro adesse censeantur in Casu etc.*

Dub. II. *An Canonici iidem, qui tempore divinorum Officiorum ex onere Missæ celebrandæ, et occasione alicujus eleemosynæ Missam celebrant, im-*

impetrata a Præposito facultate præsentes in Choro habeantur, in Casu etc.

Dub. III. *An Canonici iidem, qui statim post celebratam Missam interveniunt Chorali Officio jam inceptæ, dum Missa celebrabatur pro præsentibus sint habendi eo tempore celebrationis Missæ in casu etc.*

Dub. IV. *An iidem Canonici jussi ob necessitatem a Præposito e Choro exire, et Missam celebrare tempore divinæ Psalmodiæ tamquam præsentes in choro considerari debeant in casu etc.*

Et quatenus affirmative

Dub. V. *An omnes, vel quas distributiones in prædictis casibus lucrari debeant in casu etc.*

Dub. VI. *An iidem Canonici absentes ad Missam Solemnem celebrandam, vel quia ab Ecclesia recedendum est ob processionem, aliamve ob causam, vel ob munia a Ministris in Conventuali officio obeunda, tamquam interessentes Choralibus funtionibus existimari debeant, et quas distributiones lucrentur in casu etc.*

Et quatenus affirmative

Dub. VII. *An itidem præsentes putandi sint iidem Canonici, qui Episcopum, vel ejus Vicarium comitantur in S. Visitatione sive Urbana, sive Dioecesana, vel quibus hæc committitur, et quas distributiones lucrari debeant in casu etc.*

Dub. VIII. *An Canonici absentes ad Sacramenta in eadem Cathedrali Ecclesia ministranda pro præsentibus haberi debeant, et quas distributiones lucrentur in casu etc.*

Dub. IX. *An Canonici Examinatores Synodales, ut præsentes sint considerandi, dum Examinatorum munus exercent, et quas distributiones lucrentur in casu etc.*

Dub. X. *An ut præsentes censeri debeant Canonici absentes ad Seminarii negotia expedienda in casu etc.*

Et quatenus negative

Dub. XI. *An, et quas distributiones amittant, in casu etc.*

Dub.

Dub. XII. *An Canonico Poenitentiario ejusdem Cathedralis Ecclesiæ absenti ad Confessiones Sacramentales excipiendas debeantur Emolumenta Funeralia Exequiarum, Anniversariorum, nec non Processionum, et Litaniarum in Casu etc.*

Ad I. Usque ad nonum inclusive affirmative ad formam Constitutionum Capitularium.

Ad X. Negative.

Ad XI. Affirmative pro tertia parte reddituum responden. diebus, et horis absentiæ.

Ad XII. Negative ad formam Constitutionum Capitularium.

CIVITATIS CASTELLANÆ REDUCTIONIS, ET DISPENSATIONIS Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Vallerani erectum Anno 1779. constans decem Canonicis, duobus dignitatibus, et quinque Beneficiatis postulavit. I. *Reductionem decem Canonicatuum ad octo, et quinque beneficialium prabendarum ad* *Sess. 22. Cap. 4. et Sess. 24. Cap. 15. de Reform.*

tres

tres. II. *Reductionem Chori quotidiani ad dies festos etiam reductos, comprehensis etiam Adventu, Quadragesima, Octava Corporis Christi, et diebus specialiter a Fundatoribus præscriptis*. III. *Reductionem binæ quotidianæ Missæ pro fundatoribus ad binam in hebdomada tantum*. IV. *Dispensationem a Constitutione Montis Scutorum 200. pro manutentione Fabricæ*.

Rejecta primum instantia, renovarunt preces Episcopo, qui eas ad Sacram Congregationem remisit hæc addens „ Quæ in adnexis precibus nomine Capituli „ insignis Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Vallerani alterius meæ Dioecesis Civitatis Castellanæ, mihi porrectis, veritati profecto innituntur, quandoquidem „ ob defectum redditutum, et Ecclesiasticorum, „ brevi tempore, Collegiata ipsa evanescet. Ad hoc „ itaque, ut divinum servitium, et cultus dictæ „ Ecclesiæ permaneat, alia ratio haud remanet, „ in hac temporum infelicitate, quam Præbendarum, et onerum reductio in dictis precibus proposita, prævia tamen derogatione voluntatis Fundatorum; nempe 1.° Præbendarum Canonicalium „ numero decem ad octo, Beneficialium ex quinque „ ad duo tantummodo, quibus additis Archipresbyteratu, et Præpositura, duodecim erunt Chorali officio addicti diebus Festis etiam reductis, „ tempore Adventus, Quadragesimæ, Octavæ Corporis Christi, aliisque peculiaribus diebus a Fundatoribus statutis, cum dispensatione tamen quotidiani Chori, veluti in ceteris mearum Dioecesium „ Collegiatis. Idipsum quoad binas Missas quotidianas pro Fundatoribus ad binas tantum in qualibet hebdomada celebrandas. Mons autem scutorum ducentorum pro manutentione Fabricæ superfluum, et inutile esse, non solum ex rationibus in precibus deductis, verum etiam, quia „ cum Ecclesia sit Cameralis, Rev. Camera ipsa pro „ Fabricæ manutentione, Paramentis, et sacris utensilibus providere solet, ita ut decreta emanata in „ omnibus meis visitationibus, sumptibus Rev. Cameræ semper adimpleta fuerint. His igitur perpensis precibus Capituli Oratoris annuendum esse putarem. „

Quoad

Quoad primam instantiam exponunt Canonici, quo tempore erecta fuit Collegiata præter quinque Clericos triginta vitam degisse Sacerdotes, at hodie vix quindecim numerari Presbyteros, quorum plures senili ætate laborant, cum octogenarii sint, ac septuagenuarii, unumque tantum decem annorum adesse clericum. Ex quindecim autem his Sacerdotibus duo Curam animarum exercent in Ecclesia S. Victoris, quatuorque inserviunt Ecclesiæ *del Ruscello*; unde novem supersunt Collegiatæ addicti. Ex his decanus utpote octogenarius Choro nequit interesse: Præpositura jam a septennio vacat ob redditaum tenuitatem, vix enim annua scuta 38. reddit, cum onere adjuvandi Parochum in Cura Animarum, et Missis pro Populo: Vacant etiam duo Canonicatus alter a quatuor annis, alter a duobus: unusque ex Canonicis ad victum uberiorem sibi quæritandum Romam petiit. Tria Beneficia ex defectu personarum, et præbendarum tenuitate octo abhinc annis vacantia existunt, Canonicatus reliqui reddunt scuta 30., et Beneficia scuta 15. onusque habent annuarum Missarum 62.

Quamquam a jure expresso *in cap. ex parte* 12. *de Constit.* prohibita sit præbendarum suppressio, et unio, quia importat totalem præbendæ extinctionem, ac proinde cultus divini imminutionem, attamen justis concurrentibus causis permittitur suppressio, ac unio, ut docent *Garc. de Benef. part. ultima Cap.* 1. *Reiff. in lib.* 3. *decretal. tit.* 12. *§.* 3. *num.* 32. *et seq.* Inter justas causas recensetur a Tridentino tenuitas Præbendarum, quod tunc Episcopis facultatem concedit cum consensu Capituli, et Patronorum, si præbendæ sint juris-patronatus, reducendi has ad minorem quantitatem, ac superextantibus uniendi supressarum redditum *Sess.* 24. *Cap.* 15. *de Reform.* S. Congregatio hac ipsa de causa, ut *in Urbevetana Reductionis, et applicationis die* 6. *Martii hujus anni ad* 1. *dub.* concessit reductionem. Tenuitas vero præbendarum in themate nedum asseritur a Capitulo, sed ex ipsa præbendarum vacatione apparet, ut docuit S. Congregat. *in Civitatis Plebis Congruæ* 25. *Januarii* 1817. *§. ex his.* At animadvertant EE. PP.

huic reductioni obstare litteras Apostolicas erectionis Collegiatæ non multis ab hinc annis expeditas in quibus præbendarum numerus constituitur. Perpendant etiam præbendas, ac Collegiatam esse jurispatronatus Rev. Cam. Apost. quæ valet ipsarum redditum augere, quæque semper quidquid opus fuit suppeditavit, et quidquid Episcopi in sacris visitationibus decrevere exequutioni dedit, ne dum quoad fabricæ manutentionem, sed etiam quoad utensilia, et sacra suppellectilia. Ponderent prætere a utrum post concessam reductionem Præbendarum, de qua in precibus = *tot supersint quæ Divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere* = juxta præscriptum Tridentini *loco citato*: Hisce, et illud est addendum; quod diminutis semel præbendis difficilis est, ne dicam impossibilis illarum redintegratio, vel nova fundatio.

Quod si his ducti rationibus a concedenda reductione abhorreant Emi Patres; tunc decernent *in secundo dubio*, an potius, ad quod tempus, et quot Præbendarum concedenda sit collationis suspensio, ut earum redditus in omnium augmentum investiri possit, prout statuit S. Congreg. *in Tuscanen suspensionis 18. Martii 1815.* Sive tamen concedatur reductio præbendarum, sive suspensio, modus constituendus erit quoad implementum onerum Missarum; utrum scilicet hæc a reliquis Canonicis sint adimplenda, et in quo numero, seu potius, et in quo numero suspendenda celebratio.

Reductionem Servitii Chori quotidiani ad dies festos etiam reductos comprehensis Adventu, Quadragesima, Octava Corporis Christi, et diebus a fundatoribus præscriptis respicit secunda petitio, de qua in *tertio dubio* agitur. Licet a Tridentino *Sess 24. Cap. 12. de Reform.* dum concessa fuit Canonicis trium Mensium absentia, salvæ relictæ fuerint earum Ecclesiarum *consuetudines, quæ longius servitii tempus requirunt*; attamen S. Cong. Chori servitium ad tertiarias, aut ad alternas interveniendi vices reduxit, vel ob præbendarum, et distributionum tenuitatem, vel ob inservientium paucitatem, ut in *Insernien.*

26.

26. *Junii* 1723. *in S. Severini* 13. *Julii* 1725. *in Tranen.* 22. *Novembris* 1738. aliquando etiam ad solos dies Festos reduxit ob tenuitatem redditum ut in *Aliphana Servitii Chori* 17. *Decembris* 1707. in qua hæc reductio concessa fuit contradicente licet Episcopo,

Jam in Superioribus dubiis disserui de Præbendarum tenuitate, addere tantum superest, onera Cameralia, communitativa, et vectigalia persolvi numquam solita fuisse tempore erectionis Collegiatæ; ac periisse nonnullosCensus, qui inter capita numerabantur ob suppressionem Cedularum,et mutationem monetæ actum etiam est de individuorum paucitate, ac proinde memoriæ revocandum est duos beneficiatos in Seminario studiis operam dare,etArchipresbyterum ob curam animarum abesse ex Indulto S. Congreg.obtento anno 1804. ac proinde, licet sex sint Canonici, qui Choro intersunt, cum tamen alternativis vicibus inserviant, nequit Conventualis Missa cum cantu celebrari. Quatenus reductionem concedendam putent EE. PP., debebunt præterea judicare utrum hæc debeat esse perpetua, vel ad tempus tantum nimirum donec redditus augeantur, ut decrevit S. Tribunal *in Firmana Servitii Chori*, *et Reductionis Missarum* 20. *Septembris* 1817.

De reductione binae Missae quotidianæ ad geminam in habdomada celebrandam disserendum *in quarto dubio*. Hanc reductionem ad totum annum 1820. Capitulum ab Episcopo, qui facultatibus usus est a S. Congregatione sibi concessis obtinuit. At eam perpetuam exoptat ob præbendarum tenuitatem, et aliarum Missarum multiplicitatem. Non satis tamen constat utrum hæc duplex Missa sit Conventualis, vel privata ab unoque Canonico per turnum celebranda. In utroque casu cum redditus præbendarum pares sint huic oneri substinendo, deneganda ex S. Congregationis praxi videretur reductio. At æquitatis ratio concessioni viam sternit, attenta diminutione redditum, præsertim cum præcipuum Canonicorum onus sit servitium chori, et cum præbenda sit constituta ad congruam canonicorum substentationem, ac proinde ipsis succurrendum esse videtur

per reductionem Missarum, ut peractum est in *Asculana Missarum 20. Aprilis 1782. et in Taurinen. Absolutionis, Suspensionis, et Reductionis 1. Martii 1817.*

Nec obstat, quatenus Missæ hujusmodi sint conventuales pro benefactoribus, celeberrima Benedicti XIV. Constitutio *Cum semper oblatas*; ubi enim constat de tenuitate redditutuum, Missas Conventuales a S. hac Congregatione reduci posse ait ibi Summus Pontifex, quemadmodum reapse S. Cong. peregit *in Brugnaten Missæ Conventualis 23 Januarii 1796.* Ad modum autem concedendæ reductionis spectabit, utrum perpetua esse ipsa debeat, vel ad tempus præ oculis habito reddituum incremento.

Disserendum in *quinto Dubio* superest de dispensatione constituendi Montem Pietatis in summa scutorum biscentum quæ erat quarta Capituli petitio. Ex adductis a Capitulo rationibus, ut hanc assequatur dispensationem, videtur Mons iste Pietatis a Fundatoribus præscriptus ad manutentionem videlicet Fabricarum. Secum ferret proinde hæc dispensatio Fundatorum voluntatum commutationem, quæ nonnisi ex justa causa fieri debet *ex Trid. in Sess.22. Cap.4. de Reform.* Prænotandum tamen est undecim ab hinc annis obtinuisse Capitulum a S. Congregatione, ut Mons iste non amplius constaret ex scutis biscentum, sed centum quinquaginta ex eo quod scuta quinquaginta jam deposita noctu a furibus subrepta fuerint. Hoc depositum vero Scutorum 150. inutile esse dicunt cum ab erectione Collegiatæ ad hæc usque tempora non leves sumptus erogaverit Capitulum in reparationem Fabricarum, quin Mons ille constitutus esset; addantque a Cameram Apostolicam ceu patronam providere Manutentioni fabricæ Ecclesiæ, paramentis, et utensilibus.

Quæ proponuntur dubia, sunt

I. *An et quomodo sit concedenda reductio canonicatuum, et praebendarum beneficialium in casu etc.*

Et quatenus negative in omnibus.

II. *An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem praebendarum in casu etc.*

III. *An,*

III. *An, et quomodo sit locus reductioni servitii Choralis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit locus reductioni binae Missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu etc.*

V. *An sit concedenda dispensatio erigendi Montem, in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

CAMERINEN. SEPULTURAE. In oppido Caldarolæ Camertinæ Archidiœcesis Familia Massi sepulchrum habet gentilitium in Ecclesia Parochiali simul, et Collegiata SS. Gregorii, et Valentini, ubi ex antiqua consuetudine omnes de Familia Massi depositi fuerunt. Verum quum die 3. mensis Februarii elapsi anni 1818. e vita migraverit Veronica Massi Monialis professa in suppresso ejusdem terræ Sanctæ Catharinæ Monasterio Parochus alterius Collegiatæ S.Martini in sua Ecclesia ejus Cadaver Sepulturæ mandavit, quia intra limites ejusdem Paræciæ præfata Monialis diem suum clauserat extremum, nec non Capitulum, et Canonici funeris emolumenta sibi addixerunt. Hermenegildus Casini primodictæ Ecclesiæ SS. Gregorii, et Valentini Parochus suas statim detulit querelas coram Archiepiscopo, qui a definienda controversia sese abstinere putavit. Hinc ille preces huic S. Congregationi obtulit, quæ eidem Archiepiscopo remissæ fuerunt, ut *audito præsertim Parocho S. Martini, eidemque præfixo termino ad deducenda jura sua, et referret, an constaret de electione Sepulturæ in casu, de quo in precibus, et de consuetudine quoad funera eligentium Sepulturam in aliena Paræcia* = Nihil ex una alteraque parte deductum est; Archiepiscopus vero hæc habet in sua Informatione.

" Refero secundo non constitisse, neque constare de ulla

= ulla electione Sepulturæ facta ab ipsa-met Moniali
= in memorata Parochiali Ecclesia SS. Gregorii,
= et Valentini.
= Ad memoriam revocato casu nuperrime ejus favore
= deciso a mea Curia Ecclesiastica, successiveque ab
= ista Sacra Congregatione Episcoporum, et Regula-
= rium, et ob paritatem rationis de bono jure Paro-
= chi Sancti Martini in hodierna controversia non est
= ambigendum. Confessarius, et Moniales Monaste-
= rii Sanctæ Catarinæ renuerunt præstare patientiam
= eidem Archipresbytero Casini, qui in die Sabathi
= Sancti accessit ad Monasterium Sanctæ Catharinæ,
= et ad domos ejusdem Monasterii pro impertienda
= consueta solemni rituali ab universali Ecclesia in
= ea die præscripta benedictione, ac inurbane non
= solum, sed audacter, violenterque impediverunt
= ejusdem Archipresbyteri ingressum; re delata ad
= Archiepiscopum objurgavit Confessarium, et Mo-
= niales, eisdemque injunxit, ut veniam peterent a Pa-
= rocho, quem sacris indutum graviter, irrationabili-
= terque inofficiosa illa, ac injuriosa repulsione offen-
= derunt.
= Renuentes Confessarius, et Moniales hanc veniam
= petere: Archipresbyter Casini recursum habuit ad
= Sacram Congregationem Episcoporum, et Regula-
= rium, eademque Sacra Congregatio in tenore litte-
= rarum Archiepiscopo Camerinen. mihi directa-
= rum sub datum Romæ 20. Maij 1817. eidem Archie-
= piscopo commisit, ut notum faceret Confessario, ac
= Monialibus prædictis mentem esse ejusdem Sacræ
= Congregationis, ut Archipresbyter Casini in præfa-
= to Monasterio adhuc ad primæva jura haud restitu-
= to plenam ejus Parochialem jurisdictionem libe-
= re valeat exercere; idque a prælaudata Sacra Con-
= gregatione fuit ita deliberatum, quia privilegia, et
= exemptiones competentia Monasterio statim cessa-
= runt ac fuit illud imperiose suppressum, et Corpus
= Religiosarum dissolutum, parique ratione conclu-
= dendum est Monialem Massi, quæ per emissam re-
= nunciationem suorum omnium bonorum, ac ju-
= rium ejus Familiæ occasione ejus solemnis Religio-
= sæ Professionis renunciavit quoque privilegio tu-
mu-

= mulandi Cadavera defunctorum ejusdem familiæ = Massi in Sepulcro gentilitio hujusmodi familiæ erecto, et existente in Ecclesia SS. Gregorii atque Valentini.

=Revocatoque ad memoriam facto ejusdem Archipræsbyteri Casini patebit intima ipsum fuisse suasione = præventum revera similia privilegia, ac exemptiones e medio ablata fuisse, et revocata per novum = invectum regimen, qui Sepulturam dedit haud reclamante Capitulo Sancti Martini Cadaveri defuncti = infantuli de Familia Gentilucci, quæ Sepulcrum = gentilitium habebat in Ecclesia Collegiata Divi Martini.

= Hisce præmissis, ac probatis aliisque omnibus hinc = inde deductis, bene perpensis, matureque examinatis, et ponderatis sensus meus est jura præfati Capituli Sancti Martini juribus prævalere a memorato = Archipresbytero Casini prætensis, proindeque ejus = instantiam esse rejciendam. =

His in facto prænotatis, quid de jure hinc-inde sit sentiendum breviter exponam. Parocho S. Martini favet generalis regula = *quod omnes Christifideles qui intra fines illius* (*Pareciæ*) *decesserint in eadem Ecclesia sint tumulandi* = *Rot. cor. Priolo relat. per Piton post discept.* 51. *num.* 29. = *Cap. Omnis de Poenit. remissio: Clement. dudum §. verum De Sepulturis Cap.* 15. *qui De sepult. in Sexto*. Nec obstare potest hujusmodi regulæ limitatio de his, qui Sepulturam in aliena Ecclesia eligant. Veronica namque absque ullla electione e vita migravit. Tota igitur difficultas est utrum tumulanda esset in majorum sepulchro, quod Parochus S. Martini denegat, tum ob ejus Religiosum statum, tum ob renunciationem emissam, quum Religioni nomen dedit.

Et revera Religiosi omnes sepeliri debent in Ecclesia sui Ordinis etiamsi extra Claustra decedant, dummodo ad eam facile reduci possint, nec licet iis eligere sepulturam *ex Cap. fin. De Sepulturis in Sexto*: ex solemni enim obedientiæ voto ita ligata, et obstricta est eorum voluntas, ut jure dici possit nullam habere volendi facultatem, quod præsertim de Sepultura sentiendum *Cap. ult. de Sepult. et Cap. Religiosi eod. tit.*

in

in Sexto. Si vero extra claustra diem obeant supremum Regulares nec ad ipsa commode valeant re luci, tunc, et in hoc casu tantum gaudent sepulturæ electione *Dict.Cap. ultim. de Sepulturis. Barbos in jus Ecclesiasticum lib. 2. Cap.* 10. *num.* 30., de qua tamen electione certo constare debet.

Si ergo defuncta Monialis Sepulturam non elegit, nec ob solemnem emissam renunciationem quidquam amplius commune habet cum juribus suæ Familiæ, excludenda hinc videtur a Gentilitio Sepulchro, eamque tumulandam esse in Parochiali Ecclesia, cum ad sui Ordinis Sepulchrum humari non possit, quia suppressum fuit Monasterium. Etenim Regulares, quorum Monasterium sit suppressum omnia amittunt privilegia eorum Ordini competentia, et in eos liberam habet jurisdictionem Parochus; quemadmodum S. Congregatio Episcoporum, et Regularium sancivit in controversia inter Parochum Hermenegildum Casini, ac Moniales Monasterii S. Catharinæ illius nempe, in quo erat Veronica Massi, ut refert Archiepiscopus.

E contra Parochus Casini juvatur dispositione Canonum in *in Cap. Is qui* 3. *de sepulturis in* 6. = ibi = *Is qui . . . . non electa sepultura decedit . . . . in ea, in qua Majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit sepeliri debebit, dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari* = idque exemplo petito a Patriarchis in veteri testamento, qui amabant sepeliri in sepulchro majorum. Hinc frequenter in Scriptura Sacra occurrit hæc phrasis, sepultus, seu appositus est ad Patres suos. Hoc sepulchrum semper Parochiali Ecclesiæ præfertur, ita ut hujusmodi humatio nec possit a Parocho impediri, nec minus ab ipsis Regularibus, si illud habeatur in eorum Ecclesia *Passerin. Cap.* 1. *num.* 7. *de pactis*. Nec opus est, ut majorum eligatur sepulchrum, namque expresse citatus textus disponit, non electa sepultura decedentem in majorum sepulchro tumulandum esse, quod etiam in S. R. E. Cardinalibus valet, etiamsi generalis regula sit, quod hi in sui tituli Ecclesia debeant sepeliri. Urget enim major affectus in sepulchro majorum, quam in Parochiali prout docet *Card. Petra tom. 2. Comment. in Constit. III. Honorii III. sect: Unica num.* 35. Nihil proinde in-

intersit in casu utrum Veronica Massi sepulturam elegerit vel non quando ejusdem familiam gentilitio gaudere sepulchro constet.

Status Religiosus obstare non videtur. Veronica, ut in facto vidimus apud domesticos lares e vita migravit, nec ad Monasterii sui sepulchrum deferri ejus cadaver poterat, quum ejus restitutio adhuc desideretur. In eo igitur statu erat, in quo sepulturam eligere valebat, quamvis Monasticam emisisset professionem, et revera si hac usa fuisset facultate humandam esse in electo sepulchro certum est. Parique ratione sepeliri debere videtur in majorum sepulchro. Potissima enim ratio, quia in gentilitia, potius quam in communi sepultura tumulentur Christi fideles, est præsumptiva electio ob majorum affectum. Hæc præsumptio habenda quoque est in Moniale hac, verisimilius enim est una cum conjunctis hanc requiescere optavisse, quam cum alienis. Hinc si nihil de hac re disposuit, dicendum est, quod saltem præsumptive sententiam suam apperuerit, tumulari nempe velle in gentilitio sepulchro.

Nec obstare videtur amplissima omnium jurium renunciatio emissa occasione religiosæ professionis. Præcipua enim renunciandi causa est amor Dei, ac vitæ spiritualis, ut temporalibus omnibus bonis abdicatis promptius, ac expeditius Deo famulari, atque spiritualibus incumbere valeat renuncians Card. de Luca *De renunciat. disc* 1. *n.* 10. Quod igitur huic fini non opponitur renunciatum minime censetur. Insuper renunciationes istæ conjunctorum commodo emittuntur, ne scilicet Monasterium succedat. Jus vero hoc, quod controvertitur sub renunciatione non venisse dici potest quia neque indicato serviendi Deo fini opponitur, neque in conjunctorum commodum redundat.

Ad consuetudinem quod spectat, licet a S. Congregatione requisitus Archiepiscopus, ut de ea referret, silet omnino. Hinc nullam esse illius oppidi specialem consuetudinem cognoscitur, ideoque secundum juris communis dispositionem dirimendam esse controversiam. Factum tantummodo affert de infanti Gentilucci, quem Parochus Casini, haud reclamante Parochio Mariotti, tumulavit in Parochiali sepulchro,

quamvis ejus familia gentilitiam haberet sepulturam in Ecclesia *S.* Martini. Præ oculis in primis habendum, Parochi onus esse sepeliendi in Parochiali Ecclesia eos, qui intra suæ Paræciæ fines decedant, etiamsi alibi habeant sepulchrum; quando ad illud deferri non valeant. Puerulum illum igitur Parochus Casini sepelire debebat, ne inhumatus remaneret. Videant EE. Patres, utrum ex hoc unico facto inducta dici valeat consuetudo contra jus ad quam adstruendam requiritur diuturnitas temporis, et frequentia actuum, et utrum saltem hoc idem factum Parochi Casini, ipsius instantiæ insuperabile opponat impedimentum.

Si defuncta Monialis in Gentilitio sepulchro humanda judicetur, tunc inquirendum erit utrum alteri Parocho S. Martini intra cujus Paræciæ limites decessit debeatur quarta funeralis, et quæ sit canonica portio ei debita, quum Parochus ille emolumentorum restitutionem petat in genere. Ut hoc decerni jure valeat considerare oportet, quod quarta funeralis, seu canonica portio sit a jure canonico inducta ob Sacramenta, quæ suis Parochianis Parochus administrat, et ideo illi de jure debetur *Cap. Nos instituta* 1., *Cap. relatum* 2 *Cap. De his* 4. *et Cap. Cum super* 8. *de Sepult. et Clementina dudum eodem*, hinc Parocho S. Martini jus in omni casu retinendi quartam funeralem competere videtur. Verum præscriptione potest Parochus hoc jus amittere, ut nihil ei solvatur; requiritur vero præscriptio longissimi temporis, seu inducta per spatium quadraginta annorum, Barbos. *De officio et potest. Parochi part.* 3. *Cap. XXV. num.* 16. In quanam quantitate sit hæc prætinienda incertum est. Potest enim esse vel medietas, vel tertia emolumentorum pars, vel etiam quarta. hæc enim omnia sub generali veniunt nomine quartæ funeralis, ac proinde circa quantitatem, consuetudinem locorum attendendam esse docet Reiffenstuel in *jus Canonicum universum tom.* 3. *tit.* 28. *num.* 47. Ad hanc sæpe S. Concilii Congregatio se retulit præsertim vero in *Pharaonen.* 15. *Julii* 1698. *in respons. ad* 12. *et in Maceraten.* 18. *Junii* 1699. Quod si nulla habeatur consuetudo tunc sola quarta pars Emolumentorum Parochia-

chiali Ecclesiæ debetur *Reiffenstuel. loc. cit.* Altera quæstio excitari poterit, utrum restitui debeat Veronicæ Cadaver, ut majorum sepulchro tumuletur. Hoc quoque inter Parochi jura enumerat Sac. hæc Congregat. in *Callien. seu Urbinaten. Juris tumulandi* die 30? *Augusti* 1817. *ad II. Dub.* ideoque saltem implicite id petiisse videtur Parochus SS. Gregorii, et Valentini.

Dubia proponuntur.

I. *An, et cui ex duobus Parochis, jus erat sepeliendi in casu etc.*

Et quatenus affirmative favore Parochi Casini.

II. *An, et in qua quantitate sit locus restitutioni emolumentorum in casu etc.*

III. *An sit locus exhumationi, et restitutioni Cadaveris in casu etc.*

CAVEN. Pertinet hæc causa ad *folium Congregationis habitæ die 2. Maii elapsi anni* 1818., in quo facti speciem, rationumque momenta exposuit Emus Ercolani elucubratissimo voto suo. Ad quartum tamen dubium = *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum et in qua summa in casu etc.* = responsum dederunt EE. PP. = *Dilata, et scribatur Episcopo juxta mentem* = qui nimirum cogeret Sacerdotem Genovesi, ad reddendam rationem, tum reddituum perceptorum, tum expensarum factarum etiam per notulam juratam. Hanc transmisit Antistes, in qua juramento suo affirmat Sacerdos Genovesi, inspectis libris ad fiduciam pertinentibus introitus, et exitus, ab anno nempe 1804., quo fiduciæ administratio sibi a Catharina Punzi fuit concredita ad integrum usque annum 1817., quo exeunte preces dedit SSmo, introitum fuisse Ducatorum 1491. 76. exitum vero ducatorum 1472. 18. Ducata namque *octingenta quinquaginta duo* impensa fuere in celebrationem Missarum *quatuor millium sexaginta trium* juxta Testatricis piam voluntatem. Alia Ducata *novem, et octoginta supra centum* erogata fuere ob administrationem Legati pii. Consumpta in lites, et transactiones fuerunt ducata quadrigenta triginta, et caroleni 51. cum dimidio. Hic tamen animadvertere præstat, dum primum causa fuit proposita exposuisse Sacerdotem Genovesi, impensa ob lites fuisse ducata duo supra quatuor centum, nunc vero ex jura-

Sess. 32. C. 9. De Reform.

rata notula, quam exhibuit, apparere præter tunc enunciata erogata ob lites fuisse alia Ducata triginta circiter, quorum viginti Romæ impendit dum causa sub Sacræ Congregationis erat judicio; alia vero decem Jurisconsulto dedit, qui suam præbuit operam favore fiduciæ.

Nulla potest oriri quæstio de ducatis 852. in Missarum celebrationem impensis, ut exequtioni demandaretur Catharinæ pia voluntas; Sed ne quaestio quidem super ducatis 189. pro administratione erogatis, etenim etiam id juxta Testatricis voluntatem erat, quæ ob administrationis expensas annua ducata 14. reliquit; cumque administrationem gesserit Genovesi per annos 13. et menses 6. a die scilicet prima Julii an. 1804. ad integrum usque mensem Decembris anni 1817. rite conflatur ex annuis ducatis 14. summa ducatorum 189. Controversia potius excitari posset quoad litium expensas, quæ in Legati jacturam vergunt ex pacto in Transactionibus inito quod deleri nequiret quin omnia subverterentur huc usque conventa, approbata, et firmata a SS.mo juxta resolutionem a S. Congregatione editam die 2. Maii 1818.

Videant tamen EE. VV. utrum concedenda sit absolutio pro Ducatis tantum 400. de quibus meminit Genovesi, cum primum dedit supplicem libellum, an vero etiam pro aliis Ducatis triginta, quæ auxit dum juratam dedit notulam. Perpendant præterea quoad modum perficiendæ reductionis utrum methodus servanda sit ab Emo Relatore proposita, ut nimirum quidquid superest ex annuis ducatis centum quadraginta duobus quotannis, et in perpetuum erogandum sit in aliarum Missarum celebrationem. Auctum enim asserit Sacerdos, confirmatque Episcopus capitale, quæ omnia fusius noscent EE. PP. ex memorato folio diei 2. Maii 1818. quod reassumere precor. Demum ex hac rationum redditione patet introitum superasse exitum in ducatis 18. 57. ½ ceu ipsemet Sacerdos piæ Voluntatis exequutor exposuit, quæ una cum alia summa forsan jam exacta se erogaturum dixit in Missarum celebrationem juxta votum Testatricis.

Reproponitur itaque.

Dubium, *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione, quoad præteritum, et in qua Summa in casu etc.*

Die Sabathi 18. Decembris 1819. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

CIVITATIS CASTELLANÆ REDUCTIONIS, ET DISPENSATIONIS. = Nuper mihi exhibitus est supplex libellus ex parte Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Vallerani, in quo declaratur binam Missam quotidianam, cujus reductio petitur in *quarto dubio*, non esse Conventualem, sed per turnum celebrari tum a Canonicis, cum a Beneficiatis pro fundatoribus Rossetti, et Agostini. Eadem nunc reproponuntur dubia hujus causæ, quæ in præterita Congregatione proposita non fuit.

Sess. 22: Cap 4 et Sess. 24. Cap 15. de Reform

Dubia

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum, et præbendarum beneficialium in casu ec.*

Et quatenus negative in omnibus

II. *An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem præbendarum in casu ec.*

III. *An, et quomodo sit locus reductioni servitii Choralis in casu ec.*

IV. *An, et quomodo sit locus reductioni binæ Missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu ec.*

V. *An sit concedenda dispensatio erigendi Montem in casu ec.*

Dilata in omnibus, et audiatur R. C. A. Patrona.

CA-

Sess. 25. *Cap.* 13. *de Reform.*

CAMERINEN. SEPULTURÆ

Dubium

I. *An, et cui ex duobus Parochis jus erat sepeliendi in casu ec.*

Et quatenus affirmative favore Parochi Casini

II. *An, et in qua quantitate sit locus restitutioni emolumentorum in casu ec.*

III. *An sit locus exhumationi, et restitutioni cadaveris in casu ec.*

Ad I. Dub. Affirmative favore Casini Parochi SS. Gregorii, et Valentini.

Ad II. Affirmative excepta quanta funeris juxta consuetudinem Dioecesis.

Ad III. Affirmative.

Sess. 23. *Cap.* 9. *de Reform.*

CAVEN.

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum, et in qua summa in casu ec.

Affirmative pro summa ducatorum 621. juxta tamen votum Emi Relatoris.

Sess. 22. *Cap.* 6: *de Reform.*

FIRMANA EMPHITEUSIS. = In strenuo partium conflictu propositum fuit in Congregatione diei 21. Augusti proxime præteriti Dubium = *An sit locus rescissioni contractus, sive potius reductioni canonis ad æqualitatem, et in qua summa in casu ec.* = quod resolutum fuit rescripto = *Negative in omnibus* = Obtento novæ audientiæ beneficio a Colucciis, qui adversam experti fuerant fortunam, hæc dies dicta fuit ad

ad novam Causæ propositionem. Hinc Bartholomæus Cuccagni, qui victoriam reportaverat *Memoriale* distribuit pro reassumptione exhibitæ ea die defensionis, sed a Culucciis nihil mihi exhibitum est.

Precor Eminos Patres, ut dignentur reassumere folium *diei* 21. *Augusti* proxime præteriti, ut possint dirimere.

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu ec:

In Decisis.

TAURINEN. ABSOLUTIONIS, SUSPENSIONIS, ET REDUCTIONIS. Elucubratissimo Voto Eminus De Gregorio causæ hujusce speciem retulit, suamque sententiam aperuit super absolutione, suspensione, et reductione Missarum, quas implere tenebatur Capitulum, et Sacrarium Metropolitanæ Ecclesiæ Augustæ Taurinorum. Proposita hinc causa die 1. *Martii Anni* 1817., quarto dubio = *An, et quomodo sit locus suspensioni onerum Missarum impositarum super bonis applicatis Sacrario in casu etc.* responsum dedit sacer vester Consessus = *Affirmative juxta Votum Emi Relatoris ad annum tantum, et scribatur Vicario Capitulari, ut transmittat statum activum, et passivum Sacrarii, et distinctam notulam omnium onerum, quæ infixa erant bonis Confraternitatum eidem Sacrario addictis* = Cum hæc omnia transmiserit Capitulum cum voto Archiepiscopi efflagitans, ut petita concedatur suspensio, ad dirimendas hac super re controversias iterum rogatus est idem Eminus De Gregorio, ut dignaretur *rem perpendere et votum suum* aperire. Dum itaque Vos EE. PP. delego ad Votum, quod transcriptum est in calce hujus folii, ac precor, ut reassumere dignemini *folium* diei 1. Martii Anni 1817. rursus dubium deliberandum propono,

Sess. 25. *Cap.* 5. *de Reformat*

An, et quomodo sit locus suspensioni onerum Missarum

rum impositarum super bonis applicatis Sacrario in casu ec.

Affirmative juxta votum Emi Relatoris ad quinquennium tantum nisi prius aliter provideatur.

Sess. 25. Cap. 12. de Reform.

SPOLETANA JURIS TUMULANDI In Ecclesia Eremitarum S. Augustini Oppidi Montisfalci Spoletanæ Diœcesis Sepulchrum habet familia Pompili, in quo fere omnes ab anno 1747. decedentes conditi sunt. Defuncta Clara Pompili die 15. Aprilis 1818., de ea sepelienda excitata est quæstio inter Priorem Canonicorum S. Bartholomæi Parochum ejusdem gentis Pompili, et Ecclesiam S. Augustini. Conventum tamen est inter partes, ut S. hujus Congregationis exquireretur judicium; et interim, salvis cujuslibet juribus, ad Ecclesiam S. Bartholomæi deferretur Cadaver, ibique expleto funere religiose deponeretur.

Rogatus Episcopus, ut auditis Partibus referret, hæc habet = *Circa facti narrationem nulla quaestio inter Partes: Tota res est in jure. Hoc sibi proprium, et peculiare dicit Parochus Collegiatae: Alter conventus Parochus hoc ipsum jus Ecclesiae suae privative spectare contendit. Quae momenta, uni, quae alteri faveant, excipiunt duo restrictus facti, et juris a contendentibus porrecti, quos precibus adjungo.*

Non levem equidem, animi mei sensum aperiendo, agnosco quaestionem hanc. Hinc enim Parochus Conventus S. Augustini ad gentilitiam sepulchri electionem appellans, consuetudinem probat tumulandi quotquot de Familia Pompilia fere a saeculo decessere, uno excepto Canonico Thoma Pompilio, utpote Collegiatae Chori Servitio mancipato; illinc Collegiatae Parochus negat existentiam sepulchri gentis Pompilianae in Ecclesia S. Francisci; allegatam tumulandi consuetudinem ad singulares reducit electiones, et totus in Parocchiali jurisdictione est. Haec siquidem firmati pro ipso regu-

lam

tam privativae tumulationis Parochianorum, quos inter adnumeratur Familia Pompili, qui sine electione sive gentilitia, sive specifica supremum obeunt diem.

Ni fallor, Parochus Ecclesiæ S. Augustini gentilitiam Sepulchri existentiam minime probat, et tumulandi consuetudo valde debilitata videtur a peculiaribus nonnullis electionibus, prout eruitur ex ipsis allatis particulis. Si enim præexistebat jus tumulandæ hujus gentis, quid opus erat cudere specialem electionem? Hæc imo illud excludit, maxime contra allegantem, cum de cætero particulæ emortuales ad proprium redactæ commodum haud tanti facerent contra Parochum Collegiatæ. Hunc ergo manutenendum esse putarem in jure tumulandi præfatam Claram Pompilj, omnesque alios de ipsa gente absque specifica electione decedentes.

In folio, quod exhibuerunt PP. Augustiniani, putant ipsi favore eorum Ecclesiæ absolvendam esse quæstionem, quia in ipsa sepulchrum habet gens Pompilia, in quo jam ab anno 1717. omnes ex ea decedentes fuere tumulati, ut ex allatis particulis probatur, uno tantum excepto Canonico Thoma Pompili, qui utpote Collegiatæ adscriptus, addictusque illius Ecclesiæ servitio, in ea sepeliendus omnino erat. *Ugol. de Officio et Potest. Episcop. part.* 1. *Cap.* 17. S. Congregatio *in Tiburtina* 12. *Maii* 1688. *et in Callien, seu Urbinaten Juris tumulandi* 9. *Augusti* 1817.

Verum Canonici animadvertunt Ecclesiam Eremitarum S Augustini haudquaquam esse Parochiam Familiæ Pompili, quæ a propria Paræcia S. Bartholomæi Sacramenta suscipit in extremo vitæ discrimine, proindeque ex juris dispositione sequitur, ut Ecclesia Parochialis sepulchro donetur. Animadvertunt insuper, Gentem Pompiliam superiori ævo bona acquisivisse, et domum cujusdam familiæ Abbati Montisfalci existentis, sed per Instrumentum acquisitionis minime constare, quod Pompili acquisierint etiam sepulchrum. Hoc enim haudquaquam inhærere potest fundo, quia jus personale est, non reale, quodque alienari nequit inconsulta Ecclesiastica auctoritate. Addunt demum, omnes qui ex familia Pompili decessere, fuisse quidem sepultos in Ecclesia

S. Augustini, non quia sepulchrum ibi haberent gentilitium, ac familiare, sed tantum per judicationem, sive voluntariam electionem.

Jus sibi eligendi sepulchrum unicuique ex morituris Fidelibus liberum concesserunt arbitrium Ecclesiæ Canones. Non electa vero sepultura, statuerunt eam preferendam esse Ecclesiam, in qua extaret Majorum sepulchrum = *Statuimus*, ita in Cap. Nos de Sepult. *unumquemque in Majorum suorum sepulchris jacere, ut patriarcharum exitus docet*. Et cap. eod. in 6. *Is qui non electa sepultura decidit in ea qua majorum ipsius ab antiquo sepultura extitit, sepeliri debebit. dummodo absque periculo, ad ipsum valeat deportari.* Nomine majorum intelliguntur Pater, Avus, Proavus aliique de eadem linea recta venientes.

Hinc dicendum, videtur quod Clara Pompili, in eodem, in quo conditi sunt majores familiæ suæ sepulchro et ipsa deponi debeat. Ex allatis enim particulis eruitur, omnes e familia Pompili ab anno 1747. mortuos sepultos fuisse in uno, eodemque sepulchro jam in Ecclesia S. Augustini existenti, quin ulla unquam hac de re excitata fuerit quæstio.

At opponunt Canonici sepulchrum in Ecclesia S. Augustini existens non esse gentis Pompili, quia minime ab ipsa fuit constructum, sed propter judicationem omnes in eo depositi fuere, proprietas enim ad familiam Abbati spectabat, a qua ipsa bona quidem stabilia acquisivit, non vero jus sepulturæ.

Verum, quamvis proprietas sepulturæ absque superiori Ecclesiastica auctoritate acquiri non possit, utpote quid religiosum, et extra commercium sit; jus tamen, et usus sepulturæ, seu sepeliendi acquisibile est, ita ut qui illud acquisivit, in eo sepeliri possit, ac ceteros, ne ibi sepeliantur, prohibere. Sic desumitur ex *leg. 2. ff. de Usufruct.*; proindeque cum a pluribus annis jus acquisierit familia Pompili Sepulturæ, seu sepeliendi in Ecclesia S. Augustini; quidquid sit de proprietate sepulchri, videtur modo prohiberi non posse ut illius Familiæ cadavera in prædicta Ecclesia sepeliantur.

Observandum quoque est, quod non omnes ex gente Pompilia *per judicationem* in Ecclesia S. Augustini con-

conditi fuere; nam Joannes, Agnes, et Catarina Pompili in Sepulchro Majorum depositi fuerunt, quin in particula emortuaria quidquam *de adjudicatione* mentio facta fuerit.

Si Emi Patres quoad *primum dubium* in ea fuerint sententia, ut Claræ Pompili Cadaver tumulari deberet in Ecclesia PP. Augustinianorum, ubi gentilitium extat sepulchrum, tunc in *secundo Dubio* inquirendum erit, an sit locus exhumationi, et restitutioni emolumentorum ad Ecclesiam tumulantem spectantium, quemadmodum S. Congregatio decrevit in *Sorana Funerum 24. Aprilis* 1723., *et in Callien.*, *seu Urbinaten. Juris tumulandi* 9. *Augusti* 1817. præsertim in hoc casu, in quo salvis juribus utriusque partis facta est cadaveris tumulatio per modum provisionis in Ecclesia S. Bartholomæi.

Dubia proponuntur.

I. *An, et cujus favore constet de jure tumulandi Cadaver Claræ Pompili in casu etc.*

Et quatenus Affirmative favore PP. Augustinianorum.

II. *An sit locus exhumationi, et restitutioni Cadaveris, et emolumentorum ad Ecclesiam tumulantem spectantium in casu etc.*

Ad I. Affirmative favore Ecclesiæ S. Augustini.

Ad II. Affirmative in omnibus.

CIVITATIS CASTELLI PENSIONIS = Paræcialem Ecclesiam S. Laurentii di *Banco Lungo* Diœcesis Civitatis Castelli obtinuit Sacerdos Franciscus Giandomenichi cum onere annuæ pensionis *Sc.* 22. 50. favore Sacerdotis Sebastiani Moscatelli ejusdem Paræciæ Antecessoris. Elapso postea triennio preces obtulit SSmo, quibus tenuitatem redituum, earumque impotentiam substinendi onus impositæ pensionis incusans, ut ab ea liberaretur, exoravit. Ex decreto R. P. D. Audito- *Sess. 24. Cap. 13 de Reform.*

ris SSmi hæ preces S. huic Congregationi ablegatæ fuerunt cum clausula *de Aperitione Oris.*

Rogatus est super iis Episcopus, ut referret de annuo redditu Parœciæ per novissimum decennium comprehensis decimis, et incertis per peritum, et de singulis oneribus transmisso statu activo, et passivo. Hæc in ejus absentia Vicarius Generalis retulit = *Judicialiter electo in peritum Francisco Belei, hic, accedente suo juramento, retulit de statu, et redditibus dictæ Ecclesiæ, uti in adnexo Folio: ab eodem evincitur liberum Paraeciæ redditum quadraginta scutata minime superare, ideoque parochiale id beneficium pensionem tolerare non posse; ex quo factum est, ut jam ab initio dictus Giandomenichi, nunquam vero Beneficium ea fuerit gravatum .... Nec vero admittenda videtur exceptio a præfato Giandomenichi adducta, talem pensionem acceptasse ratius futurum, ut Parœciæ redditus in posterum illam possent substinere; quemadmodum neque æquitati consonum est jus, quod sibi assumit supramemoratus D. Sebastianus Moscatelli persequendi personam Giandomenichi, qui nihil proprii fere possidet; quoniam neque huic ignota erat conditio sui renunciatarii tunc temporis, quo Paraeciam ejus favore dimisit, ac proinde sibi cavere debebat; neque præfatus Giandomenichi, ut pote finitimus supramemoratæ Parochialis Ecclesiæ ignorare poterat statum, et qualitatem prædiorum, et reddituum ejusdem.*

Hisce espositis Vicarius Generalis votum suum, ut pote in re dubia, ac involuta non aperit, eamque omnem sapientissimo EE: PP. judicio relinquit.

Notissimæ sunt Canonum dispositiones quoad pensiones beneficiis imponendis. Notissimum præscriptum in Cap. 8. *de Præbend. Cap.* 7. *de Censib. et. Sess.* 24. *Cap.* 13. *De Reform. Tridentinæ Synodi*. Nec præterit quempiam, quidquid de pensionibus super parochialibus Beneficiis constitutum fuit *ab Innocentio XII. Edicto diei* 11. *Novembris* 1692. *et a Benedicto XIII. Constitutione Quanta Pastoribus.* Certum etiam est Apostolicæ Sedi ob supremam, qua gaudet in Ecclesiam universam potestatem liberam competere imponendi Pensiones supra quæcumque Beneficia facultatem, quemadmodum sentiunt *Fagnan. in Cap. Nisi*

14.

14. *et seq. de Praebend. et dignitat. Ventrig. in Praxi part.* 2. *annot.* 1. *num.* 8. aliique quamplurimi. Ac præterea hic agi non de jure quærendo, verum de jam quæsito: imposita enim pensione a legittima potestate favore Sacerdotis Moscatelli jus illico quæsitum est ad ipsius pensionis solutionem assequemdam uti videre etiam est apud S. Congregationem *in Ripana Pensionis* 13. *Februarii currentis anni*.

Quæstio igitur, quæ nunc institui debet, factum respicit, utrum nempe imposita Pensio Scut. 22. 50. favore Sacerdotis Moscatelli congruam actuali Parocho Giandomenichi sarctam, tectamque relinquat, vel potius graviter lædat.

Porro ex Vicarii Generalis Informatione, et ex jurata Relatione Periti ex Officio Deputati Annui redditus Paræciæ S. Laurentii in *Banco Lungo* comprehensis decimis, et incertis *di stola* ac oneribus ordinariis detractis summam 40. Scutorum non excedunt, ex qua summa, si annuam pensionem demas scut 22. 50. vix Parocho supererunt annua scuta 17. 50. quæ quidem parochialem congruam constituere nequeunt.

Verum hic animadvertendum est, statum Beneficiorum deduci ex decennii calculo, vel ante reservationem elapsi, vel per quinque post reservationem decursos, uti testantur *Piton. Discept. Ecclesiastic.* 132. *num.* 7. *Rota in Majoricen. Parochialis* 11. *Decembris* 1780. §. 5. *coram Soderino*; *et Sacr. Congregatio Reatina Pensionis* 15. *Decembris* 1804. In præsentiarum vero, licet a S. Congregatione requisitus, nullimode exhibitus fuit, status activus, et passivus Paræciæ per novissimum decennium: idque ex eo quod = *Avendo richiesto* (inquit in sua Relatione Peritus) *al Reverendo Sig. D. Francesco Giandomenichi i libri di Amministrazione, e Decimato per poterne estrarre le partite dell' ultimo Decennio, avendomi il Sig. D. Francesco asserito che non ha trovato in detta Parrocchiale, ed esso non ha tenuto mai libro di amministrazione, e che le Decime di Grano si pagano per antica composizione secondo la quantità delle Vaccine che si ritengono da Parrocchiani, mi feci carico di esaminare tutte, e singole rendite annuali delli Terreni etc.*

Exi-

Exiguus Paræciæ redditus vel ex eo etiam videtur posse deduci, uti animadvertit Vicarius Generalis, quod ab initió non Paræciale Beneficium, quod Pensionem tolerare non potest, sed ipse Parochus Giandomenichi fuit pensione gravatus, quo quidem in casu quid statui debeat videant EE. PP. quibus proponitur

Dubium

An sit delenda Pensio in casu etc.

Dilata non retardata solutione Pensionis, et scribatur Episcopo juxta mentem: Mens est, ut audiantur in scriptis Sacerdotes, Moscatelli, et Giandomenichi, etiam super obreptione, et subreptione, et transmittantur omnino status decennalis, et partitæ catastrales, nec non copia Bullæ collationis.

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

DERTHONEN ALIMENTORUM = De propriis bonis in testamento disponens Hieronymus Cattaneo, oppidanus Pontiscuroni Diœcesis Derthonensis, mandavit, ut Collegiale Capitulum institueretur in Ecclesia S. Mariæ in Cælum assumptæ dicti Oppidi, ex septem Canonicis compositum, quibus onus imposuit Choro quotidie statis horis interessendi, Missamque cum cantu celebrandi. Administrationem autem bonorum, quibus dos pro Capitulo constituebatur, penes eosdem Canonicos reliquit, sed jus eos nominandi dedit familiæ Cattaneo, et haeredibus ex legitimo Matrimonio procreatis ex linea recta primogeniali Masculina; quod quidem jus activum sublatis ex Gallicanis legibus primogenialibus juribus, omnes de familia Cattaneo sibi commune esse præsumunt. Ex hisce septem Canonicatibus, unus vacans est, ejusque fructus, qui deductis oneribus constituunt annuam summam scutorum viginti, inter reliquos Canonicos, servato distributionis ordine dividuntur. Petrus Hieronymus Cattaneo Orator, qui tanquam primogenitus ex linea contemplata descendens jurepatronatus gaudet, cum summa

sma laboret inopia, postulavit vacantis Beneficii fructus in causam sui, suæque Familiæ alimentorum percipere.

Rogatus Episcopus hæc retulit in sua Informatione = „ Ex assumptis informationibus, et audito Capitulo „ Collegiali prædicti Oppidi interesse habente; plane „ constat, bona septem Canonicatuum ut supra ere- „ ctorum divisa fuisse inter Canonicos pro simplici „ administratione, non alterata, seu mutata regula „ distributionum, proindeque bona Canonicatus, „ de quo agitur ad titulum Sancti Petri in vinculis a „ die quinta septembris anni 1816. vacantis, modo „ existere penes Capitulum pro administratione, ejus- „ que redditus distribui inter dominos Canonicos „ residentes, et onera adimplentes; redditum annu- „ um prædicti Canonicatus magna ex parte in bonis „ stabilibus consistentem comprehensis fructibus ex „ aliis juribus provenientibus conficere summam tota- „ lem *Scutorum triginta monetæ Romanæ*; onera autem „ prædicti Canonicatus præter residentiam Choralem „ prius quotidianam, modo vero ab aliquot annis „ attento exiguo numero quinque Canonicorum ad „ solos dies festivos, reductam ex dispensatione; con- „ sistere in celebratione Missæ Festivæ applicandæ per „ turnum, aliarum trium Missarum lectarum in Ec- „ clesia Parochiali Sancti Joannis Baptistæ dicti Oppi- „ di; Missæ hebdomadariæ sine applicatione hora de- „ terminata pro commodo Populi, in solutione libella- „ rum viginti quatuor Pedemontanæ monetæ titulo „ vectigalium, librarum quatuor similium pro ma- „ nutentione Ecclesiæ Sacrarii præter expensas non „ prævisas: pro quibus oneribus *sustinendis expensæ* „ *minores esse nequeunt Scutorum decem monetæ Ro-* „ *manæ*; Hinc consequitur redditum de nitido præfa- „ ti Canonicatus, qui ex mente Fundatoris in distri- „ butionem esset convertendus, consistere in *summa* „ *Scutorum viginti* prædictæ monetæ Romanæ. „

„ Certum est Dominum Oratorem Cattaneo gravi labo- „ rare indigentia, cui forsan ipse causam non „ dedit: Hinc Canonici Capituli Pontiscuroni jam ei „ condonaverunt Libellas centum monetæ Pedemon- „ tanæ, quas ille ipsis debebat. In hoc verum statu,

ne

„ ne mens, ac voluntas pii Testatoris defraudetur in „ voto essem, administrationem bonorum Canoni„ catus, de quibus agitur conservandam esse penes „ *Capitulum Oppidi Pontiscuronii*; titulo tamen subven„ tionis, et subsidii, seu alimentorom, quæ Patro„ nus de jure postulare potest, onerare posse Capitu„ lum præfatum *solvendam Oratori annuatim scuta „ decem monetæ Romanæ, seu Libellas quinquagin„ ta quatuor monetæ* Pedemontanæ quolibet semestri.

Patrono, ejusque descendentibus, qui ad inopiam redacti sunt, ex Canonica benignitate succurrendum esse traditum est in *Can. quicumque* 30. *quæst.* 7. *Caus.* 16. = *Quicumque Fidelium propria devotione de Facultatibus suis aliquid Ecclesiæ contulerit, si forte ipsi, vel filii earum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant* = et in *Can. Nobis* 25. *de jurepatr. Si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste succurratur, sicut in Sacris Canonibus est institutum.*

Favet Oratori hœc benigna Canonici juris dispositio. Ipse enim est Primogenitus ex linea a Fundatore contemplata, ita ut dubitari nequeat ad ipsum spectare Juspatronatus, etiam si juxta Gallicas leges fideicommissaria jura evanuerint. Siquidem hic quæstio non est inter Patronos quoad jus, et modum nominandi, sed tantum inquirenda est qualitas patronalis quæ certo certius Oratori convenit ex Testatoris voluntate. Aliud vero extremum nimirum paupertatis, probatur ex Episcopi Informatione, qui ait eum *gravi laborare indigentia*. Hinc illi succurrendum videtur ex redditibus vacantis Canonicatus, ut sæpe definivit S. Congregatio et præsertim *in Nullius S. Michaelis de Clusa* 2. *Decembris* 1775. *et in Aretina Suspensionis Nominationis* 14. *Junii* 1817.

At tenues adeo sunt vacantis Beneficii redditus, qui deductis oneribus annuam tantum summam scutorum viginti constituunt, ut nequeant impleri ipsius Beneficii onera, et ex ejus redditibus aliquid decerpere in patroni subsidium. Sequitur inde, ut aut rejicienda sit Oratoris instantia, aut sit suspendenda ad Canonicatum nominatio; quæ quidem suspensio majorem secumfert difficultatem.

Rur-

Rursus si ageretur de simplici Beneficio, facile quoad substantiam adimpleretur Fundatoris voluntas, si satisfactis prius omnibus oneribus, quod ex redditibus superesset indigenti Patrono tribueretur, suspensa etiam interim nominatione. At in casu de quo agitur, impletis licet oneribus quoad Missas, aliaque suffragia a testatore præscripta, semper minueretur unus ex Canonicis, quibus Fundator onus Choro interveniendi imposuit; atque ita dici posset in hac parte petitam gratiam voluntatis commutationem secumferre.

At vero novum non est, ut etiam Canonicalis Præbendæ suspendatur ad certum tempus collatio, vel ut ex redditibus suppleatur ipsius Ecclesiæ indigentiæ, vel etiam ut succurratur Patronorum inopiæ. Ita decrevit S. Congregatio in *Asculana* 18. *Septembris* 1773.

Dubium proponitur

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda suspensio vacantis Canonicatus in casu etc.

Non proposita cum sequen.

ASSISIEN. REÆDIFICATIONIS Fatiscentem Collegiatam, ac unicam Parochialem Ecclesiam S. Mariæ Oppidi Bictonii reædificare cupiens illius Capitulum postulavit a SSmo, ut suspenderetur vacantis archipresbyteralis præbendæ collatio, annui redditus scutorum supra biscentum; ac spopondit ex capitulari massa aliquod pro viribus afferre subsidium ad operis implementum, cujus necessaria expensa a Perito ab Episcopo deputato evehebatur ad scuta 6548. *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

Ex Summi Pontificis rescripto diei 13. Novembris 1802. concessa est petita suspensio ad sexennium, et con-

stitutum ex massa communi contributum in annuis scutis 150. utque unus ex Canonicis ab Episcopo adprobando animarum curam tanquam Oeconomus exerceret cum annuo emolumento Scutorum 40.

Jam fervebat opus cum statim innotuit imparia omnino esse superius exposita media, cumque aliter suppleri nequiret, Sacra Congregatio die 2. Junii 1804. faculatem indulsit erogandi in fabricam scuta 880., quæ, ex emptorum emulatione habuerat Capitulum ex fundo *Venturelle* de licentia S. Congregationis vendito, quorum tamen ab Oratoribus pollicita redintegratio præscripta fuit in annuis scutis 50. post expletam fabricam investiendis in Bonis stabilibus. Verum fabricæ moles cum ad fornicem usque perducta tegi nequiret ex pecuniæ defectu rursus petiit Capitulum, ut sibi erogare liceret alia scuta 620., retracta ex venditione super enunciata bonorum stabilium ad Collegiatam spectantium, cujus summæ redintegrationem expleta fabrica pollicebatur: At S. Congrgatio ne Capitulum ulterius alieno gravaretur ære, id prius non expedire rescripsit die 18. Junii 1807. Sed novis instauratis precibus petitam facultatem concessit die 21. Novembris ejusdem anni apposita conditione, ut expleta fabrica non amplius annua scuta 50. deponerentur, sed septuaginta in erogatarum summarum redintegrationem.

Dum fere ad fastigium surrexerat ædificium tot curas, tot dispendia unico veluti ictu obruit hostilis Pontificiæ ditionis invasio. Ne dum enim dirempta est pecunia, quam Canonici in Ecclesiæ fabricam cumulaverant; sed præterea Archipresbyteratus, cæteraque Ecclesiæ bona sibi *Demanium* usurpavit, atque hinc fabrica per plures annos imperfecta jacuit. Restitutis tamen Deo favente rebus iterum Canonici S. Congregationem efflagitarunt ut vacantis Archipresbyteralis præbendæ nedum prorogaretur suspensio, sed præterea ne quinque vacantes Canonicatus conferrentur, quorum redditus annuentibus patronis jam erogati fuerant ad fabricam perficiendam. Super novis his Capituli precibus Episcopi informationem, et votum exquisivi, ut auditis Capitulo, et Compatronis referret de impensa adhuc necessaria ad perficiendam Fabricam per

Peri-

Peritum ex officio, de fideli erogatione redditunm, quoad præteritum in causam fabricæ ad formam Rescriptorum 13. *Novembris* 1802. *et* 2. *Junii* 1804. et de annuo reddditu præbendarum vacantium, et oneribus, utrum Chori servitium detrimentum esset passurum, transmisso statu activo, et passivo parœciæ, et vacantium canonicatuum.

Suæ Informationi univit Episcopus consensum trium Patronorum, qui trium Canonicatuum, et Capituli, qui Archipresbyteratus suspensioni annuebant, adjunxit peritiam, ex qua constat adhuc necessaria esse scuta 4492. 39. 1, ut fabrica ad exitum perducatur. Status activus desumptus ex vacantibus Archibresbyteratu, Canonicatibus, et ex Massa communi annua scuta 525. suppeditat; detractis vero oneribus Missarum, vectigalium, Oeconomi Curati in summa scutorum 166. supersunt libera quolibet anno scuta 359. status activus fabricæ incipiens a die indulti a S. Congregatione concessi conflatus a suspensione Archipresbyteralis congruæ, vacatione quinque Canonicatuum, fidelium oblationibus, Massa communi, et erogatione summæ præceptæ ex venditis bonis ut supra memini summam exhibet scutorum 4826. 99. 1.

Ex his patet percepta huc usque fuisse scut. 4826. 1. erogata vero 9782., ex quo factum est ut fabrica ære alieno gravetur in scutis 4955. et obolis 85., quibus addenda sunt alia scuta 4492. 39. ½ quæ Peritus necessaria ducit ad fabricæ complementum. Post ostensam hisce documentis fidelem redditnum erogationem, fabricæque statum, hæc addebat Assisiensis Antistes.
= Postulavistis (EE. PP.) tandem an detrimentum sit
= passurum Chori servitium, et certe hoc non rite
= fieri poterit; sed cum non habeantur presbyteri ido-
= nei, qui ob adeo tenues præbendas Canonicales
= concurrant, et expostulent easdem vacantes ser-
= vitium hoc neque ex hoc capite haberi cer-
= te poterit. Denique ut jussistis EE. PP. sensum
= animi mei aperiendo putarem precibus Canonico-
= rum, si Vobis placet, annui posse, et *primo* iis-
= dem concedi posse sanationem quoad præteritum ob
= erogatas præbendas vacatas pro fabrica licet aliquo
= ex tempore cessaverit facultas impetrata cum reapse

= fructus præbendarum, tum Canonicatuum, tum
= Arcipreturæ in fabricam fideliter Canonici erogave-
= rint: Secundo. Iisdem concedi posse confirmatio-
= nem suspensionis collationis tum Arcipreturæ, tum
= vacantium Canonicatuum usque ad aliquod com-
= plementum Ecclesiæ. Imo non solum concedi pos-
= se Oratoribus putarem: Sed enixe etiam rogo, ut
= saltem aliquo pacto Ecclesiæ fabrica prosequatur,
= donec Ecclesia ipsa, si non ornata, si non comple-
= ta totaliter, possint tamen eadem uti Canonici pro Ec-
= clesiasticis officiis.

Verum cum ex hac informatione non satis constaret quomodo averti posset detrimentum choralis servitii admissa suspensione præbendarum vacantium, nec quo auctorante suspensa fuisset præbendarum collatio, quotque essent actu Choro inservientes Canonici; his omnibus in nova informatione ita satisfecit laudatus Præsul.

= Alias a me petitis declarationes nempe 1. *ut referam*
= *quot sint Canonici inservientes*, et dico esse in præ-
= sentiarum quatuor tantum. 2. *quot sint præbendæ*
= *vacantes Canonicatuum*; et dico ultra Archipresby-
= teratum sex fore Canonicales præbendas vacantes. 3.
= *Quare, et qua auctoritate suspensa sit earum colla-*
= *tio*, et respondeo cum excepto Archipresbyteratu,
= qui per concursum conferri debet habens adnexam
= curam animarum; præbendæ Canonicatuum sint
= adeo tenues ut non reddant nisi triginta quinque
= scuta annua, ob hanc causam nullum omnino ne-
= que ex diœcesanis presbyteris, neque extra com-
= paruisse pro obtinendis hujusmodi præbendis, et
= cum Collegiata constet Massa communi, neque præ-
= bendas distinctas habeant Canonici, et Archipres-
= byter, idcirco vacantibus præbendis jam Massæ com-
= muni incorporatis seu commixistis usos esse Cano-
= nicos pro expensis fabricæ. 4. *Quomodo provisum*
= *erit Chorali Officiaturæ, et prosequutioni usque ad*
= *complentum fabricæ*, et respondeo quatuor ut dixi
= esse Canonicos, qui cum careant propria Ecclesia
= in Ecclesia PP. Conventualium horas Canonicas,
= aliasque functiones persolvunt vera concordia una
= cum tribus Religiosis Sacerdotibus Conventualibus.

Ea

= Ea quæ a me petistis eo quo potui modo explanata, qui-
= bus addo ; et humiliter exposco, ut sanationem quo-
= ad præteritum, et facultatem erogandi fructus præ-
= bendarum vacantium in prosecutione fabricæ con-
= cedere, si vobis placet, dictis Canonicis dignemini,
= quemadmodum in aliis supracitatis meis litteris de
= Mense Decembri enixe, humiliterque expostulavi.

Ecclesias fatiscentes reparari, ac reædificari ex ipsius Ecclesiæ redditibus satuitur *in Can.* 1. *et* 2. *c.* 10. *q.* 3. et a Concilio Tridentino *Sess.* 21. *de Reform. cap.* 7. Ecclesiæ redditibus deficientibus, vel insufficientibus ad reparationem, vel reædificationem concurrere debent Ecclesiæ rectores ex text. *in Cap.* 1. *et cap.* 4. *de Eccl. ædificat.*, in horum subsidium primum tenentur Patroni, deinde Parochiani, ut statuit Concilium Tridentinum *loc. cit.* Videtur in themate huc usque servatam fuisse hanc methodum a Sacris Canonibus præscriptam.

Etenim pro ædificatione Ecclesiæ de qua est quæstio, ut ex relata facti specie constat, erogati sunt aliqui Ecclesiæ ipsius redditus, his adjuncti sunt Canonicorum proventus, et Parochianorum eleemosynæ ; apparet præterea hæc omnia subsidia, quæ hactenus summam efformarunt scut. 4826. 99. 1. non sufficere, cum expensa fuerint scuta 9782. 94. ½. et adhuc ad fabricæ complementum requirantur alia scuta 4492. 59. ½. Videant igitur EE.PP. quid consilii capiendum sit; utrum jam incæptum suspendere opus, vel illud ad exitum perducere. Non alia suppetere media dicunt Canonici, et confirmat Episcopus nisi suspensio præbendarum vacantium, quas ob tenuitatem redituum nemo optat, pro hac patroni suum præstant assensum, atque hæc methodus non aliena est a Sac. Congregationis praxi : hæc enim dum media ordinaria deficiunt solet extraordinaria adhibere, interque recensuit suspensionem vacantium beneficiorum, ut videlicet impletis oneribus superextantes redditus in fabricam Ecclesiæ erogentur. Ita decrevit *in Senogallien. Fabricæ Ecclesiæ* 20. Februarii 1796. *ad II. dubium* ubi duorum Canonicatuum suspensionem prorogavit, et tertii de novo concessit ; ita etiam in *Camerinen. suspensionis* 20. *Novembris* 1802., *et in Ferentina reædificationis Ecclesiæ* 25. *Maii* 1805.

Ob-

Obstare quidem in themate posset Choralis servitii detrimentum, sed perpendendum erit utrum urgente necessitate, et in parvo oppido satis sit provisum ex officiatura, quæ a superextantibus Canonicis *vera concordia* ut ajebat Episcopus, fit cum PP. Conventualibus. Quatenus autem, et Archipresbyteratus prorogationi suspensionis, et vacantium novæ concessioni assentiri velint Emi Patres, tunc modum, ac tempus indulti præfinire necesse erit.

Reliquum est ut de sanatione reddituum tum Archipresbyteralis congruæ, cum vacantium Canonicatuum ratio habeatur. Nequit enim sine Apostolica venia legatum pium in aliud pium opus converti, atque etiam in melius commutari, ex notissima *Extrav. ambitiosæ de rebus Eccl. non alienan.*, et ex *Clem. quia contigit de Relig. domib.* ex quo sequitur fructibus præbendarum Canonicorum substentationi relictis, ac redditibus Archipresbyteratus, cujus suspensionis jam expiraverat Indultum nequivisse Canonicos sine Apostolico beneplacito uti pro fabrica Ecclesiæ. Cum tamen hæc justa causa sit ut superius exposui, cur præbendæ suspendantur; videant EE. PP. utrum huc usque indebite erogatis præbendarum fructibus suprema possit auctoritate mederi, et sanatio concedi, quam etiam Episcopus efflagitat, cum hujusmodi fructus *in fabricam Ecclesiæ Canonici fideliter erogaverint*, ut in ejus litteris superius relatis affirmat.

Dubia itaque sunt.

I. *An, et quomodo, et ad quod tempus sit locus suspensioni quinque vacantium Canonicatuum, et prorogationi alterius jam concessæ Archipresbyteralis congruæ in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione, et sanatione quoad præteritum in Casu etc.*

VO-

VOTUM

EMINENTISSIMI DE GREGORIO

Postulante ob insufficientiam redditnumCapituloTaurinensis Metropolitanæ Ecclesiæ Missarum reductionem, quatuor sub dubiis, Emi Patres, judicio vestro proposita fuit ejus Instantia in Congregatione *diei* 1.*Martii* 1817.; Horum tria dimisistis juxta meam sententiam panditam in *Voto* a me, Vobis exquirentibus, prolato, ad quod in *Folio* illius Congregationis inscriptum Vos delego ne iterum repetam, quæ jam definita fuere. *Quartum* vero *Dubium* respiciebat suspensionem tantum earum Missarum, quæ infixæ erant super bonis ad quatuor Sodalitates suppressas pertinentibus, et applicatis pro Massa Sacrarii, et Capellæ Cantorum ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Augustæ Taurinorum. Concedendam esse ego censui suspensionem harum Missarum, eatenus duraturam, quatenus bona prædicta applicata manerent pro Massa dicti Sacrarii, aut eidem alio modo provisum esset, et dummodo per singulos dies *Octavæ Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum* fieret Sacrum solemne applicandum in satisfactionem omnium onerum Missarum, quibus supposita sunt bona addicta Massæ Sacrarii. Hanc sententiam ita Vobis amplecti placuit, ut ad annum tantum suspensio onerum cohiberetur, et interea Vicarius Capitularis certiores Vos faceret ad exploratius de re ferendum judicium, de rationibus accepti, et expensi Massæ Sacrarii, et de oneribus, quæ bona Confraternitatum gravabant. Itaque IV. DUBIO = *An et quomodo sit locus suspensioni onerum Missarum impositarum super bonis applicatis Sacrario* = Rescriptum fuit = *Affirmative juxta Votum Emi Relatoris ad Annum tantum et scribatur Vicario Capitulari, ut transmittat statum Activum, et passivum Sacrarii, et distinctam notulam omnium onerum, quæ infixa erant bonis Confraternitatum eidem Sacrario addictis.*

Qui interea institutus fuit Archiepiscopus Augustæ Tauri-

rino-

rinorum omnia (de quibus Sede vacante rogatus fuerat Vicarius Generalis) diligentissime præstitit in *sua Informatione*, quæ ad me delata fuit, ut ea perpenderem, et iterum Votum meum patefacerem.

Ad trutinam primum revocavi rationes annui accepti, et expensi, sive *statum activum*, *et passivum* Massæ Sacrarii.

STATUS ACTIVUS constat ex annuis scutis *bismille septingentum triginta septem*, *et obulis septuaginta septem*. Scilicet ex antiqua Massa, quæ ante publicarum rerum discrimina pertingebat ad scuta *decem millia*, vix nunc residua sunt frustula, sive annua *scuta* 51. 48., nempe *unus Census* annui fructus *scut.* 18. 48., et annuum legatum Caroccio *scut.* 33. Reliqua *scuta* 2686. 29. percipiuntur ex bonis Confraternitatum, quæ Sacrario addicta fuerunt, quæque ex Censibus, domibusque constituuntur.

STATUS PASSIVUS calculatur in Scutis *tribus millibus septingentum triginta septem*, *et obulis quinque*, et præterea omissæ fuerunt expensæ *extraordinariæ*, quæ identidem pro conservatione dictorum bonorum requiruntur. *Ordinariæ*, vero in dicto STATU PASSIVO adnotatæ erogantur partim in oneribus, quibus bona subiiciuntur; partim in expensis pro Sacrario, et Capella Cantorum. Una mecum EE. PP. recenseant, quæ quantaque sint onera, expensæque hujusmodi.

ONERA scilicet quibus subiiciuntur bona sunt = *vectigalia* super domibus ad annua scuta 403. ascendunt = *luminaria*, quæ ad januas scalasque Domorum manuteneri debent, pro quibus necessario impensa est Scutorum 45. = *Reparationes* domorum, quarum expensa ex pluribus annis cumulata repartitur annuatim in *Scutis* 320. 40. *Fructus censuum* passivorum, pro quibus repræsentanda sunt annua Scuta 427. 25. QUATUOR SUBSIDIA DOTALIA, quæ distribuuntur quotannis *in Scutis* 33. pro singulo subsidio, quæque requirunt *annua scuta* 132. Hæc onera fundis adnexa complexive sumpta summam attingunt *Scutorum* 1327. 65.

EXPENSÆ Sacrarii, et Capellæ Cantorum pro adimplendis oneribus, in decreto concessionis horum Confra-

fra-

fraternitatum bonorum impositis sunt in *sc.* 2409. 40. Pro *Sacrario* necessaria sunt annua *scuta* 1652. 20. scilicet stipendium trium *Vice-Parochorum* quibus singulis dantur annua *Scuta centum* in tot. *scuta* 300. Sacrista percipit annua *Scuta* 140. Tribus Clericis pro servitio Sacrarii dantur singulis menstrua *Scuta sex* complexive annua *Scuta* 216. Pro *Cera*, *Oleo*, *Vino*, *igne*, *et Sacrarum Supellectilium* manutentione impenduntur annua *Scuta* 996. 20. *PRO CAPELLA CANTORUM* impenduntur *Scuta* 757. 20. scilicet *Organistæ*, *et Sex Cantoribus* dantur annua *scuta* 337. 20. *quinque Choristis Scuta* 420. primo annua *Scut. Centum*, quatuor reliquis *Scuta octoginta*.

Ex his patet, quod Status activus Scutorum 2737. 77. superatur a passivo, qui ad *sc.* 3737. 5. ascendit in *annuis scutis* 999. 28. Patet rursus quod *Status Activus* augeri non potest, ita ut collibretur cum longe superiori *statu passivo*. Nam fructus Censuum accrescere non possunt, nisi voluntate Debitorum restitutæ sortes in majus investimentum erogentur, id quod incertum est, an, et quando evenire possit. Pensiones vero Domorum, quæ generatim ad summum jam pervenere, amplius augeri non posse videntur.

Ex statu vero passivo nulla diminutio conjectura prævideri potest quoad onera bonis infixa, immo pro communi rerum, temporumque conditione potius augmentum. Aliquod fortasse resecari posset ab expensis Sacrarii, et Capellæ Cantorum. Verum quot, quantæque sint imminutiones hujusmodi, numquam extendi poterunt ad annua *scuta* 999. 28. quibus *status Activus* superat passivum. Quod si hoc etiam obtineri posset semper eo res redit, ut æquatis rationibus inter annuum acceptum, expensumque, nihil superesset pro implendis Missarum oneribus.

Hæc siquidem juxta notulam ab Archiepiscopo transmissam ascendunt ad numerum 6518., quibus gravata sunt bona Sodalitatum adscripta Massæ Sacrarii Quatuor sunt Confraternitates hujusmodi.

SSmæ Trinitatis cujus bona, quæ existunt applicata, ut supra habent onus 634. Missarum ex Legatis.

Spiritus Sancti cui incumbunt Legata *in numero* 5215.

Adnotat Archiepiscopus, redditus hujus Archiconfraternitatis tanti non esse deductis necessariis impensis ut pares sint eleemosynis pro hoc Missarum numero necessariis.

Sanctæ Crucis gravatur oneribus Legatorum *in numero* 466.

SSmæ Annunciatæ quæ nullo gravatur Missarum onere, sed præstare debet Censum annum *scutorum* 13. 80., Rectori Ecclesiæ *S. Mariæ Angelorum Taurini* qui census calculatur in statu passivo Sacrarii, et praeterea habet onus reparationis dictæ Ecclesiæ, quæ impensa utpote extraordinaria relata non est in statu passivo supradescripto.

Alia quoque adsunt onera nempe *Missarum* 220., *et scutorum* 30. 80. pro Novendialibus ante diem Festum *Divi Francisci Salesii*, quæ descripta non fuere inter superius recensita onera, propterea quod habebant fundum in Locis Montis S. Joannis Baptistæ, qui Taurini extabat, et suppressus fuit a cessato Gubernio, nec umquam postea redintegratus.

Quæ cum ita se habeant, si Massa Sacrarii idonea nequidem est ferendis oneribus, et expensis, quæ pro Sacrario, et Capella Cantorum sunt necessaria; haudscio, qui modus inveniri possit, ut portio aliqua pro implendis Missarum oneribus separetur, et in investimentum erogetur, ut tractu temporis fundus pro Missarum eleemosyna constituatur. Quapropter ex noviter deductis eo magis indulgendum censerem prout in præcedenti meo Voto pandidi, ut suspensio onerum Missarum concedatur donec bona Confraternitatum Massæ Sacrarii applicata maneant, vel aliter eidem Sacrarii Massæ provisum sit.

Hanc tamen qualemcumque sententiam meam sapientiori EE. VV. judicio subjiciens, vobis manus humillime deosculor.

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in S. Congreg. Concilii anno 1819. propositis.

---

gitime suppresserat *in Florentina, seu Fesulana* 8. *Maii ad I. Dub.*

Nec non impertiendam esse *absolutionem*, et sanationem perceptorum fructuum solutis scutis centum quinquaginta in piis operibus erogandis, quoad scuta quinquaginta arbitrio Archiep. Florentini, quoad reliqua centum arbitrio Episcopi Fesulani, in quorum Diœcesibus præfatæ Commendæ existebant. *Ib. ad V. Dub.*

Absentia, Vide *Canonicus*, *Servitium Chori*.

Cum constitisset prædium *Panajola* non esse dotem capellaniæ ecclesiasticæ, cujus nulli reperti sunt patroni sed tantum obnoxium esse relicto pio missarum, Sacra Congregatio recedendum esse autumavit a decisis sub *die* 21. *Septembris* 1816., quibus *Alienationem* illius fundi a possessoribus factam reprobaverat, volueratque, ut Episcopus præfixo congruo tempore Patronis ad præsentandum, eoque elapso ipse nominaret jure devoluto, nec non ut omnibus juris, et facti remediis cogeret possessores fundi ad illum tradendum Capellano nominando, reservato tamen iisdem possessoribus jure pro restitutione pretii contra quos, et quatenus de jure, ac moneientur omnes contrahentes, ut consulerent conscientiæ suæ, quoad præteritum. Attamen ab his omnibus recedens eadem Sacra Congregatio mandavit, ut fundus *Panajola*, pro quantitate scutorum quingentum hypothecæ subjiceretur pro celebratione missarum ad formam fundationis facta ad hunc effectum legali inscriptione. *In Callien.* 18. *Septembris*.

Alienationem trium censuum, nonullarum domunicularum, et bonorum Legati missarum Pedruzzi spectantium ad parochialem Ecclesiam S. Mariæ Nosciani Fanensis Diœcesis fieri concessit S. Congregatio servatis de jure servandis, et facto verbo cum SSmo ob necessitatem reædificationis illius Parochialis Ecclesiæ *in Fanen. Reædificationis* 18. *Septembris ad II. Dub.*

Non esse locum *Aperitioni* Oris definivit Sac. Congregatio super litteris Pontificiis obtentis a Brigitta Gabrielli, ut hab litteretur ad subsidium dotale conferendum ab Archiconfraternitate S. Catharinæ Senensis in Urbe erecta, ceu descendens a Bisava Senensi licet extra Urbem moraretur, cum nihil illa verum reticuerit, aut falsum narraverit *in Romana Subsidii Dotalis* 18. *Septembris ad I. Dub.*

C

Constare *de Caducitate* relicti Prælatitii incursa a Vincentio Landucci ob initum conjugium, qui dispensatus a SSmo fuerat a suscipiendo Sacerdotio, minime vero a servando cælibatu, definivit S. Congregatio *in Romana* 13. *Februarii ad I. Dub.*

Vide *Nominatio*.

Canon Emphyteuticus, vide *Emphyteusis*.

Antequam decerneret Sacra Congregatio utrum litteræ impetrationis *Canonicatus* Collegiatæ S. Nicolai Meldulæ contra Antonium Vangelli qui matrimonium inierat, obtentæ a Joanne Grammatica essent dandæ exequutioni, ac utrum post vendita bona *Canonicatus* ab invasoribus Gallis pensio illius Ecclesiæ Canonicis persoluta redditibus esset subrogata, et a quo tempore hæc persolvenda esset Sacerdoti Grammatica proviso *de Canonicatu* per litteras Apostolicas, eadem Sacra Congregatio scribendum esse censuit Ordinario pro nova informatione, ut referret magis precise de redditu *Canonicatuum*, et de quantitate bonorum, ab administratione generali restitutorum *in Nullius Foropompilii* 18. *Septembris ad I. II., et III. Dub.*

Declarandos esse jussit Sacra Congregatio, servatis servandis, irregulares *Canonicos* collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Burgo Civitellæ (exceptis Archypresbytero, et canonicis Personali, et Golfarelli) aliosque presbyteros, qui publice celebrarunt post incursam suspensionem a Brictinoriensi Episcopo in exequutionem Resolutionum Sacræ Congregationis *diei* 16. *Martii* 1816., *et* 12. *Junii* 1817. latam, nisi missam celebrarent per turnum, ad Auroram, et Meridiem, eosdemque relegandos esse decrevit in conventu Regularium strictioris observantiæ ad dispositionem Sac. Congregationis *in Brictinorien. Collegiatæ* 16. *Januar. ad I. Dub.*

Contra alios vero *Canonicos*, et presbyteros ejusdem loci, qui in fraudem prælati decreti suspensionis ab oppido Civitellæ discesserant, ad vicinas paræcias se conferentes, post præfixum eisdem terminum ad redeundum in loco domicilii manda-

vit eadem Sac. Congregatio, ab Episcopo procedendum esse contra contumaces ad formam SS. Canonum, redeuntibus vero imponendam esse aliquam salutarem Pœnitentiam arbitrio ejusdem Episcopi. *Ib. ad II. Dub.*

Exequutioni demum resolutionum Sac.Congregationis providendum esse censuit ab Emo Præfecto facto verbo cum SSmo. *Ibid. ad III. Dub.*

Capellanias sub invocatione S. Caroli, et sub titulo S. Francisci jurispatronatus tum activi cum passivi familiæ Cecconi, cum non constaret, erectas fuisse auctoritate ordinarii, vel unquam capellanis datam fuisse canonicam institutionem, non esse ecclesiasticas, sed laicales respondit Sac. Congregatio *in Nullius Sublacen.* 31. *Julii ad I. Dub.*

Capellaniam vero sub titulo S. Dominici jurispatronatus ejusdem familiæ Cecconi esse ecclesiasticam dixit, quia ex enunciativis sacrarum Visitationum, et ex ultimo statu canonicæ institutionis apparebat ceu beneficium ecclesiasticum, licet inveniri non potuisset fundationis instrumentum. *Ib. ad II. Dub.*

Ac proinde Sacerdoti Carolo Cecconi, qui iis capellaniis fruebatur vi jurispatronatus tum activi, cum passivi postulanti, an, et quomodo de illarum incompatibilitate constaret cum *Canonicatu*, quod possidet in Collegiata Sublacensi *oppidi Trevi* respondit Sac. Congregatio, quoad primam S. Caroli, et secundam S Francisci, tum ob tenuitatem reddituum, tum ob defectum erectionis auctoritate Ordinarii, et quia non erant sub eodem tecto non esse incompatibiles, quoad tertiam vero sub titulo S. Dominici, respondit pariter negative, sed juxta modum, si nempe non sit erecta in eadem Ecclesia Collegiata S. Viti *ib. ad III. Dub.*

Et consequenter cum præfatus Cecconi petivisset dispensationem illas omnes cum *Canonicatu* retinendi, quatenus de earum incompatibilitate constaret, consulendum esse SSmo censuit Sac. Congregatio, quatenus capellania S. Dominici sit erecta sub eodem tecto canonicatus ab Oratore possessi *ib. ad IV. Dub.*

Sacerdotem Andream Zoppini, quamvis canonicum in Collegiata S. Viti Senogalliensis diœcesis nominari posse ad vacantem *capellaniam* Zoppini, ad quam vocabatur a fundatore cum non constaret de illius incompatibilitate cum *canonicatu*, tum quia deerant tabulæ erectionis, ex quibus erui posset qualitas Ecclesiastica, tum quia sub eodem tecto cum canonicatu erat per modum tantum provisionis ob præteritas vicissitudines respondit Sacra Congregatio *in Senogallien. Incompatibilitatis* 21. *Augusti ad I. Dub.*

Ac præterea declaravit non esse incompatibilia onera *canonicatus* cum oneribus *capellaniæ* Zoppini *ib. ad II. Dub.*

Canonicatus quoad reliqua, vide *Institutio, Theologalis Præbenda*.

Cum nec valor, nec redditus fundorum sufficerent pro impensa necessariis ad extructionem capellæ in Ecclesia S. Mariæ Rosarii Oppidi *Vici* Alatrinæ Diœcesis, ubi adimpleri debebat *Capellania* a fundatrice præscripta sub invocatione SS. Marthæ, et Magdalenæ, censuit Sac. Congregatio ad extructionem prædictam non esse cogendam familiam Tomeucci patronam, sed tantum ad erectionem Iconis SS. Martæ, et Magdalenæ in alterutra *capella* Priverni existenti jurispatronatus ejusdem familiæ eligenda ab Episcopo Privernensi, ad quas *Capellaniæ* implementum transferri jam indulserat Sac. Congregatio justis de causis *in II. Dub.*; præcepit tamen, ut quotannis una missa celebraretur in festo S. Marthæ, et altera in festo S. Mariæ Magdalenæ facto verbo cum SSmo *in Alatrina Translationis, et Permutationis* 31. *Julii ad III. Dub.*

Congregationi Illyricorum, quæ ex resolutione Sac. Congregationis diei 7. Martii elapsi anni investire debebat scuta 459. in frugiferum caput, pro erectione *Capellaniarum* Giannini, ob impotentiam illa solvendi postulanti facultatem, seipsam constituendi debitricem præfatæ summæ soluto annuo fructu erogando in celebrationem missarum una cum fructu LL. MM., in decisis standum esse respondit Sac. Congregatio juxta modum, nempe facta obligatione in forma juris valida per Capitulum, seu Congregationem Ecclesiæ Illyricorum ad successores etiam extendenda (attenta utilitate acceptationis hæreditatis Giannini) quotannis celebrandi ad formam fundationis Giannini tot missas ad eleemosynam obulorum viginti, quot fructus percipi possent ad rationem scutorum quatuor in singula centum ex capitali scutorum 459., nec non obligatis omnibus, et quibuscumque redditibus a singulis Canonicis ab Ecclesia quomodocumque percipiendis in casu deficientiæ, donec erigantur *capellaniæ* Giannini, pro facultate conficiendi multiplicum

ex capitali fructifero ex bimestribus LL. MM. a Rev. Camera Apostolica non solutis efformato, et ex scutis 15. ab Ecclesiæ redditibus addendis quolibet anno, donec conficiatur capitale scutorum 674. comprehenso capitali cum Rev. Camera ut supra, pro *capellaniis* investiendum, suspensis interim missis, quæ ex fructibus scutorum 215. celebrandæ essent. *In Romana 16. Februarii.*

Esse locum nominationi ab Abbati Commendatario Ecclesiæ Divi Laurentii faciendæ ad geminam *capellaniam* Semprebeni juxta normam fundationis, ita tamen, ut uterque *capellanus*, prout Emus Abbas proposuerat, debitum præstaret servitium non abatiali, sed cathedrali Ecclesiæ S. Severini juxta definitionem S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, ac subsequentem consuetudinem censuit Sac. Congregatio *in Sancti Severini Capellaniarum 13. Februarii. et 8. Maji.*

Ac proinde non obstare Litteras Apostolicas in forma Brevis, utpote obreptitias, et subreptitias, quibus a S. Memoria Pii VI. concessum fuerat, ut hæ *Capellaniæ*, quæ antea Abbatis liberæ collationis erant, mensæ Monasticæ Cisterciensium copularentur. *Ibid.*

Supplicationem favore Xaverii Grisei pueri septennis *ad capellaniam* Collaterali a Patronis nominati sub conditione futuræ dispensationis super defectu ætatis relaxandam esse, cum de linea esset a fundatore contemplata, *capellania* non esset qualitatis Sacerdotalis, ipsique patruus Thomas a lite recedens sua jura cesserit; quia obstaret oppositio Sacerdotis Septimii Capeci, qui de linea non erat a fundatore prædilecta, Sac. Congregatio pro voto requisita a Dataria Apostolica respondit *in Firmana Beneficii 13. Februarii ad I. Dub.*

Ac proinde favore ejusdem Xaverii Grisei, non autem Sacerdotis Capeci dandam esse institutionem ad præfatam *capellaniam* respondendum esse duxit. *Ib. ad II. Dub.*

Standum esse decrevit S. Congregatio in decisis sub *die 15. Septembris præteriti anni*, ubi definiverat dandam esse institutionem *Capellaniæ* Scipioni Sacerdoti Rioli præscriptos a Fundatrice caractheres habentis, non autem manutenendam familiam Rioli in possessione, quam sibi usurpaverat bonorum *Capellaniæ* præfatæ; præscripsit tamen, ut Sacerdos Constantinus resideret in oppido Pinnæ ad formam fundationis, voluitque ut bona hæreditaria Annæ Scipioni fundatricis inscriberentur in Catastro nomine *Capellaniæ*, fratresque Rioli monuit, ut consulerent conscientiæ suæ *in Firmana Immissionis 27. Martii.*

Vide *Institutio.*

Ob nimiam reddituum tenuitatem, nec non onera missarum, choralisque servitii in cathedrali Ecclesia Urbisveteris obeundi, quibus gravabantur viginti quatuor primæ erectionis *Capellani* reductionem sex *Capellaniarum* ex actu vacantibus, et primo vacaturis concessit S. Congregatio, suppressarumque redditus applicavit, satisfactis prius missarum oneribus favore superextantium capellanorum, qui diligentiores in chori servitio, et obeundis muneribus ab Episcopo in suo voto expositis se præberent *in Urbevetana Reductionis, et Applicationis 6. Martii ad I. Dub.*

Cum vero talis non esset eorumdem *Capellanorum* inopia, ut suaderet ipsorum favore suppressionem sodalitii S. Mariæ *della Stella* in Oratorio Cathedrali adjacenti erecti, ac reddituum applicationem, ex qua exiguum, dumtaxat augmentum percipere poterant, eam non expedire decrevit Sacra Congregatio *ibid. ad II. Dub.*

Iisdemque de causis non esse concedendam, permanente Sodalitio iisdem *Capellanis* administrationem reddituum, custodiam Sacrarii, implementum Missarum, ac superextantium reddituum applicationem, ut Episcopus proposuerat existimavit eadem Sac. Congregatio *ib. ad III. Dub.*

Vide *reductio*, *Servitium* Chori.

Esse locum repetitioni capitalis constituentis dotem *Capellaniarum* Lucciana ab Exequutore testamentario apud familiam de Fieschis ita collocatam, ut nec census juxta Constitutionem S. Pii V. *Cum Onus*, nec *Cambium* verum haberetur, sed tantum *Cambium* fictum, ac siccum decrevit Sac. Congregatio, voluitque ut investiretur, vel in bonis stabilibus, vel in *Censibus* ad formam præfatæ Constitutionis Sancti Pii V. juxta Leges fundationis *in Adjacen. 27. Martii ad I. Dub.*

Capellanis vero, quibus a fundatione præscripta fuerat duarum missarum in hebdomada celebratio ad altare SSmi Cruci-

amittere decrevit *Distributiones* pro tertia parte redditum respondente diebus, et horis absentiæ *ibid. in X., et XI. Dub.*

Canonico Pœnitentiario ejusdem Ecclesiæ cathedralis Anagninæ absenti ad confessiones sacramentales excipiendas non deberi distributiones provenientes ex emolumentis funeralibus exequiarum, anniversariorum, processionibus, et Litaniis ad formam earumdem constitutionum capitularium, licet adesset contraria Juris dispositio respondit Sac. Congregatio *ibid. ad XII. Dub.*

Ob defectum justæ causæ, et ob aliarum puellarum præjudicium non esse locum constitutioni *Dotis* subsidiariæ favore Margharitæ Filonardi licet pauperi, et fundatoris suasidiorum *Dotalium* consanguineæ decrevit Sac. Congregatio *in Verulana subsidiorum Dotalium* 8. *Maii ad I., et II. Dub.*

Ob easdem causas novum cumulum subsidiorum *Dotalium* Elisabeth Scandelloni nobili, pauperi, et descendenti ex linea prædilecta a fundatore, (cui jam ob has peculiares rationes cumulum concesserat Sac. Congregatio die 9. Septembris anni 1815.) denegavit, dum in decisis sub ea die standum esse statuit *in Veliterna subsidiorum Dotalium* 12. *Junii.*

Non constare de nullitate resolutionis Confraternitatis S. Catharinæ Senensis in Urbe erectæ, qua collata fuit *Dos* Birgittæ Gabrielli respondit Sac. Congregatio tum, quia litteræ Apostolicæ habilitationis ad consequendum subsidium *Dotale* obtentæ a Birgitta obreptitie, et subreptitie non erant, tum quia parochus Gabrielli illius germanus frater (qui tamen a ferendo suffragio favore Sororis sese abstinuit) non voluntarie, sed jussus a Superioribus Confraternitatis interfuit resolutioni *in Romana Subsidii Dotalis* 18. *Septembris ad II. Dub.*

E

Fatiscentem, ac nimis angustam parochialem *Ecclesiam* S. Mariæ Nosciani noviter ædificandi facultatem illius parocho Vincentio Monti facto verbo cum SSmo concessit Sac. Congregatio juxta votum Episcopi approbans deficientibus ordinariis media extraordinaria, nimirum venditionem trium censuum, nonullarum domuncularum, et bonorum legati missarum Pedruzzi *in Fanen. Reædificationis* 18. *Septembris ad I. Dub.*

In excitata controversia inter Capitulum Collegiatæ *Ecclesiæ* Oppidi Paleani, et Administratores Patrimonii Columnæ, ad quem nimirum de jure pertineret onus reparandi eam Ecclesiam collegiatam cum a capitulo in sui defensionem post exaratum folium D. Secretarii, ac tantum paucos dies ante resolutionem exhibita fuerint jura, Sac. Congregatio, ut maturius procederet definitionem distulit quoad jus, et titulum utriusque partis; sed quia *Ecclesia* sollicita indigebat reparatione, et ex capituli allegatione constabat ex tercentorum annorum consuetudine Ecclesiam reparatam fuisse a familia Columna, etiam post protestationes ab hac emissas, voluit ut interim non retardaretur reparatio sumptibus hujus Patrimonii *in Prænestina Restaurationis Ecclesiæ Collegiatæ* 18. *Septembris.*

Cum ex præscriptione constaret favore PP. S. Augustini degentium in oppido Montis Falci de bono jure tumulandi cadaver Claræ Pompili, non autem favore parochi collegiatæ Ecclesiæ ejusdem loci ab hoc PP. Augustinianis reddenda esse *emolumenta* funeralia decrevit Sac. Congregatio *in Spoletana Juris tumulandi* 18. *Decembris ad II. Dub.*

Nec non cum constitisset de bono jure favore parochi Casini collegiatæ Ecclesiæ SS. Gregorii, et Valentini sepelliendi in sepulchro gentilitio Monialem Veronicam Massi extra claustra defunctam, illi reddenda esse præcepit a parocho alterius Collegiatæ S. Martini *emolumenta* funeralia excepta quarta funeris in quantitate juxta consuetudinem loci; *in Camerinen. Sepulturæ* 18. *Decembris ad II. Dub.*

Antequam responderet Sacra Congregatio utrum esset locus sanationi contractus *emphyteutis* perpetuæ bonorum beneficii S. Martini initæ sine beneplacito Apostolico, hujusque concessioni scribendum esse voluit Archiepiscopo ad mentem, ut scilicet curaret perpetuam *emphyteusim* reduci ad tertiam generationem tantum, et per *emphyteutam* assumi omnia onera imposita, et imponenda, quæ ex annuo canone demenda esse conventum fuerat, facta etiam, si necessaria esset aliqua canonis diminutione, ac prætérea referret an in peritia transmissa facta fuisset detractio onerum *in Vercellen. Emphyteusis* 6. *Martii ad I. Dub.*

Cum vero in intuerit ex Archiepiscopi informatione utiliorem beneficio S. Martini ob peculiares circumstantias fore *Emphyteusim* perpetuam, quam ad tertiam generationem pro sanatione contractus, ac concessione beneplaciti Apostolici SSmo consulendum esse censuit, stipulato tamen novo instrumento, demptis articulis secundo, et tertio, quorum loco pactum adjicendum esse voluit Sac. Congregatio, ut canon conventus in *Luigi* viginti quatuor liber ab omnibus oneribus impositis, et imponendis esse deberet, insertis in dicto instrumento mappa, et descriptione confinium, et cum solitis clausulis *in eadem Vercellen. 3. Julii.*

Hieronymo Colucci, qui ex causa vigesimæ, et sextæ annuum canonem *Emphyteuticum* scutorum quadraginta duorum auxerat ad scuta quinquaginta septem, et obolos quadraginta quinque, quavis ob qualemcumque eventum reductione, interposito jurejurando, seclusa, rescissionem contractus *Emphyteusis* denegavit Sac. Congregatio, cum non constaret de læsione tempore stipulationis, *in Firmana Emphyteusis 21. Augusti. et 18. Decembris*

Atque ob easdem causas quamcumque canonis reductionem denegavit *ibid.*

I

Attenta præsertim remissione SSmi Sacræ Congregationi intra quadrimestre patronis præfinitum ad præsentandum, concedendum esse censuit Sac. Congregatio clerico Josepho Bindangoli Bini *Indultum* assequendi legatum pium Giorgetti ad formam nominationis, et celebrandi missas per alium sacerdotem *in Assisien. Legati Pii Missarum 18. Septembris ad I. Dub.*

Cum nec obreptitium, nec subreptitium fuisset *Indultum* die 8. Augusti a Sac. Congregatione concessum pro suspensione collationis secundæ capellaniæ a Pio Bianchi fundatæ, et erogatione fructuum favore Infantis Joannis Dominici Tomei, donec ad canonicam ætatem annorum 14. pervenire, in qua deliberare posset, de clericali militia suscipienda, qui deficiente linea Galluzzi ad capellaniam vocabatur, illud sustineri dixit Sac. Congregatio *in Verulana Capellaniæ 12. Junii ad I. Dub.*

Indultum Jubilationis Ludovico Favini canonico Piscien si, qui licet explevisset 40. annos chorals servitii, attamen per 8. annos inservierat, ut canonicus honorarius, quo tempore nullo servitio obstringebatur, denegavit Sac. Congregatio, quamquam ille canonicus honorarius teneatur Bullas expedire, fidei professionem emittere, solemnem capere possessionem *in Piscien. Jubilationis 3. Julii.*

Indultum, quoad authensiam, vide *Absolutio.*

Institutionem ad Canonicatum simul, et Capellaniam Rotondi fundatam in Collegiata Ecclesia *Mareni* dandam esse Felici Quatrario a tribus patronis tempore habili nominato, non vero Francisco Ruzza ab uno tantum patrono post elapsum quadrimestre præsentato definivit Sac. Congregatio *in Albanen. Canonicatus, et Capellaniæ 16. Januarii.*

Declarandos esse voluit Sac. Congregatio ab Episcopo Brictinoriensi servatis servandis *Irregulares* exceptis tamen archipresbytero, et canonicis Personali, et Golfarelli, reliquos canonicos, aliosque presbyteros collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Burgo Civitellæ, qui publice celebrarunt post incursam suspensionem ab eodem Episcopo in exequutionem resolutionum Sac. Congregationis diei *16. Martii 1816., et 12. Julii 1817.* latam nisi missam per turnum celebrerent ad auroram, et meridiem, eosdemque relegandos esse decrevit in conventu Regularium Strictioris Observantiæ ad dispositionem Sac. Congregationis *in Brictinorien. Collegiatæ 15. Januarii ad I. Dub.*

Attenta morum emendatione, paupertate, et septuagenaria ætate sacerdotis Bianco, prævio recessu a Decisis sub die 26. Aprilis anni 1817. in secunda parte Dubii, consulendum esse SSmo censuit Sac. Congregatio, pro gratia rehabilitationis ad SS. Ordines, et dispensationis ab *Irregularitate* ab illo contracta ob susceptionem, et exercitium SS. Ordinum, dum pluribus erat innodatus censuris, quarum absolutionem tantum in prima dubii parte concedendam esse duxerat; injunxit ta-

men pœnitentiam exercitiorum spiritualium loco, ac tempore Arbitrio Episcopi designandis *in Lycien. Irregularitatis* 20. *Novembris*.

Itemque prævio recessu a decisis sub *die* 20. *Decembris anni* 1817. attenta continuatione emendationis morum consulendum esse SSmo autumavit, pro dispensatione ab *Irregularitate* contracta a Sacerdote Vincentio Zolli non quidem ex Infamia juris ob nullitatem sententiæ, utpote latæ a laica potestate, sed ex infamia facti propter detrusionem in carceres ob gravem suspicionem complicitatis homicidii, præcepit tamen, ut perageret exercitia spiritualia, loco, et tempore arbitrio Emi Archiepiscopi designandis, voluitque, ut ad occisi patriam non accederet, saltem donec reportaret remissionem a fratribus ejusdem occisi *in Beneventana Irregularitatis* 13. *Februarii*.

Cum nec ex consuetudine, nec ex Jure Canonico; nec ex Breve delegationis probaretur *Judici* Pro-Synodali Joanni Baptistæ Gandolfo, tamquam delegato Apostolico in causa sibi commissa a SSmo jus competere eligendi, et adhibendi notarium laicalem posthabito cancellario curiæ Archiepiscopalis, hinc Sac. Congregatio decrevit adhibendum esse ab eo Cancellarium curiæ Ecclesiasticæ *in Januen Juris eligendi et adhibendi Notarii* 31. *Julii*.

Constare *de Jurepatronatus* passivo ad capellaniam S. Joannis Evangelistæ sacerdotis Simonis Revelli, utpote de familia, et gente Revelli, quæ etiam activo ad eamdem *Jurepatronatus* absque ullo dubio fruebatur, ac proinde ipsi dandam esse ad illam *Institutionem* confirmavit Sac. Congregatio, dum in decisis quoad tertium dubium sub die 17. *Septembris* elapsi anni standum esse decrevit *in Albiganen*. 18. *Septembris ad III. Dub*.

Juspatronatus activum beneficii sub titulo S. Dulcissimæ a fundatore relictum Josephe Zappettoni, ejusque agnationi in infinitum, cum esset agnatitium, et jure accrescendi integre coaluerit in ultima de agnatione dulcissima Santucci, quæ illud legavit Josepho Falcinelli, tamquam consanguineo proximiori Fundatoris, et de beneficio, ob factas non exiguas bonorum reparationes optime merito ad eumdem Falcinellium integre pertinere juxta votum D. Secretarii Sac. Congregatio post pluries dilatam resolutionem *die* 20. *Maii anni* 1818., 6. *Martii*, 8. *Maii et* 31. *Julii* hujus anni definivit *in Sutrina Jurispatronatus* 20. *Novembris*.

Ac proinde ad Vincentium Moroni secundum virum Dulcissimæ illud non spectare statuit, cum *Juripatronatus*, ad quod jus habere potuisset ob qualitatem hæredis universalis Dulcissimæ, renunciaverit, ne uxoris voluntati contradiceret, quæ illud legavit Falcinellio, *ibid*.

Nullum vero jus ad illud competere dixit hæredibus primi viri præfatæ Dulcissimæ nempe Caroli Mariotti, cui contemplatione ineundi cum Dulcissima matrimonii, nulliter donata fuerat medietas *Jurispatronatus*, quæ venditionis speciem habens, cum inter correspectivas, ac onerosas conditiones recenseretur, Simoniaca erat *ibid*.

Cumque morte Dulcissimæ *Juspatronatus* illud utpote agnatitium, extincta agnatione in extraneos transeat ex Ecclesiæ benignitate, nisi aliter a fundatore cautum sit, liberæ hinc collationis Ordinarii non evasisse beneficium præfatum juxta votum D. Secretarii censuit *ibid*.

Tandem nullum jus competere Dominicæ Donatini uxori Francisci Santucci fratris Dulcissimæ, et matri alterius Francisci sibi præmortuorum, sed ob hanc agnatorum mortem integre in Dulcissima, ceu ultima ex agnatis coaluisse, quæ postea illud Falcinellio legavit, respondit Sac. Congregatio juxta Votum D. Secretarii, *ibid*.

Cum Ordo Hyerosolimitanus ob factam a laica potestate in præterita rerum omnium perturbatione abolitionem Commendarum anno 1808., nondum posset sua jura exercere in Hetruria provisoriam tantum administrationem bonorum commendarum, tum S. Severi in diœcesi Florentina, tum S. Euphrosini in diœcesi Fesulana *Jurispatronatus* Masculorum familiæ Canigiani concedendam esse censuit Sac. Congregatio facto verbo cum SSmo unicæ feminæ superstiti ejusdem familiæ, impletis tamen omnibus oneribus ad formam fundationum, et salvis juribus S. Ordinis, atque cum onere, quod ad hæc certiorandi hæredes juxta votum ejusdem S. Ordinis *in Florentina*, *seu Fesulana* 8. *Maii ad I Dub*.

Eidemque feminæ universali hæredi patrimonii Canigiani concedendam esse duxit perceptionem bonorum præfatæ geminæ Commendæ cum conditionibus ut in primo

gatio dispensationem erigendi *montem* pietatis a fundatoribus præscriptum pro manutentione fabricarum, cum his providere expositum fuerit Rev. Cameram Apostolicam ceu patronam, hanc audiendam esse duxit *in Civitatis Castellanæ Reauctionis, et Dispensationis* 18. *Decembris ad V. Dub.*

N

Constare de legittima *nominatione* favore Comitis Jacobi Piccolomini Primicerii Metropolitanæ Ecclesiæ Senensis peracta a Sac. Rota ad relictum prælatitium Amadori propter caducitatem incursam ob initum Conjugium absque SSmi dispensatione a Francisco Landucci, qui a Sacerdotio tantum suscipiendo fuerat dispensatus, definivit Sacta Congregatio *in Romana* 13. *Februarii ad II. Dub.*

Ac proinde fructus relicti prælitii deberi Primicerio Piccolomini a die *nominationis*. *Ibid. ad III. Dub.*

Vide *Caducitas.*

Nec non constare de legitima *nominatione* favore Sacerdotis Simonis Revelli ad capellaniam S. Joannis Evangelistæ a majori parte patronorum ejusdem familiæ facta intra quadrimestre dissentiente licet minori parte, iterum definivit Sac. Congregatio, dum in decisis quoad *primum dub.* sub *die* 19. *Septembris* elapsi anni standum esse respondit *in Albinganen. Capellaniæ* 18. *Septembris ad I. Dub.*

Hinc cum etiam legitima adfuisset ejusdem Sacerdotis Revelli præsentatio, non esse amplius locum novæ *nominationi* confirmavit *ibid. ad II. Dub.*

Non substineri definivit Sac. Congregatio *nominationem* ad secundam capellaniam Bianchi factam cum antidata a patrono Andrea Galluzzi favore clerici Joannis Lauri pauperis postquam suum præbuerat assensum, ut capellania suspenderetur a SSmo favore pueri Joannis Dominici Tomei, qui ad illam vocabatur a fundatore deficiente linea Galluzzi, *in Verulana Capellaniæ* 12. *Junii ad II. Dub.*

Ac proinde cum substineretur indultum jam concessum a Sac. Congregatione pro suspensione collationis præfatæ capellaniæ, et erogatione redditum favore pueri Tomei, jam provisum esse respondit, postulatis utrum scilicet locus esset novæ *nominationi*, et quibus, et quomodo competeret jus *nominandi*, et cui esset dando institutio. *Ib. ad III. Dub.*

Attenta præsertim remissione SSmi Sacræ Congregationi intra quadrimestre patronis præfinitum ad præsentandum, concedendum esse censuit Sac. Congregatio Clerico Iosepho Bindangoli Bini indultum assequendi legatum pium Giorgetti, et celebrandi per alium missas ad formam *nominationis* a bisavo factæ ante expletum quadrimestræ sub conditione, obtinendæ dispensationis *in Assisen. Legati Pii Missarum* 18. *Septembris ad I. Dub.*

Ac proinde non esse servandam alteram *nominationem*, mortuo bisavo Clerici Bindangoli Bini, factam ab aliis patronis successoribus favore canonici Aloysii Mazzichi *ibid. ad II. Dub.*

Nominatio, quoad reliqua, vide *Capellania, Capellanus, Institutio, Patronus.*

Judici Pro-Synodali Joanni Baptistæ Gandolfo tamquam delegato Apostolico in causa sibi commissa a SSmo non competere jus eligendi, et adhibendi *Notarium* laicum posthabito cancellario curiæ Archiepiscopalis censuit Sac. Congregatio, cum tale jus nec ex consuetudine, nec ex jure canonico, nec ex delegationis Breve probaretur *in Januen. Juris eligendi, et adhibendi Notarium* 31. *Julii.*

O

Non constare de nullitate Sacrorum *Ordinum* Diaconatus, et Subdiaconatus susceptorum ab Ascanio Siani definivit Sac. Congregatio, nedum ob plura vitia contra Benedicti XIV. Constitutionem *si datam*, quæ reperiebantur in processu Potentiæ confecto, sed etiam quia non probabatur metus, et vis absoluta, et directa, sed tantum conditionalis, et causativa. *In Potentina Nullitatis Sacrorum Ordinum* 16. *Januarii ad I. Dub.*

Adeoque ob defectum, tum intrinsecæ, tum extrinsecæ rationabilis causæ eadem Sac. Congregatio negavit consulendum esse SSmo pro dispensatione voti continentiæ Sacris *Ordinibus* adnexi *Ibid. ad II. Dub.*

P

Possessores canonicatus S. Pii V. ab hoc Pontifice erecti in Comaclensi cathedrali assignatione quattæ partis fructuum archipresbyteralium, ut cum *Parocho*, seu archipresbytero eidem cathedrali deservirent, et adnexa onera supportarent juxta providam ordinationem ab Episcopo faciendam, teneri iterum definivit Sac. Congregatio ad coadjuvandum archipresbyterum in cura animarum juxta eam providam Episcopi ordinationem, dum canonico Samaritani actuali illius canonicatus possessori reclamanti standum esse in decisis sub *die* 11. *Julii* elapsi anni respondit *in Comaclen.* 6. *Martii*.

Omnia bona esse obstricta pro manutentione trium *parochiarum*, et congrua trium *parochorum* jurispatronatus geminæ commendæ in diœcesibus Florentina, et Fesulana existentibus, reservatæ favore masculorum familiæ Canigiani, definivit Sac. Congregatio, quæ illorum administrationem, et fructuum perceptionem provisorie tantum concedendam esse putavit unicæ superstiti illius familiæ, donec sacer Ordo Hyerosolymitanus, qui sua jura in Hetruria exercere nondum poterat, ibi redintegraretur *in Florentina*, *seu Fesulana* 8. *Maii ad IV. Dub.*

Vide *Juspatronatus*.

Archipresbyterum Gambetti ad residentiam in *parochiali* Ecclesia Sancti Petri in Cultu prope oppidum Mercatini, translatam pluribus ab hinc annis ab antecessoribus ad Ecclesiam S. Antonii oppidi Talamelli absque apostolica auctoritate, a qua litteræ collationis *paræciæ* semper expeditæ sunt pro Ecclesia præfata S. Petri in Cultu, iterum coegit Sac. Congregatio, dum post dilatam *die* 18. *Septembris* hujus anni resolutionem standum esse in primo loco decisis scilicet *sub die* 30. *Augusti* 1817., ubi fuerat archipresbyter ad residentiam adactus, non autem standum esse in secundo loco decisis *sub die* 2. *Maii* 1818., quibus fuerat a residentiæ onere solutus, definivit *in Feretrana Residentiæ, et Dismembrationis* 20. *Novembris ad I. Dub.*

Ac proinde locum non esse dismembrationi *paræciæ* utriusque oppidi, et modo constituendæ congruæ novo parocho, cujus saltem deputationem postulabant Mercatinenses in Ecclesia S. Petri declaravit eadem Sac. Congregatio *ibidem ad II., et III. Dub.*

Ob defectum legitimæ causæ, ac ob dissensum, tum *parochi*, tum *parochianorum* partis superioris, seu incolarum *di Revigozzo* non esse sanandam censuit Sac. Congregatio factam ab Episcopo Stephano Fallot de Beaumont translationem *paræciæ* ab Ecclesia S. Michelis *di Revigozzo* ad Ecclesiam S. Joannis *di Bettola* in inferiori montium parte positam, sed *parochiam* redintegrandam esse decrevit in antiqua Ecclesia S. Michaelis, ubi existebat usque a sæculo IX. *in Placentina Paræciæ* 20. *Novembris ad I., et II. Dub.*

Priusquam vero decerneret, an esset locus dismembrationi ab Ecclesia S. Michaelis, et respectivæ novæ erectioni *paræciæ* in Ecclesia S. Joannis, et quomodo providendum esset congruæ doti novæ *paræciæ* vel potius deputationi capellani curati novo Episcopo scribendum esse duxit, qui auditis *parocho*, et *parochianis* in scriptis distincte referret, de vera necessitate, vel erigendæ novæ *paræciæ*, vel deputandi capellanum curatum, et de congrua assignanda in uno, alterove casu *ibid. ad III. IV., et V. Dub.*

Ob magnum populi numerum, viarumque difficultatem accedendi ad *parochialem* Ecclesiam oppidi Massineani hujus dismembrationem, novæque *paræciæ* erectionem extra oppidum in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia antequam concederet, ac media proposita pro novi *parochi* congrua approbaret, exquirendam esse censuit Sac. Congregatio novam informationem ab Emo Archiepiscopo *in Firmana Erectionis paræciæ* 3. *Julii ad I., et II. Dub.*

Cognitis vero actuali redditu *paræciæ* Massineani, impensa necessaria pro restauranda Ecclesia S. Mariæ de Misericordia in novam *paræciam* erigenda, ac inutili medio providendi parochianis deputatione capellani curati degentis in aliqua Ecclesia suburbana, dismembrationi petitæ locum esse duxit eadem Sac. Congregatio, ac providendum esse juxta votum Emi Archiepiscopi, et conventionem initam inter deputatos Massineani, et parochum illius loci *die* 20. *Novembris ad I., et II. Dub.*

Parochus, quoad quartam funerariam, et jus sepeliendi, vide *Emolumenta funeralia*, *Tumulatio*.

Cum eædem perdurarent circumstantiæ, ob quas *die* 20. *Novembris* 1802. indulserat

Sac. Congregatio, ut redditus *parochiæ* vacantis deserti pagi *Vici* unirentur congruæ *parochiali* archipresbyteri Roncilionis cum onere celebrandi Missam præcipue diebus festis in Ecclesia parochiali Vici, et assumendi curam animarum, si quæ forsan in deserto oppido morarentur ad aliud decennium a die expirati indulti eadem prorogavit ad formam præcedentis unionis *In Sutrina Unionis Parœciæ* 8. *Maii*.

Ad augendam congruam *parochialem* Ecclesiæ S. Flaviani oppidi Capitignani quinque eidem Ecclesiæ univit per Bullas beneficia simplicia, ita tamen, ut *parochus* teneretur assumere coadjutorem in exercitio curæ, cum assignatione duarum ex tribus partibus redditiuum beneficiorum post soluta omnia onera, qui dependenter a *parocho* exercere deberet munera stricte *parochialia*, ac interesse diebus festis simul cum *parocho* divinis officiis, atque ut *parochus* hunc dimittere non posset absque venia Ordinarii, eidemque *parocho* præscripsit dimissionem alterius beneficii S. Pauli ad Nurum *in Reatina unionis Beneficiorum quoad Parœciam S. Flaviani 6. Januarii ad I. Dub.*

Patronus, vide *Capellania*, *Nominatio*, *Institutio*, *Reductio*, *Suspensio*.

Non esse delendam *pensionem* annuam scutorum quadraginta a Dataria Apostolica impositam *parochiali* Ecclesiæ S. Angeli Ripanæ diœcesis, cum redditus Ecclesiæ ex decennali calculo deducti pares essent ad congruam *parochi* substentationem, ad *pensionem* solvendam, et reliqua onera substinenda, reclamanti *parœciæ* rectori respondit Sac. Congregatio *in Ripana Pensionis* 13. *Februarj*.

Definitionem differens Sac. Congregatio, priusquam decerneret, utrum esset delenda ob tenuitatem redditiuum *pensio* a Francisco Giandomenichi *parocho* S. Laurentii vulgo di *Banco Lungo* persolvenda Sebastiano Moscatelli ejusdem parœciæ antecessori, voluit, ut scriberetur Episcopo ad mentem, ut scilicet in scriptis audiretur uterque Sacerdos etiam super obreptione, et subreptione, atque omnino transmitteretur alias requisitus status decennalis, una cum partitis Catastri, et copia Bullarum collationis *in Civitatis Castelli Pensionis* 18. *Decembris*.

Attenta utilitate capellaniæ permisit Sac. Congregatio familiæ Tomeucci Patronæ venditionem bonorum spectantium ad capellaniam sub titulo S. Mariæ Magdalenæ existentium in Alatrina diœcesi, nec non *permutationem* cum bonis Priverni (ubi moratur familia Tomeucci) acquirendis ex hæraditate Mosca, constituto cum solitis cauthelis capitali scutorum quingentum pro dote capellaniæ *in Alatrina Permutationis* 31 *Julii ad I.Dub.*

Præbenda Canonicalis, vide *Canonicus*, *præbenda Theologalis.*

Præsentationem, qua intra quadrimestre Sacerdos Simon Revelli nominationem a majori parte patronorum peractam ad capellaniam Sancti Joannis Evangelistæ Episcopo in vim ejusdem nominationis exhibuit, rursus legitimam esse dixit Sac. Congregatio, dum in decisis, quoad primum dubium *sub die* 19. *Septembris* elapsi anni standum esse voluit *in Albiganen. Capellaniæ* 28. *Septembris ad I. Dub.*

Judex *Pro-Synodalis*. vide *Delegatus*, *Judex*, *Notarius*.

R

Audiendam esse Rev. Cameram Apostolicam patronam censuit Sac. Congregatio antequam capitulo Collegiatæ Ecclesiæ oppidi Vallerani petitam concederet *reductionem*, vel canonicatuum, et beneficialium præbendarum, vel servitii choralis ob præbendarum tenuitatem, et inservientium paucitatem *in Civitatis Castellanæ Reductionis, et Dispensationis* 18. *Decembris ad I., et III. Dub.*

Nec non antequam ad geminam in hebdomada *reduceret* binam missam quotidianam pro fundatoribus Rossetti, et Agostini a singulis illius collegiatæ Ecclesiæ canonicis, et beneficiatis per turnum celebrandam *ibid. ad IV. Dub.*

Ob nimiam redditiuum tenuitatem, nec non onera missarum, choralisque servitii in Ecclesia cathedrali Urbevetana obeundi, quibus gravabantur viginti quatuor primæ erectionis capellani, *reductionem* sex capellaniarum ex vacantibus, et primo vacaturis, nec non suppressorum redditiuum applicationem favore superextantium duo de viginti capellanorum, impletis tamen ab his conditionibus, quas Episcopus in suo Voto proposuerat concessit *Sac. Congregatio in Urbevetana 6. Martii ad I. Dub.*

Vide *Capellania*, *Capellanus*.

Nec non Sacerdoti Tartari possessori cano-

nicatus in collegiata S. Mariæ infra Portas in civitate Fulginea ob reddituum absque sua culpa diminutionem adeo ut onera missarum præbendæ infixa superarent redditum, *reductionem* missarum septuaginta duarum ad viginti tantum per decennium concessit Sac. Congregatio non obstante acceptatione adeo tenuis præbendæ iis gravatæ oneribus, *in Fulginaten. Reductionis 6 Martii*.

Ob eamdem inculpabilem diminutionem reddituum, reique familiaris Principis Francisci Ruffo angustiam, sex capellanias a Principe Fabricio Ruffo fundatas cum annuo assignamento ducatorum quadraginta pro qualibet, aucto postea a pietate ejusdem familiæ Ruffo ad annua ducata 72. licet oneribus pares essent redditus universæ hæreditatis ad id a fundatore obligatæ, *reducendas esse* censuit facto verbo cum S^mo ad quatuor, præsertim ob augmentum ducatorum 72., quod firmum remanere voluit juxta votum Emi Archiepiscopi *in Neapolitana Reductionis 6. Martii*.

Reductionem missarum geminæ capellaniæ Cestino, ob hujus familiæ inopiam ad illarum implementum passive vocatæ concessit Sac. Congregatio ad duas missas celebrandas quolibet mense ad decennium quarum novem applicari deberent pro capellania fundata a Maria Cestino, et quindecim pro capellania Laurentii Cestino, nihilque duxit dissensum Archiprebyteri parochialis Ecclesiæ S. Nicolai, et Erasmi, qui activo jurepatronatus illarum fruebatur, quique per se missarum onera adimplebat *in Januen. Capellaniarum 21. Augusti ad II. Dub.*.

Reductionem missarum lectarum, quæ singulæ ex fundatione taxatam habebant eleemosynam in solidis Catalaunicis sex, septem, et decem postulatam a Josepho Patau parocho Ecclesiæ S. Stephani de Granollens, et Suffraganeæ Ecclesiæ S. Juliani de Villaminosa ad tot missas, quot redditus ad elemosynam solidorum Catalaunicorum duodecim pro utraque Ecclesia concessit S. Congregatio, tum quia redditus impares erant oneribus, tum quia ob illarum multitudinem, et Sacerdotum defectum impossibilis erat earum satisfactio *in Vicen. Reductionis 27. Martii ad I. Dub.*

Denegavit vero juxta votum Episcopi *reductionem* ad eamdem taxam missarum adventitiarum, quæ ex *Cratere*, sive ex piis fidelium eleemosynis in iis Ecclesiis celebrantur, ac voluit, ut servaretur taxa synodalis, donec aliter in synodo provideretur; *ibid. ad II. Dub.*

Concessit tamen, pro utraque memorata Ecclesia *reductionem* anniversariorum et officiorum, pro quibus sive ex fundatione, sive ex *Cratere* debebatur eleemosyna solidorum Catal unicorum quindecim, vel viginti, ad tot, quot impleri possent ad eleemosynam solidorum viginti quatuor *ibid. ad III. Dub.*

In officiis funeralibus, sive sepulturæ defuncti, sive diei, quo ejus obitus recidit annus cantum noctu ni, et laudum officii defunctorum *reducendum* esse ad simplicem recitationem sine cantu, tum ob alia onera, quibus præfatarum Ecclesiarum parochus, et vice-parochus gravantur, tum ob itineris molestias, quas sustinere debent reliqui Sacerdotes interessentes ad id vocati, quibus etiam præter parochum, ejusque vicarium dandam esse censuit juxta votum Episcopi eleemosynam solidorum sex Catalaunicorum, pro singulis anniversariis, dummodo decantentur preces ab omnibus interessentibus descriptæ in Rituali pro Vicensi diœcesi approbato *ibid. ad IV. Dub.*

Pro legato presbyteri Joannis Francisci Pladela Sala *reducendam* esse duxit Sac. Congregatio recitationem nocturni cum laudibus officii defunctorum firmis tamen remanentibus missarum oneribus juxta votum Episcopi *ibid. ad V. Dub.*

Annuam pensionem scutorum centum a Præsule Bevilacqua assignatam pro dote capellaniæ a se fundatæ in Ecclesia S. Mariæ de Victoria Urbis *reducendam* esse censuit Sac. Congregatio ad manualem ob patroni paupertatem, firma tamen remanente annua præstatione scutorum duodecim favore præfatæ Ecclesiæ pro utensilibus ad formam fundationis in *Romana, seu Bononien. Translationis 8. Maii ad II. Dub.*.

Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Pisanæ *reductionem* ad taxam Sac. Concilii Romani pro omnibus legatis missarum, quorum absque capituli culpa deperditi, vel diminuti sunt redditus post reductionem anno 1728. obtentam a Præsule Frosini concedendam esse censuit arbitrio, et conscientiæ Archiepiscopi, cui rem totam commisit, cum non constaret, quorum in specie fundorum deperditi, vel diminuti essent redditus *in Pisana Reductionis 16. Januarii ad I. Dub.*

Denegavit vero eidem capitulo *reductionem*

S

FINIS

INDEX CONCLUSIONUM

Quae adnotatae sunt in Foliis Causarum anni 1819.

ABSENTIA.

ALIENATIO.

BENEFICIUM.

BENEPLACITUM.

BONA ECCLESIASTICA.

CADUCITAS.

CAMBIUM.

CENSUS.

CANONICALIS PRÆBENDA.

CONDITIO.

CONSERVATORES REGULARIUM.

CONSUETUDO.

DISPENSATIO.

DISTRIBUTIONES.

DOTALE SUBSIDIUM.

JUS SEPELIENDI.

LEGATUM.

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

PERMUTATIO.

PRÆBENDA THEOLOGALIS.

TEXTUS CIVILES.

TITULUS ECCLESIÆ.

TRANSACTIO.

TRANSLATIO.

VIS.

FINIS.

			ERRATA	CORRIGE
Pag.	143.	lin. 1.	Vetitum	vetitus
		lin. 3.	contractum	contractus
	192.	lin. 9.	Jussa	justa
	225.	lin. 28.	eadem	eodem
	233.	lin. 21.	*Pontifex* 2.	*Pontifex* 1.
		lin. 22.	*de Consuetudine*	*De Costitutionibus*
	238.	lin. 9.	Dioecesano	Dioecesana
	293.	lin. 37.	tunc jam	tamen nondum
	318.	lin. 30.	*Super his*	*Cum inferior*

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC CONGR.

OBEUNTE

R.P.D. JO. FRANCISCO FALZACAPPA

ARCHIEPISCOPO ATHENARUM

Prodierunt in Causis sub anno 1820.

PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, ac necessarius.

TOMUS LXXX.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCCXXI.

Typis Vincentii Poggioli Rev. Cam. Apost. Typographi

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sac. Congregatione Concilii propositæ fuerunt anno 1820. per Diœceses dispositus.

A

B

C

D

F

J

L

M

N

P

R

S

T

V

FINIS.

Die Sabathi 22. Januarii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

DERTHONEN. ALIMENTORUM.

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

Dubium

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda suspensio vacantis canonicatus in casu etc.

Affirmative pro suspensione ad decennium si tamdiu, impletis omnibus oneribus per Capitulum, a quo superextantes redditus tradantur Oratori, et notificertur ministris Datariæ.

ASSISIEN. REÆDIFICATIONIS.

Sess. 21. Cap. 7. de Reform.

Dubia

I. *An, et quomodo, et ad quod tempus sit locus suspensioni quinque vacantium Canonicatuum, et prorogationi alterius jam concessæ Archipresbyteralis congruæ in casu etc.*

II. *An sit consulendum SS̃mo pro absolutione, et sanatione quoad præteritum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad decennium juxta votum Episcopi, docto, facto verbo cum SS̃mo et notificetur ministris Datariæ.

Ad II. Affirmative.

Sess.24.Cap.12. de Reformat.

SANCTÆ SEVERINÆ PRIVATIONIS CANONICATUS. Metropolitanæ Ecclesiæ S. Severinæ Archipresbyter Franciscus Apa apud Gallorum Ducem Diagonet illius Civitatis invasorem mense Julio anni 1806. accusatus fuit præstiti Eĩo Fabritio Ruffo servitii annis 1798. et 1799. contra democraticum regimen et Gallorum copias, et contra ab impiis hominibus undique proclamatam pseudo-libertatem. Comprehensus itaque fuit redux a sua residentiali Ecclesia die 11. Julii 1806., institutoque domi Sacerdotis Ganini (de quo inferius redibit sermo) militari consilio morti fuit damnatus, cujus tamen exequutio precibus tunc temporis Archiepiscopi Grisolia fuit dilata, et Archipresbyter fuit ad Cathacenses carceres traductus. Ab his die 26. Julii ejusdem anni Borbonicarum copiarum Dux *la Floresta* eum eripuit semivivum, ut testatur chirurgicæ artis Professor. Ut vitæ, quæ bis in mense fuerat in discrimen adducta, et libertati consuleret Archipresbyter dimissoriales a suo Archiepiscopo Grisolia litteras petiit. Illico petitioni annuit Antistes, epistolamque simul dedit Archipresbytero; in qua ita = *Mi ha sollevato la stimatissima vostra. Vi compiego la dimissoria, e mi congratulo con voi, che Dio ha resistito di nuovo all' imposture . . . . Voi però non sapete il mezzo di cui si è servito Dio per liberarvi ben due volte dentro un mese. Lo so io, e Dio, al quale ne renderò sempre Benedizioni, e ringraziamenti. Badate alla vostra salute* =. Ita vero se habent dimissoriales Litteræ datæ die 12. Augusti ejusdem anni 1806. = *Tibi dilecto nobis Adm. Rev. D. Francisco Apa Archipresbytero, et sextæ dignitati nostræ Cathedralis et Metropolitanæ S. Severinæ morum probitate, et gravitate nobis probato non processato, inquisito, contumaci, aliaque canonica censura irretito, ut a Civitate S. Severinæ loco tuæ residentiæ discedere possis, ac valeas, et juxta mandata Excm̃i Ducis la Floresta Generalis Imperantis Regiarum Copiarum Serenissimi, et Augusti Ferdinandi IV. utriusque Siciliæ Regis data tibi, et comunicata. Cathacii septimo Idus vertentis Augusti vaces servitio earum regiarum Copiarum facultatem concedimus et impertimur; Cum pri-*

privilegiis omnibus, quæ jure tibi ob hanc causam absentiæ competere possunt, et cum facultate Missæ Sacrificium celebrandi quocumque locorum perveneris de Ordinariorum licentia = .

E vivis erepto Archiepiscopo Grisolia, Archidiaconus Ganini, in cujus ædibus habuerant Galli militare mortis consilium adversus Archipresbyterum Apa, fuit Vicarius Capitularis electus. Huic Laica potestas vulgo *Ministro del Culto* die 20. Aprilis 1811. litteras dedit, in quibus hæc habebat = *Farete notificare gli Emigrati, e Contumaci al domicilio, e con affisso alle Porte delle respettive Chiese, e dopo un mese d' intervallo procederete alla dichiarazione delle vacanze dei loro Beneficj*. Ac præterea nova epistola diei 17. Julii ejusdem anni eidem Vicario dubitanti, an hac injuncta methodo judicium conficere deberet vel = *in conformità del solito com'era prescritto dal dritto Canonico* = responsum dedit, ut judicii formam servaret, quam die 20. Aprilis indicaverat.

Cum inter *Emigratos* Archipresbyter Apa recenseretur, qui Messanam confugerat, ut Ministri Cultus voluntati morem gereret Vicarius, post duos examinatos testes, qui de absentia, et seditionibus ab illo concitatis, et fuga deposuerunt, citari eumdem mandavit die 29. Augusti anni 1811. penes domesticos, et in valvis Ecclesiæ, ut infra triginta dies, quorum decem pro primo termino, decem pro secundo, et reliquos decem pro tertio ultimo, ac perentorio termino eidem adsignavit, personaliter comparere deberet ad alligandam absentiæ juridice relevantem causam, ne Archipresbyteratu privaretur, quibus clapsis ad contumacis excardinationem procedendum fore mandavit.

Duobus vix elapsis mensibus, die 30. Octobris ejusdem anni, suam excardinationis sententiam ita protulit præfatus Ganini tum contra præfatum Archipresbyterum, tum contra ejusdem Ecclesiæ Canonicum Josephum Vitale æque *emigratum* = *Visis Regali decreto de die* 19 *mensis Novembris* 1810. §. *VI, ac subsequentibus mandatis per Excmum Dominum Regalis Ministerii Cultus Administrum sub diebus* 20. *Aprilis*, 15. *Junii, et* 17. *Junii currentis anni jam latis, quibus pro contumaciali Beneficiatorum irresidentia provisum fuit*

 satis

satis usque citatione in forma tam respectivæ domi, quam in valvis hujus Regiæ Metropolitanæ Ecclesiæ legitime expedita, et reproducta contra Sacerdotes Dominum Franciscum Apa terræ Arcis Bernardæ ipsius Metropolitanæ Ecclesiæ Archipresbyterum absque animarum cura, et Josephum Vitale, qui ab anno 1806. nedum beneficialem residentiam, sed et patrios Lares relinquendo ad civitatem Messanam se transtulerint, ubi temere adhuc dicitur incolatum ducere. Contumaci pariter amborum inobedientia in exequendis supradictis ordinibus ad sese præsentandum intra tempus dierum triginta a jure statutum pro Ecclesiæ quotidiano servitio in propriam beneficialem residentiam.

Visis denique videndis, et præsertim regali mandato die 16. currentis mensis Octobris, ac Canonicis dispositionibus Sac.Conc. Trid. Sess.XXIV. Cap.XII. de Reform. Auctoritate sibi commissa, qua fungitur dicit, atque decernit supradictum Franciscum Apa, et Josephum Canonicum Vitale tanto temporis intervallo a beneficiali residentia absentes, judice monitos, et contumaces effectos privandos fore, et esse Archipresbyteratus, et Canonicatus respective titulis, gradibus, præbendis, nominibus, eorumque juribus, fructibus, emolumentis quibuscumque, ita ut ab hodie in posterum ab iisdem beneficiis Archipresbyteratu, et Canonicatu exauctorati, privati, et a prædicto Capitulari Collegio excardinati semper et in omnibus censeantur, evadant, et sint, (quas hoc modo vacantes præbendas de idoneis successoribus provideri posse declaravit) . . . Ita dicit, decernit, privat, excardinat, ac omni meliori modo, et jure exequi, et successive haberi pronunciat =.

Reddita Europæ pace postquam appulerat ad Parthenopeas oras Regia Majestas Ferdinandi I. plures successive delegavit Archiepiscopos instante Archipresbytero Apa, qui in appellationis gradu jus redderent. Verum inito novissimo Concordatu inter SSmum, eamdemque Regiam Majestatem hodie coram EE. PP. causa isthæc proponitur, quam Sac. huic Congregationi Sanctitas Sua ablegavit.

Exquirendam prius duxi Informationem, et Votum Archiepiscopi S. Severinæ ut audito præsertim Capitulo, et actuali Archipresbyteratus possessore, cui competen-

tentem terminum præfigeret ad deducenda jura sua coram Sac. Congregatione, referret de Archipresbyteri Apa vita, moribus, an contra eum actum sit servatis servandis, nec non transmitteret acta. En itaque Informationis verba = *In antecessum EE. VV. submitto hanc litem, et pertinacem controversiam a die, qua S. Severinæ Archiepiscopus inauguratus fui, me infelicem, et Virum dolorum reddidisse ob inflexibilitatem unius, et partis alterius; et quamvis nimio sudore operam navassem ad animos conciliandos semper aerem verberavi.*

Capitulum substinet excardinationem Rev. D. Francisci Apa rite, et recte fuisse factam expoliatumque iri secundum jura omnibus privilegiis ac fructibus ejusdem beneficii.

E contra Rev. Apa contendit præter omne fas actum fuisse contra ipsum, ac perinde, Archipresbyterum una cum omnibus fructibus perceptis, et percipiendis toto excardinationis tempore, qui nummos aureos mille excedunt, in sui favorem cessisse, propterea quod acriter petit Capitulum mulctandum esse ad ipsos solvendos . . .

Me obtuli humillimum mediatorem inter ipsos, et Sac. ipsam Ven. Congregationem si dignabitur decernere D. Franciscum Apa immittendum in possessionem Archipresbyteratus, nulla habita ratione fructuum etiamsi stet pro eis aliquod adminiculum juris; cum perarduum, et perdifficile sit hoc præsertim tempestatis tempore, ut ipsi Capitulares hanc summam vel minorem persolvere possint, eo vel magis quia toto isto interstitio temporis ipsi portaverunt pondus diei, et æstus. Recolendum nunc venit, quod nec Capitulares talem Archipresbyterum volunt, nec ipse Apa ad fructuum cessionem, qui in maxima quæstione sunt, ullo pacto animum flectere vult . . .

De Emã ministeriali littera omnes partes interesse habentes certiores feci, eis competentem terminum praefigendo; a quibus hinc inde tantas Chartarum copias recepi ut sportam adimplere possim: in istis voluminibus aliud non cernitur nisi maxima dilaniatio ex una, et ex altera parte, quaeque omnia in idem redeunt.

Subtiliora volumina tam Capitularium, quam ipsius Rev. *Fran-*

Francisci Apa selegi , ex quibus totum id , quod negotium facit S. Congregatio assumtum , et causæ meritum plene intelligere potest . . .

De actibus vero, quibus contra Oratorem actum est, mihi videtur, et si non defecisse quantum ad materialem ritum ; ritum vero formalem , qui resultare debet ex legitimis facultatibus imperantibus , quoad omnia deficientem video . . .

Quantum vero ad actualem Archipresbyteratus possessorem , nullum reperi ; cum tale beneficium in præsentiarum pænitus sit vacans .

Hæc sunt quæ EE. VV. secundum meam tenuitatem exponere potui enixe deprecans S. ipsam Congregationem , ut senectutem meam quod fieri potest ab hac tribulatione me eximeret pacifice verba facientem erga unam , et alteram contendentem partem = .

Hisce præmissis , quid ab utraque parte afferatur breviter perstringam . Capitulum itaque primo animadvertit , non amplius competere Archipresbytero Apa appellationis beneficium , cum infra decem dies hanc non interposuerit *ex Cap. Concertationi de appellatiobus in 6.* nec intra triginta dies *Apostolos* , vel sententiæ exemplar SSmo porrigendum obtinuerit ad tradita per text. *in Cap. ex eo , eod. tit. et Const. Bened. XIV. ad Militantis Ecclesiae* §.43. Die enim 11. Aprilis 1818. injunctum fuit a Regia Majestate Antistiti Amalphitano , ut ab incæpto appellationis judicio desisteret , simulque Sacerdoti Apa aditus patefactus fuit appellandi ad S. Sedem , quo tamen beneficio usus non est , nisi post unum ,et nonaginta dies . Deinde *Actorum* formam vindicare autumant Canonici , in quibus summam remissionem , Charitatem , Sacrorumque Canonum observantiam a Vicario Capitulari adhibitam probare conantur , a quo nonnisi ob morosam irresidentiam Archipresbyterum Apa excardinatum fuisse contendunt . Toti deinde sunt ut excludant a fuga Archipresbyteri urgentem tyrannidis causam , imo illum tanquam auctorem inimicitiarum inter privatas Familias , vel aliorum etiam criminum reum traducunt . Ex quibus concludunt , nedum justam fuisse excardinationis sententiam a Vicario Capitulari prolatam , adeoque neque fructus , neque distributiones

nes esse reddendas ; sed nec eumdem esse ad Canonicatum redintegrandum , ne Capitulum sua pace privetur .

Sacerdos vero Apa suorum ingenuitatem morum tum in in anteacto, tum in præsenti vitæ statu vindicat. Et animadvertit primo nullo documento probari insimulata a Capitulo crimina. Affert deinde ad probandos suos mores , prudentiam , et scientiam testimonium a Vicario Capitulari Ganini , qui eodem officio functus fuerat anno 1796. emissum , dum eo anno Sacerdotem Apa approbavit ad excipiendas in universa Dioecesi S.Severinæ Sacramentales confessiones; idemque probat testimonialibus litteris Anno 1798. ab Archiepiscopo Grisolia subscriptis. Non inficiatur calumniis propedum oppressum fuisse Anno. 1801. penes Regiam Majestatem, at Regii mandati exemplar exhibet in plateis publicis tunc affixi, quo ejus innocentia, honestas, ac zelum in exercito munere provisoris anno 1799., ac oppositionum futilitas declaratur, Regiumque jussum sequentis Anni 1802. quo fuit præmiis ditatus.

En tamen quid actualis Episcopus habeat in sua informatione , quoad anteactos , et præsentes Sacerdotis Apa mores = *Si verba facere deberem quantum ad instantias a Capitulo factas dicerem Rev. Apa , de iis , quibus est incriminatus , jam forsan judicatum fuisse , ac propterea pro præsenti articulo esset canere extra Chorum . . . de vita vero , et moribus Oratoris quantum ad præsens attinet valida extant documenta forsan jam exhibita S. isti Congregationi , et clarius exarata in isto transmisso D. Francisci Apa quinterno.*

Hæc itaque documenta suntEpistola , et Litteræ dimissoriales a Præsule Grisolia ad Oratorem Cathacium transmissæ die 12. Augusti 1806. , quas superius excerpsi, ac ulterius legaliter confecta attestatio a publicis Reprehæsentantibus S. Severinæ , qui dicunt = *Che il cennato Arciprete . . . Apa a dì 11. Luglio 1806. fu arrestato, e consegnato al Generale Francese Diagonet, imputandogli a delitto che era del partito Borbonico, che avea seguito il Cardinal D. Fabrizio Ruffo nella sua spedizione contro i rivoltosi di quel tempo per richiamarli all' ubbidienza del legittimo Sovrano per*

cui

cui dovè soggiacere alla sentenza di fucilazione, e tradotto in Policastro per esser fucilato, a mediazione di Monsignore Arcivescovo, e di altri miracolosamente scampò, e tradotto in Catanzaro fu sepolto in un' orrenda prigione, dalla quale ai 26. detto Luglio ne' fu scarcerato dalle Truppe Borboniche commandate dal Generale la Floresta, e che per salvare la vita fu necessitato imbarcarsi in Cotrone, e refuggiarsi in Messina, che fu saccheggiato ec.

Justam vero fugæ, et absentiæ causam fuisse tuetur Canonicus ad declinandam scilicet tyrannidem, moraliterque certum mortis periculum, quo in casu persecuti fuga de una in aliam civitatem nedum juri divino positivo scripto *Joan.* 7. sed et naturali consona est, ac propterea non solum non potuisse privari præbenda, sed neque distributionibus *ex text. in Cap. Pastoralis 2. de sent. et rejudic. junct. Gloss. in Clem.* 1. *de Statu Monachorum verb. Causa rationalis, et in Cap.* 17. *de Cler. non resid.* ea etiam circumstantia regiarum copiarum servitio vacasse, et ducis la Floresta mandatis obtemperasse ait obtenta prius venia = Cum privilegiis omnibus, quæ jure ob hanc causam absentiæ competere possent = ceu patet ex dimissorialibus litteris ab Archiepiscopo Grisolia datis; ac proinde si ex legittima causa, si de consensu Ordinarii abfuit, nullius esse culpe reum, injusteque consequenter damnatum contra *L. Sancimus 22. Cod. de pœnis, et L. 41. de R. J.* additque nullam fuisse Vicario potestatem hoc judicium conficiendi super absentia probata a defuncto Archiepiscopo cum in *cap. novit. ille* 1. *de sed vacant.* prohibeatur ipse quidquam innovare contra judicium factum a defuncto Episcopo.

Certum jure Canonico est non esse privandos beneficio ceu irresidentes Clericos, qui absunt propter potentiam tyranni, vel domini iniqui, detrusionem injustam in carceres, inimicitias capitales, ac timorem mortis, ut tradit *text. in cap. fin. de Cler. non resid. in Verb. excusationem rationabilem, communiterque* docent Doctores *in lib.* 3. *decretal. tit.* 4. ob justam hanc, et urgentem corporalem necessitatem tum fructus prebendæ, tum distributiones lucrari absen-

tes

tes Canonicos tenent Fagn. *in lib.* 3. *decret. Cap. licet de præbend.* Joan. Andr. *in verb. Corporalis necessitas* Pirringh. *in lib.* 3. *decret. tit.* 4. *sect.* 1. *aliiq.* passim. Utrum vero in themate adsint hæ circumstantiæ excusantes a residentia judicabunt EE. VV. ex relata superius facti specie.

Quatenus sentiant has revera non adfuisse, tunc perpendent utrum in peragenda Sacerdotis Apa excardinatione servata fuerit, methodus a SS. Canonibus constituta. Sancitum fuit *in Cap. ex parte de Cleric. non resid. et ibi glos.* Clericum quantocumque tempore absentem a sua Ecclesia etiam per decennium, vel plus, non esse privandum beneficio, nisi prius fuerit citatus, vel admonitus, ut resideat, jussitq. Innoc. *III. in cap. ex tuæ* 11. *eod. tit.* expectandos esse saltem sex menses a die citationis si ignoretur ubi absens moram ducat. Statuit vero S. Concil. Tridentinum *Sess.* 24. *Cap.* 12. *de Reform.* non posseCanonicum ultra tres Menses abesse a sua residentia = *Alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum quos ratione præbendæ, ac residentiæ fecit suos. Quod si eadem usus fuerit negligentia privetur omnino omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: crescente vero contumacia juxta SS. Canonum Constitutiones procedatur* = Animadvertit itaque Fagnanus in citat. *cap. ex tuæ*, decretalis hujusce dispositionem immutatam in eo fuisse a Concilio Tridentino, quod ante privationem Canonicatus expectandus est lapsus trium annorum, ut pœnarum gradus a Tridentino præscripti interea serventur; elapso vero tertio anno, et crescente absentis contumacia, si locus ignoretur quo irresidens moratur, esse procedendum per citationem et expectandos esse alios sex menses antequam privetur.

In dubium venire poterit, utrum observatio gradus pœnarum, quos præscripsit Tridentinum, ad validitatem sententiæ pertineat, adeout nullitate laboret sententia, qua canonicus post plures illicitæ absentiæ annos statim privatur præbenda. Nullam esse hanc sententiam inobservatis pœnarum dictarum gradibus tenent Fagnan. *in Cap. licet. num.* 25., *et* 26. *de præbend. et in cap. ex tuæ num.* 14. *de Cleric. non*

resid. Reiffenst. *in jus Can. lib.* 3. *decret. tit.* 4. §. 4. *num.* 130. *et seq.* Clericat. . *de Benef. discurs.* 13. *num.* 6. *et* Piton. *discept. Eccl.* 34. *num.* 3. consonant supremi hujus consessus Resolutiones in *Giennen.* 1587. *lib.* 4. *decret. pag.* 233. *in Lancianen. Residentiæ* 13. *Januarii* 1705. *et in Romana Canonicatus* 3. *Decembris* 1718. Id tamen non locum non habere quatenus fructus omnes Canonicatus ex distributionibus coalescant, ac proinde licere Ordinario statim post elapsum triennium ad privationem prævia legitima ejusdem Canonici contumacis citatione procedere docent Ventrigl. *in prax for. Eccl. annot.* 19. *num.* 2. *in fine*: Pignatell. *consult.* 114. *num.* 8. Clericat. *loco citato num.* 7. et Piton *loc. citat.* Verum S Congregatio in *Castrimaris privationis Canonicatus* 25. *Febr.* 1741. ubi agebatur de Canonico fere a decennio illegitime absenti, qui post legalem citationem privatus fuerat ab Episcopo Canonicatu cujus fructus in distributionibus quotidianis consistebant, proposito dubio *An sententia privationis lata ab Episcopo sustineatur*; respondit, *Negative ex capite nullitatis*

Porro in casu, de quo agitur, Vicarius Capitularis Archidiaconus Ganini, postquam exquisierat a Ministro Cultus, utrum contra Emigratos deberet *regolare gli atti in conformità del solito com'era prescritto dal diritto Canonico, oppure con un semplice affisso alla porta delle rispettive Chiese debba indi considerare in contumacia già vacanti i respettivi benefici e così rassegnarglielo per le ulteriori providenze*, et postquam acceperat ab eadem laica potestate, procedendum esse per edicti affixionem, et privationem memoratam post mensem elapsum ab affixione citationis; statim *mandatis Exmi D. Ministerii Cultus Administri ut par est obtemperando* sicut legitur in citatoriis litteris, et aliis similibus verbis in sententia, suum judicium est adorsus, nulloque servato præscriptarum a Tridentino pœnarum gradu duobus vix elapsis ab affixione citationis mensibus sententiam protulit excardinationis, et privationis Canonicatus Archipresbyteri Apà, qui dicebatur vulgo, quin certo constaret, Messanæ moram ducere.

Ne quid præterea in hac definienda quæstione desit, re-

recolendum quod habet actualis Archiepiscopus in sua Informatione quoad fructus Canonicatum Metropolitanæ Ecclesiæ S. Severinæ, et quoad fructus Canonicatus Archipresbyteri Apa = *Fructus Capituli meæ Metropolitanæ Ecclesiæ non esse præbendales, sed resultare ex duabus Massis, quarum una coalescit ex Missis celebrandis, quæ jam celebratæ fuerunt, et nunc a consociis* (Archipresbyteri Apa) *celebrantur; altera vero exurgit a sequela Chori; dividenda inter præsentes, et jam distributa quotannis fuit.*

Ex huc usque dictis definient EE. PP. quid de validitate sententiæ sentiendum, utrum Sacerdos Apa sit manutenendus, vel potius redintegrandus ad Archipresbyteratum, et qui fructus hoc in casu ei sint restituendi, et a quo tempore nimirum a die qua comprehensus, et detrusus in carcerem fuit, vel a die qua fugit Messanam, et modum denique peragendæ restitutionis: dirimenda itaque erunt dubia.

I. *An sententia privationis lata a Vicario Capitulari substineatur in Casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An Sacerdos Franciscus Apa sit in dignitate Archipisbyteratus manutenendus, et quatenus opus sit ad eamdem redintegrandus in casu etc.*

III. *An, qui fructus, a quo tempore, et quomodo sint ei restituendi in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative a die cessatæ perceptionis quoad omnes fructus restituendos ab illis, qui eos perceperunt exceptis tamen fructibus provenientibus ex Massa pro missis celebratis.

CARPEN., ET MUTINEN SPOLII. Jacobus ex Comitibus Boschi die 21. Martii anni 1815. viam est universæ carnis ingressus, dum Carpensem regebat Ecclesiam. Fuerat ille anno 1788. ad Brictinorien- *Sess. 24. Cap. 16 de Reform.*

 sem

sem Ecclesiam moderandam evectus cujus jurisdictioni suberat Parœcia S. Petri Foropompilii; anno autem 1808. a SSmo fuit ad Carpensem Episcopalem sedem translatus. Tabulis itaque, quibus decessit, universalem scripsit Hæredem Comitem Antonium germanum fratrem: legavitque Ecclesiæ Brictinoriensi = *Un apparato completo di tela di Oro, la Mitra buona con Pietre, ed un Calice di Argento con Coppa dorata* = Parœciæ S. Petri Foropompilii = *Una Pianeta gialla con trina d'Oro, e suoi finimenti, ed un Calice di Rame dorato con Coppa di Argento dorata* =; Carpensi tandem Ecclesiæ = *la sua Concolina, o bacile d'argento* =.

Suprema hac vix cognita voluntate plures penes S. Congregationem querelæ delatæ sunt, a Carpensi Capitulo nedum contra Legatarias Ecclesias Brictinorii, et Foropompilii, sed etiam contra hæredem Antonium Boschi, quia putabat universam defuncti hæreditatem in Mutinensi ditione existentem sibi addicere, prælative etiam ad Fiscum, quatenus eam hic sibi adsciscendam putaret ex Statutariis legibus, posthabito hærede scripto, utpote extraneo.

Episcopi Mutinensis illico exquisita est Informatio, ut ipse, audito hærede, eidemque præfixo termino ad deducenda jura sua coram S. Congregatione referret de viribus hæreditatis, et an defunctus Episcopus Carpensis facultatem testandi obtinuerit, transmissa ejus copia. Archiepiscopo etiam Ravennatensi remissæ fuerunt preces Capituli Carpensis pro Informatione, et voto ut auditis Capitulis Brictionensi, et Foropompilii, eisdem terminum præfigeret ad deducendum jura sua coram Sac Congregatione. Ravennæ Metropolita jura Capituli Brictiorensis, et Parochi Foropompilii remisit cum sua Informatione, cujus verba referam. = *Mandatis hujus Sac. Congregationis ut par erat, obtemperans audivi Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Brictinoriensis, et Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ S. Petri Foropompiliensis super preces a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Carpensis porrectas, quas hic alligatas remitto. Ex votis utriusque Partis interesse habentis cognoscent EE. VV. quantum Capitulum Carpense solidis deficiat argumentis. Bulla enim S. Pii V.,*

quæ

quæ incipit Romani Pontificis *rem totam satis, superque explicavit, et definivit. Brictinoriensis Ecclesia vero nunquam auctoritate Apostolica suppressa fuit, semperque habuit et suum Capitulum, et Canonicos, qui Choro inserviebant, et me tamquam Metropolitanum in Spiritualibus administratorem: Parochia S. Petri Foropompiliensis, neque designata unquam fuit tamquam supprimenda.*

Quæ cum ita sint satis aperte constat de bono jure Capituli Brictinorien., et Parochi Divi Petri Foropompilien., adeo ut indubiam possint concipere spem, fore ut favorabile Rescriptum obtineant.

Post multum temporis lapsum instante novo Pastore, quo provisa fuit Ecclesia Brictinoriensis, causæ definitionem, datæ sunt urgentiores Litteræ Episcopo Mutinensi, qui de sua mora, et postulatis a S. Congregatione hæc habet = *Jampridem die 2. Februarii currentis anni* 1818. *Litteras E. V. R. acceperam, quibus de hæreditate defuncti Carpensis Episcopi, auditis omnibus interesse habentibus, et præsertim hærede S. Congregationem Concilii reddere instructam jubebar. Ante omnia ad hæredem ipsum D. Comitem Antonium Boschi Tiburi commorantem scribendum esse duxi, et litteris sub die* 17. *Februarii datis, ipsum rogavi, ut mihi indicaret, quænam essent hæreditatis vires, et an defunctus Frater suus Carpensis Episcopus testandi facultatem a S. Sede obtinuerit. Verum cum nullum huc usque responsum habuerim, id in causa fuit, cur demandatam Instructionem transmittere ad S. Concilii Congregationem nondum potuerim, de qua dilatione summopere doleo.*

Posteribus autem litteris E. V. R. die 5. *Septembris datis, et a me die* 16. *Octobris proxime elapsi acceptis, statim curavi, ut saltem aliunde notitiam eorum, quæ ab hærede declaranda erant, haberem.*

Itaque hæreditas defuncti Carpensis Episcopi in suppellectilibus, mobilibus, pecunia, gemmis, rebusque aliis auro, et argento prætiosis, prout fertur, ad valorem pertigebit scutorum 38500. *monetæ Romanæ demptis Fundis immobilibus, aliisque bonis, quæ Romæ, et alibi possidebat.*

De-

Defuncto Episcopo prædicta bona mobilia, quæ Carpii penes ipsum reperta fuerunt, Fiscus sequestratione facta detinuit; sicque prohibitus fuit D. Co. Antonius Boschi, ne defuncti Fratris hæreditatem adiret.

Opportune tamen favorabilis ipsi obvia fuit occasio, qua id assequi potuit, quod per appositam sequestrationem interdictum fuerat. Etenim Mense Majo anni 1815. Summus Pontifex Pius Septimus Janua redux in enarrabili mea, omniumque civium consolatione, et lætitia aliquot diebus Mutinæ commorari dignatus est. Aderat etiam tunc temporis D. Co. Boschi: et quoniam Summi Pontificis in temporalibus subditus erat, eumdem supplex adiit, ut de capessendæ hæreditatis gratia intercessorem se præberet penes Regiam Celsitudinem Francisci IV. Serenissimi Ducis Mutinae.

Summi Pontificis nutibus annuit libentissime Franciscus IV., atque ita voti compos factus D. Co. Antonius Boschi, remota sequestratione in hæreditatis possessionem devenire potuit.

Vix dubitare fas erat, quin Carpensis Episcopus facultatem testandi a S. Sede Apostolica impetravisset. Nihilo tamen secius in Testamento ipso ejusdem facultatis nulla fit mentio, et quacumque diligenti inquisitione adhibita hujusmodi indultum reperire datum non est. Hoc unum suspicandum remanet hæredem ipsum hanc facultatem, si tamen reipsa impetrata fuerit, una cum aliis documentis ad hæreditatem pertinentibus penes se retinere.

Hæc omnia ab ipso Capitulo Carpensi accepi, ut constat ex litteris Vicarii Capitularis, quarum excerptum hic transcribo . . .

Illud autem pro rei veritate dissimulare nequeo, quod aliunde liquido constat, videlicet; pinguem Episcopi Boschi hæreditatem minime conflatam fuisse nec conflari potuisse ex superfluis redditibus Ecclesiæ Carpensis: Huic enim septem tantummodo præfuit annis: et Episcopalis Mensæ dotatio adeo tenuis erat, ut ad necessarium victum nullatenus sufficeret. Ea propter a Brictinoriensi Sede huc translatus, eiusdem Episcopatus jam suppressi redditus sibi retinuit, unde fa-

clum

ctum est, ut ex utraque Mensa congruam substentationem haberet.

Cæterum nullum de hac re, animi mei sensum aperiendo, votum emittere possum, quandoquidem me latet, quid in sui defensionem hæres deducere valeat. Nihil enim uti superius dictum fuit ab eodem huc usque rescivi. Illi tamen juxta mandata E. V. R. ad deducendum jura sua in S. Congregatione Concilii, præfixo unius Mensis termino, et ad ostendendum Indultum testandi a defuncto Fratre Episcopo Carpensi impetratum novis litteris, moneo, et urgeo.

Plura exhibuit mihi documenta Comes Antonius Boschi, facultatem nimirum a Serenissimo Mutinae Duci ipsi factam hæreditatem adeundi *prescindendo dalle ragioni, che può avervi il Capitolo di Carpi*, consignationem legati Ecclesiæ Carpensi relicti, ac depositum factum penes Præpositum Capituli Carpensis earum rerum, quas defunctus Episcopus Boschi legaverat Ecclesiæ Brictinoriensis, et Paræciæ Foropompilii, ac præterea transactionem initam cum Capitulo Carpensi, quod omnia jura hæredi scripto cessit nonnulla genera mobilium accipiens. Causa itaque proponitur dimicantibus ex una parte Capitulo Carpensi, ex alia vero Capitulo Brictinoriensi, et Parocho Foropompilii quoad legata, nec non his postremis concertantibus cum hærede Comite Boschi quoad sacra suppellectilia Ecclesiarum redditibus a defuncto Episcopo acquisita.

Certum in jure, exploratumque est Clericos sæculares tam majores, quam minores habere de bonis patrimonialibus, et quasi patrimonialibus, plenum dominum textu claro *C. quia Nos 9. de pecul. Clericor.* De bonis etiam parsimonialibus, quæ parcius vivendo congregant Clerici ex bonis mere Ecclesiasticis honestæ substentationi necessariis, communiter docent contra Abbatem doctores, limitatam disponendi de iis facultatem habere Clericos: ita reapse sentiunt *Navar. de reddit: Eccles: q. 5. Monito 26. num. 4., S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. Engell. de pecul. Clericor. num. 7. alii* passim, qui omnes idipsum docent de bonis mere Ecclesiasticis honestæ Clericorum substentationi competentibus. Verum ubi sermo fiat de bonis mere Ecclesiasticis superfluis ad

hon

honestam Clericorum substentationem magna est jurium, Canonistarum, et Theologorum controversia: quam fuso calamo pertractant *Reiffenstuel. in lib. 3. Decretal. tit. 25. integro §. 2., et Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib. 7. Cap. 2.* Ex his itaque patet plenam habere potestatem Clericos testandi de bonis Patrimonialibus, et post *D. Th. loco cit. in respons. ad* 2. communiter docent Doctores, adeout *Barbos. in C. cum in Officiis num. 3. de Testament.*, *et ultim. volunt.* asserat ita *de facto* sentire omnes, licet Garcias *de Benefic. p. 2. C. 1. num.* 9. contrarium teneat. At de bonis Ecclesiasticis superfluis, nullum nec ad causas pias Clerici sæculares tum majores, tum minores Testamentum facere possunt citat. *cap. quia nos* 9 *de Testam*:, *et ultim*: *voluntat*:, *et cap. ad hæc* 8. *eodem tit.*, nisi Apostolicum obtinuerint privilegium, ut late exponit Giraldus *Exposit. Jur. Pontif. part.* 1. *decretal. lib. 3. sect.* 475. *pag.* 306., *et seq.* Quoad Clericos, vero qui privilegio hujusmodi fruuntur disponendi per Testamentum de bonis acquisitis ex redditibus Ecclesiasticis superfluis, attendenda est dispositio Constitutionis 42. *S. Pii V. quæ incipit Romani Pontificis*, qua decretum fuit, ornamenta, paramenta et res alias ad divinum cultum pertinentes, applicanda esse Ecclesiis, quibus ipsi præfuerint, ac quomodo perfici isthæc divisio debeat §. 11. ita innuitur. = *Volumus autem, quod si quis ex Patriarchis, Episcopis, Abbatibus ec. pluribus Ecclesiis pro tempore simul, vel successive præfuerit, vel plura beneficia obtinuerit, ornamenta, paramenta, ac res, et bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, et temporis, quo eadem Beneficia possederit omnino pertineant, et proportionaliter dividantur inter eas* = cui constitutioni innixa Sacra Congregatio in controversia inter Ecclesiam Tricaricensem, et Trivicanam propter obitum Episcopi Viglini translati ab Episcopatu Trivicano post decem et septem annos regiminis ad Episcopatum Tricaricensem, quem paucis tantum mensibus moderatus est, secundo dubio = *An paramenta, vasa Sacra, aliaque argenta, suppellectilia ad usum Capellæ, et cultum Divinum destinata reperta ut supra* (scilicet tempore obitus Episcopi Viglini) *debeantur Ecclesiæ Trivicanæ*,

næ; *vel potius dictæ Ecclesiæ Tricaricensi in casu etc.* = *die 6. Julii 1726.* respondit = *pertinere ad Ecclesiam Trivicanam* = Hisce in jure statutis, quid a concertantibus partibus afferatur breviter perstringam.

Et primo quoad legata a defuncto Episcopo Boschi relicta, de quibus *in primo dubio*. Capitulum Carpense negat hæc consignanda fore Ecclesiis Brictinoriensi, et Foropompilii, cum in relata Piana Constitutione incipiente *Romani Pontificis* quævis tollatur Episcopis de sacris suppellectilibus disponendi facultas per testamentarias tabulas, et si privilegium habeant a S. Pontifice eas conficiendi, neque in themate applicari posse ait quod prescribitur §. *undecimo* præfatæConstitutionis quoad divisionem interEcclesias, quibus defunctusPræsul,simul vel successivepræfuerit, Tunc enim in albo Episcopalium Sedium non amplius recensebatur Ecclesia Brictinoriensis, ut pote jam suppressa, quæ non ut *Cathedralis*, sed ut *Parochialis* habebatur.

Parochus vero S. Petri Foropompilii legatum suæ Ecclesiæ relictum tuetur, eo quod hæc nunquam fuerit suppressa, ac unita ceu Sedes Episcopalis æque principalis Ecclesiæ Brictinoriensi, sed semper Parochialis extiterit, cujus Archipresbyter erat Episcopus ipsemet Boschi, adeout si quavis de causa expulsus fuisset a Brictinoriensi Episcopatu, poterat se apud Ecclesiam Parochialem recipere, ibi Parochialibus muneribus fungi, quam quidem Paræciam sacris suppellectilibus providere, ac Capellano Curato suas vices gerenti congruam suppeditare debebat, cum illius redditus Brictinoriensi Episcopali Mensæ fuerint uniti; ac proinde concludit eodem modo valida esse habendi legata relicta Ecclesiæ Parochiali S. Petri, de cujus suppressione ne dubium quidem unquam exortum est, quo valida habita est ejusdem Episcopi ultima voluntas, quoad hæredem scriptum, et legata nedum Carpensi Ecclesiæ relicta, sed etiam familiaribus, et consanguineis, qui omnes iis jam fruuntur, imo, et fortiori modo si attendatur Piana Constitutio, cum scilicet Paræciæ redditibus tot annorum spatio gavisus fuerit defunctus Antistes.

Capitulum vero Brictinoriense ex relato superius §. 11. Constitutionis S. Pii V. suam mutatur defensionem, ubi modus statuitur peragendæ divisionis sacrarum suppellectilium inter Ecclesias, quibus vel *simul*, vel *successive* Præsul defunctus præfuerit, ac proinde cum Brictinoriensi, et Foropompiliensi Ecclesiis Episcopus Boschi præfuerit ante translationem ad Carpensem, sequitur ex laudata constitutione etiam ipsis deberi sacrarum suppellectilium Legatum; Deinde observat primo in laudata Bulla nullam mentionem fieri utrum aliqua ex iis Ecclesiis, cujus redditibus fruitus est Rector, existat, vel fuerit suppressa; ideoque cum hæc distinctio non fiat a Lege, nec a Capitulo fieri potest juxta *text. in L. Si de pretio ff. de publ. in rem action.* Animadvertit secundo, falsam omnino esse Cathedræ Episcopalis Brictinoriensis suppressionem. Licet enim a SSmo Lutetiæ Parisiorum fuerit subscriptum Concordatum, in cujus Articulo tertio concedebatur, suppressio Ecclesiarum Episcopalium Sarsinatensis, et Brictinoriensis, earumque unio vicinis diœcesibus post obtentas legitimas illorum Episcoporum renunciationes; nihilo tamen secius nunquam exequutioni fuit commissa suppressio isthæc ob conditionum defectum, a quibus illa pendebat, et nunquam unio Ecclesiæ Brictinorii vicinæ diæcesi est peracta, unde post translationem Episcopi Boschi ad Carpensem sedem, illa a nulla extranea potestate moderamen accepit, sed gubernata fuit a Vicario Capitulari, et Archiepiscopum Ravennatensem tamquam Metropolitanum in Spiritualibus administratorem habuit, ceu patet etiam ex hujus Præsulis informatione superius relata; Sedis hujusce licet suo viduata Pastore existentiam noverunt, probaruntque tum Ecclesiastica, tum Laica potestas: Sacræ enim Congregationes suas litteras, rescripta, facultatesque semper dirigebant vel Vicario Capitulari Brictinorii, vel Vicario Generali Administratori illius Ecclesiæ, et in expeditionibus litterarum Apostolicarum pro Beneficiis, semper hæc sedes dicta fuit vacans. Novit id etiam Laica Potestas, quæ

Vi-

Vicario Capitulari Pensionem assignavit etiam pro expensis Curiæ, et anno 1808., in edicto, quo militiæ juvenes adscribebantur in articulo quinto ideo liberati fuere ab hac adscriptione duodecim Clerici Ecclesiæ Brictinoriensis, quia ejus diœcesis unio nondum erat completa.

Animadvertit ulterius idem Capitulum, demortuum Episcopum Boschi Brictinoriensem Ecclesiam duo de viginti circiter annis moderatum fuisse, ab anno scilicet 1778. ad annum usque 1807., quo ad Carpensem Ecclesiam fuit translatus, quam septem dumtaxat annis gubernavit. Præterea redditus Mensæ Episcopalis Brictinorii annuatim tria circiter millia scutorum suppeditarunt ad annum usque 1798. quo nonnulla prædia deperdita sunt; post eam tamen deperitionem ad hanc usque diem libera, et immunia percipiuntur quolibet anno scuta tercenta supra bis mille. Redditibus his licet translatus ad Ecclesiam Carpii ipse fruitus est usque ad ultimum vitæ diem, ac proinde annis fere viginti septem, ut confirmat etiam Mutinensis Antistes in sua informatione. Carpensis vero Mensæ Episcopalis redditus, quibus septennio ille gavisus est, licet annuorum scutorum mille ante translationem Episcopi Boschi summam conflarent in prospectu tamen horum redditium anno 1805. Laicæ Potestati exhibito ad Episcopum obtinendum annua tantum scuta tercenta suppeditabant. Hinc concludit Capitulum Brictinorii, mirum haud videri debere si pretiosiora suppellectilia relicta fuerint huic Ecclesiæ, non vero Carpensi, cum in S. Pii Constitutione §. 11. præscribatur inter plures Ecclesias dividenda esse sacra suppellectilia *habita ratione fructuum, et temporis*, quo præfuit Antistes.

Ex his vero redditibus Ecclesiarum Brictinoriensis, et Foropompiliensis tot annorum spatio perceptis argumentantur Canonici Brictinorii jus esse his Ecclesiis juxta Pianam Constitutionem condicendi ab hærede universa sacra suppellectilia, vasa, ornamenta ad divinum cultum spectantia indebite perce-

cepta cum hæreditate, si illa fuerint præfatarum Ecclesiarum proventibus a defuncto Episcopo acquisita, de quibus sermo est *in secundo dubio*. Obstare quidem posset huic petitioni aditio hæreditatis a Comite Boschi peracta ob Summi Pontificis intercessionem penes Serenissimum Mutinæ Ducem. Verum reponit Capitulum Brictinoriense postulare tantum, ut res ad divinum Cultum pertinentes Ecclesiasticis redditibus acquisitæ adscribantur suæ Cathedrali, ac Paræciæ Foropompilii; nihil vero sibi curæ esse, quoad hæreditatem, tum quia conflari hæc potuit nedum redditibus parsimonialibus, sed etiam industrialibus, et patrimonialibus, quibus locuples erat defunctus Episcopus ante suam exaltationem ad Brictinoriensem sedem, tum etiam, quia in dubio nulli Beneficiato imputari potest inæqua divisio proventuum mere Ecclasiasticorum ab aliis proventibus, de quibus plene disponere potest. Nihil autem his Ecclesiis obesse putat transactionem signatam inter Comitem Boschi hæredem, et Capitulum Carpense, quandoquidem hoc suis juribus valedicere poterat ob litium timorem, non autem præjudicium inferre juribus Ecclesiarum Brictinoriensis, et Foropompiliensis.

Quatenus autem huic secundæ Instantiæ Canonicorum Brictinorii suum assensum præstent EE. VV. tunc judicabunt utrum necessarium sit prius mandare vel actoribus ut probare debeant, quænam res ad divinum cultum pertinentes fuerint ab Episcopo Boschi Ecclesiasticis redditibus comparatæ, vel potius spectatæ Hæredis fidei committere, ut juratam illarum notulam exhibeat. Quod si hæc necessaria non ducant, tunc saltem definient, in qua quantitate hæc sacra suppellectilia adjudicanda sint Cathedrali Brictinorii, et Paræciæ Foropompilii. Duo itaque proponuntur controversiæ capita.

I. *An sint consignanda Legata a defuncto Episcopo Boschi relicta Ecclesiæ Cathedrali Brictinoriensi, et Paræciæ S. Petri Foropompilii in casu etc.*

II.

II. *An, et quomodo, et in qua quantitate competant iisdem Ecclesiis res ejusdem defuncti Episcopi ad cultum divinum pertinentes in casu etc.*

Ad I. Affirmative

Ad II. Affirmative, et esse inter eas proportionabiliter dividendas ad formam Constitutionis S. M. Pii V. incipien. *Romani Pontificis*.

MATHELICEN UNIONIS CANONICATUUM. *Sess. 22. c. 6. Sess. 24. c. 12. de Reform.*

In Ecclesia olim Collegiata Mathelicensi, deinde ad Cathedralis, gradum evehecta, per publicum Instrumentum anni 1634. a nobili viro Flaminio Razzanti, Ordinarii accedente authoritate, quatuor fuerunt erecti Canonicatus, congrua illis assignata dote viginti LL. MM. Cameralium, quorum annui redditus in totum conflabant summam scut. 104. inter ipsos ad ratam scut. 26. pro singulis dispertiendam. Onus vero illis imposuit fundator, omnia, et singula peragendi, ac præstandi, ad quæ præstanda tenebantur alii octo Canonici anterioris fundationis, nimirum quotidiani choralis servitii, et Missarum pro Benefactoribus per turnum, ac præterea in unaquaque hebdomada duas Missas privatas unam defunctorum, alteram Beatæ Mariæ Virginis perpetuo celebrandi, quas Fundator ipse præscripsit juxta mentem suam esse applicandas. Illud præterea cavit, ut quotcumque *augmentum seu decrementum dictorum Locorum montium illiusqae redditus, etiam facto Principis proventurum, comodo, vel risico Canonicorum, non autem ejusdem D. Flaminii, vel ejus Hæredum (qui ad aliquid aliud nunquam teneri voluit) cedat, et cedere debeat*.

Sic re in suis primordiis constituta juxta Fundatoris Mentem per aliquod temporis spatium omnia cessere. At postmodum LL. MM. redditibus imminutis (quo vero tempore haud satis constat) decreverunt pariter Missarum onera, quibus specialiter singuli Canonici tenebantur. Factum est enim, ut cum

cum LL. MM. non amplius scuta redderent 104.; sed tantum sexaginta, proptereaque ad ratam scut. 15. pro singulis quatuor Canonicis distribuenda, Missarum onera unicuique Canonico ad duas tantum pro singulis mensibus reducta fuerunt. Dein novis sequutis in annuo LL. MM. fructu imminutionibus, nunc vix in totum summam conflant scut. 25., ac proinde annuus singulorum Canonicorum redditus ad scuta sex, et obul. 25. cohibetur, unde redactus fuit etiam, speciali Pontificio Indulto Missarum numerus ad duas tantum annuas pro singulis Canonicis.

Hisce præmissis Canonicus Joannes Baptista Razzanti Mathelicensis, qui Jure-Patronatus quatuor Canonicatuum a Flaminio Fundatorum modo potitur, gratiam expostulat quatuor hasce præbendas, et Canonicatus ad duos tantum reducendi, idque tum ex eo quod actualis rèdditus = *appena basta per gli abili Corali, e per la soddisfazione dei Pesi inerenti ai Canonicati medesimi, a segno che da parecchi anni a questa parte ne restano vacanti numero due, per mancanza di chi abbia concorso ad ottarli*: tum ut *i due Soggetti, che ne saranno rinvestiti abbiano un qualche compenso benchè meschino alle loro fatiche*, tum quia tandem *il Capitolo della Cattedrale nulla và a perdere nel numero dei Canonici, essendo stato da due anni in qua aumentato di nuovi Canonicati eretti per Bolla di Sua Santità*.

Quæ huc usque retuli ex Episcopi Informatione, et ab eo transmissis documentis eduxi. Verum petitæ ab Oratore reductioni omnino sese opponit Capitulum; habito enim formali conventu sub die 3. Septembris 1818. contrariam edidit sententiam, ut ipsi ajunt= *per tre riflessi: il primo de' quali è, che se si riguarda la gloria di Dio, si dovrebbero piuttosto accrescere i Ministri del Santuario nell' impiego del Coro, che minorarne il numero; il secondo è, che accrescendosi, o almeno mantenendosi il maggior numero possibile dei detti Ministri il tutto cede in maggior decoro della Città, molto più della Chiesa; il terzo si è, che siccome la Sagrestia attualmente percepisce l' annua somma di scudi 17., e baj. 69. per utenzili delle Messe de' quat-*

tro

tro Canonici di Jus-Patronato Razzanti , se fossero ridotti a due alla nostra Sagrestia , ne risulterebbe notabil discapito .

Ab hac tamen Capituli sententia longe aberravit ejusdem Capituli Archipresbyter , qui tum Dei gloriam , tum Civitatis , et Ecclesiæ decus magis magisque promoveri demonstrare studuit admissa Canonicatuum Razzanti unione ; Nam aucta illorum Dote , ex redditu licet semper tenui , utpote duodecim annua scuta non excedente , attamen facilius quidem inveniri poterunt , qui eos optent , atque ideo Ecclesiæ servitio provideatur , quo vero ad damnum Sacrarii , hæc addit = *E' vero che quando i LL. de MM. rendevano l' intiero fruttato i quattro Canonici Razzanti contribuivano l' enunciata somma alla Sagrestia , ma decaduti siffatti Capitali ha creduto il Capitolo non molestarli per la soddisfazione di un peso , che erano impotenti a portare = E' da molto tempo , che la nostra Sagrestia si è accostumata a sentir questo discapito , e la riduzione nulla reca di più svantaggioso ; anzi rendendo in allora i Canonicati il doppio , cioè la somma di scudi dodici , se questo sembrasse al Capitolo Onorario bastevole per un Canonico , e lo credesse sufficiente a sostenere questo peso , meno durezza sarebbe obbligarli a soddisfarlo =*

Inter hanc Capituli , et Archipresbyteri dissonantiam , ita suum aperit votum Episcopus = *Ipse quidem animi mei sensum Eminentiis Vestris R̃mis : jubentibus expositurus , libentius quidem ex una parte Canonicorum numerum deprecata reductione non minuendum sentirem , et periculum , ex altera parte probabile admodum video , ne progressu temporis , pleneque hujusmodi Canonicales Præbendæ vacuæ relinquantur , aut iis conferantur , qui ætate fere puerili vix , aut ne vix quidem iis assequendis idonei censeantur , ac propterea firmo integro Canonicatuum numero , longe sit minor numerus Canonicorum , eorum saltem , qui et Ecclesiæ decus teneant , eidemque utiliter , devote , ac reverenter psallendo deserviant . Periculum autem hujusmodi amoveri non videtur , si quatuor Præbendis ad duas tantum redactis , singulorum redditus duplicetur ; duplex namque earum redditus summam scutor.*

duo-

duodecim cum dimidio non excedens tenuissimus, et is æstimari non desint . . . .

In hoc rerum statu id unum proponerem, si EE.VV.RR. placeat quod scilicet singulis quatuor, prout nunc sunt, Præbendis Canonicalibus habitualiter conservatis, de iis prævia semper Patroni nominatione, si qui sunt Sacerdotes, vel Clerici ætate tamen, probitate, et alias Ecclesiæ, et Chori Servitio, et juxta Sacros Canones idonei, qui eas assequi postulent, provideantur; quoties vero, et quandocumque earum unam, vel alteram tamdiu vacare contingat, ut nemo de ea postulet provideri, tunc hæc favore alterius ex dictis Canonicis a Patrono pariter nominandi cumuletur =

Ita exposita facti specie, ac relatis rationum hinc inde momentis, superest addendum, quod cum quatuor Canonicatuum, de quibus inquiritur, integra Dos constet ex fructibus Locorum Montium nullis distributionibus augetur Canonicorum stipendium. Quo vero ad juris dispositionem sat erit EE. Patruum memoriæ revocare, quod S. Tridentina Synodus *Sess.24. cap. 15. de Reform.* hac de re sapientissime decrevit: = *In Ecclesiis Cathedralibus Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, et personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia Beneficia non tamen Regularia iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis cum Patronorum consensu, si de Jurepatronatus laicorum sint, quarum fructus, et proventus reliquarum Præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen ut tot supersint, quæ divino Cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere =*

Dubium erit

An, et quomodo concedenda sit reductio Canonicatuum in casu etc.

Affirmative ad duos Canonicatus applicatis redditibus et oneribus Missarum juxta ultimam reductionem, et notificetur Ministris Dat ariæ.

RI-

RIPANA JUBILATIONIS. Amelius Natali Presbyter Ripanus dum anno 1646. *die 4. Septembris* duas præbendas de jurepatronatus Laicales instituit amovibiles ad nutum in Ecclesia Cathedrali, jussit, ut deficientibus masculis e genere suo, Capitulum eligere posset, quem vellet, adjecta tamen conditione, quod si postea aliquis superveniret ex familia Natali idoneus, et capax, illico removeri deberent provisi, earumque locum occuparet conjunctus. Ob reddituum diminutionem duæ illæ præbendæ ad unam tantummodo fuerunt reductæ. Sacerdos Joannes Teodori actualis utriusque præbendæ possessor post quadraginta expletos annos in servitio, et ob suæ valetudinis infirmitatem postulat indultum abstinendi a Choro. *De Reform. Sess. 24. Cap. 12*

Ablegatis de more precibus Episcopo qui referret, audito Capitulo, et de continuo, ac laudabili expleto quadraginta annorum servitio, hæc habet in sua Informatione = *Quod utique concedi posse putarem, si hic non ageretur de materiali servitio semper, et quandocumque præstando, sive per se, sive per alium, ut pluries evenit, et præsertim ipsimet postulanti, qui in principio suæ institutionis studiorum causa ab alio, donec Sacerdos ordinatus fuit vices suas suppleri fecit, et Presbytero Aloysio Antonio Vicione nunc Canonico, qui dum alio bis per triennium ad sua peragenda negotia cum facultatibus se transtulit, per alium muneri suo laudabiliter functus est in festivo servitio, cui tantum tenebatur, quod neutiquam dici potest de Canonicis, pro quibus expresse et clare, tam quoad studiorum causam, quam quoad quadragenarium servitium jam dispositum fuit a Sacrosancta Synodo Tridentina. Sed quoniam ratione institutionis, istiusmodi Præbendatus tenetur quotidie interesse Choro, et insuper tam in Missis solemnibus, quam in legendis, vel canendis Antiphonis, Lectionibus, Responsoriis, Martyrologio perpetuum præstare servitium, demptis quinquaginta dierum vacationibus ad instar Canonicorum ab ipso Institutore concessis, petita exemptio, et jubilatio locum habere non posse viderentur. Accedit etiam, quod reapse hujusmodi Præbenda est per se amovibilis, itaut per Capitularem resolutionem ob justas causas acce-*

 den-

dente Ordinarii consensu actualis provisus removeri possit, prout aliquando eventum compertum habui. Quod quam verum sit per hoc satis abunde patet quod Clerici ea gaudentes in Sacrum Patrimonium sibi constituere nequeunt, nisi ex consensu Capituli, prout Orator ipse, cui licet hac gaudeat præbenda ab adolescientia sua, attamen pro Sacris Ordinibus suscipiendis patrimonium parentes constituerunt. =

Licet nihil statuant SS. Canones de jubilatione iis concedenda, qui laudabiliter per 40. annos Ecclesiæ inservierunt, jamdiu tamen inolevit in hac Sacra Congregatione æquissima praxis concedendi Canonicis, et Beneficiatis indultum Jubilationis, dummodo tamen eorum servitium fuerit per annos 40. continuum, ac laudabile, *ut in Maceraten. Jubilationis* 8. *Maii* 1698., *et in Constantien.* 4. *Maii* 1737. *in Ripana jubilat.* 11. *Martii* 1728., *et in Brictinorien.* 12. *Maii* 1792.

Verum tamen continuum, ac laudabile servitium præstari debet per annos quadraginta, ita ut deficiente hoc laudabili, et continuo servitio Indultum omnino denegari soleat a Sacra Congregatione, quemadmodum videre est præsertim *in Cusentina jubilationis* 27. *Junii* 1805. *et in Nullius Farfen jubilationis* 18. *Augusti* 1806.

Ex exhibita ab Oratore attestatione non constat de laudabili, et assiduo ejus servitio, sed tantum de externa modestia, decentia, et gravitate, qua quisque divinas laudes persolvere debet; imo Capitulum ipsum canonice congregatum, ait dici non posse eumdem laudabilem Choro servitium præstitisse.

Animadvertendum insuper est quod non agitur de Capellano perpetuo, sed de Capellano amovibili, et ad nutum; quibus in terminis nullum occurrit Jubilationis exemplum. Præcarium sane esset indultum dum ad nutum Capellanus removeri posset, et adversaretur etiam menti Fundatoris, qui ad perpetuum fortasse obtinendum illius servitium amovibilitatem ad nutum præscripsit.

Sed e contra Orator ait, mentem Institutoris circa amovibilitatem eam fuisse, quæ etiam in perpetuis Ecclesiasticis Beneficiis locum habere potest, nimirum ut legitima intercedente causa possit a Capitulo cum Or-

Ordinarii approbatione removeri Præbendatus, vel in casu quo quis sanguine conjunctus idoneus exeat, ut is, amoto extraneo, prælationem obtineat.

Verum enim vero Institutor dum primam vocationis sedem tribuit duobus Nepotibus adjecit legem = *e questi due suoi Nipoti viventi non possano, ne debbano dalli Signori Canonici essere rimossi dalle dette due Prebende* = cum vero de omnibus aliis Præbendatis a Capitulo eligendis sermonem habuit hæc addidit = *li quali due Prebendati possano essere rimossi dal medesimo Capitolo, però con causa da giudicarsi da dieci Canonici con l' approvazione anche di Monsig. Vescovo pro tempore* = et reapse hanc remotionem pluries contigisse constat ex libris Capitularibus, tam quoad propinquos indiscriminatim, quam quoad extraneos.

Videant igitur Emi PP. utrum in casu, amplectenda sit sententia Episcopi, qui ita se habet. *Hisce omnibus præmissis æquius putarem, quod Orator ipse facultatem peteret alium substituendi cum pacta mercede, qui ejusdem vices plene atque perfecte gerat potius, quam jubilationem, ne divinus cultus, et Ecclesiasticarum functionum decor detrimentum, vel minimum patiatur, cum enunciatæ duæ præbendæ simul junctæ sufficientem ad ejusdem substentationem præbeant congruam.*

Vestrum nunc erit dirimere dubium.

An, et quomodo sit, concedenda jubilatio in casu etc.

Negative

AMPURIEN, ET CIVITANEN. PAROCHIALIS. Uno alteroque ab hinc seculo cum S. M. Gregorius XV. Parochialem Ecclesiam loci *Templo* Civitatensis Diœcesis in Collegiatam erexit, onus Animarum Curæ impo- *Sess. 7. Cap. 7. de Reform.*

posuit Decano, et Canonicis illius Capituli. Ut facile evenit, ut quæ communiter administrantur, communiter negligantur, ita tractu temporis illarum Animarum, quæ etiam per agros dispersæ ad numerum octo milium exurgunt, cura, illisque necessaria Sacramentorum administratio socorditer exercita est, ut pluries, pluriesque in SS. Visitationibus Episcopi toti fuerint, ut specialibus decretis Decanum et Canonicos ad onus sibi impositum rite absolvendum revocarent. Res tamen in irritum cessit, unde Parochiani supplices penes SSmum insteterunt, ut aliquo supremæ auctoritatis remedio sibi consuleretur, quod ordinaria Episcoporum authoritate consequi non poterant.

Priusquam hujusmodi instantiam EE. Vestrarum judicio subjicerem, una, alteraque vice rogavi Episcopum, ut audito in scriptis præsertim Capitulo, et Promothore Fiscali referret super expositis, nec non remedia proponeret, ne amplius animarum cura detrimentum pateretur.

Hæc habet Episcopus in sua Informatione „ Debita, „ ut decet reverentia Eminentiæ Suæ Rmæ epistolam „ accepi diei 24. Mensis Augusti currentis Anni, una „ cum adjunctis precibus propositis in S.Congregatione „ Concilii nomine Prochianorum Parochialis Ecclesiæ „ Collegiatæ loci de Templo meæ Civitatensis Diœcesis, „ ejusque Sacræ Congregationis præceptis obtemperare „ distuli, audito in scriptis Capitulo, et Promothore „ Fiscali, qui unanimiter in re, de qua agitur, mihi retulerunt, necessarium omnino fore deputatio„ nem unius Canonici Parochi, et quatuor, aut „ quinque Beneficiatorum Coadjutorum ex Canoni„ nicatibus, et Beneficiis in ea Collegiata existenti„ bus, qui actualem animarum curam exerceant, „ servata penes Capitulum cura habituali, cum con„ grua portione quinquaginta scutorum monetæ hu„ jus Regni, quæ quadraginta scutorum monetæ Ro„ manæ summam non excedit ex fructibus Massæ „ Capitularis a prædicto Canonico Parocho recipien„ da, atque centum scutorum summa monetæ hu„ jus Regni, quæ octoginta scutorum summam mo„ netæ Romanæ non excedit pro prædictis Coadjutori-

„ ribus, pro rata dividenda, ex eadem Massa distri-
„ buenda, servata in reliquis dispositione S.M. Gre-
„ gorii Papæ XV. in suis Apostolicis litteris pro ere-
„ ctione dictæ Collegiatæ, nec non pro destinan-
„ dis ab eodem Capitulo, prævia Ordinarii appro-
„ batione Beneficiatis Coadjutoribus in Ecclesiis ru-
„ ralibus in amplo Territorio Gallurensi. existentibus
„ jam designatis ad Sacramenta fidelibus ruriculis
„ subministranda; nec non servatis juribus, et ob-
„ ventionibus eidem Capitulo a primæva sui funda-
„ tione concessis, et incorporatis, ita ut tam prædi-
„ ctus Canonicus Parochus, quam Beneficiati Coad-
„ jutores, eorumque successores in perpetuum præ-
„ ter participationem reliquorum fructuum cæteris
„ de corpore Capituli quoquomodo spectantibus,
„ etiam antedictam centum quinquaginta scutorum
„ summam monetæ hujus Regni modo, ut supra
„ præmittitur dividendam, recipiant, de quibus om-
„ nibus Eminentiam tuam enixe rogo, ut de beni-
„ gnitate Apostolica gratiam faciat concessa Ordina-
„ rio Civitatensi pro tempore existenti facultate præ-
„ missa exequendi absque litterarum Apostolicarum
„ in forma Cancellariæ expeditione; attenta dictæ
„ Ecclesiæ Collegiatæ, et Capituli reddituum tenui-
„ tate. =

Constat vero de assensu totius Capituli ex instrumento in forma authentica transmisso, ex quo patet ipsum Capitulum, retenta penes se habituali tantum cura, sese in perpetuum obligare ad annuam præstationem ex comuni massa scutorum centum, quinquaginta, quorum quinquaginta pro Canonico Curato, reliqua vero centum pro quatuor Beneficiatis adjutoribus tribuenda, sunt, ita tamen, ut prædicti participes fiant omnium fructuum suarum Præbendarum, et distributionum, ut cæteri Chorales, utque exempti sint ab onere interessendi Choro singulis horis, et diebus tantum, quibus animarum curæ vacant; omnia vero incertæ, quæ dicuntur stolæ, aliique animarum curæ proventus massæ comuni accrescant, et inter omnes Præbendatos; comprehensis animarum curæ addictis, dividantur.

Præ-

Præcipit SS. Tridentina Synodus, ut si in Cathedralibus, aliisque Ecclesiis Beneficia Curata perpetuo unita reperiantur, Ordinarii sollicite providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos animarum cura laudabiliter exerceatur, *Sess. 7. Cap. 7. de Reform.* Huic Tridentinæ sanctioni famulatus S. M. Pius V. in sua Constitutione, cujus initium = *Quantum animarum* = in universa Sardiniæ Insula Vicariorum deputationem præscripsit in omnibus iis Ecclesiis Parochialibus, quæ Dignitatibus, vel Cathedralibus, vel aliis Ecclesiis unitæ essent, in quibus nullæ fuissent Vicariæ perpetuæ institutæ. Id ipsum constituit laudatus S. Pontifex in alia Constitutione quæ incipit = *Et si omnibus* = quoad Basilicas, et Collegiatas Urbis, quibus adnexa erat cura animarum, iisque Vicarios perpetuos constitui jussit.

At vero dubitari potest, utrum in præsenti casu, in quo proponitur electio unius ex Canonicis ad munus Vicarii perpetui, et quatuor Beneficiatorum tanquam adjutorum, ea oriatur incompatibilitas, a qua SS. Ecclesiae Canones abhorrent. Nequeunt enim tum Canonicus tum Beneficiati, dum Parochialis Curae munia adimplent, Chorali servitio interesse. Hinc in Cap. *Extirpandae §. Qui vero de Præbendis* ita sancitum reperitur = *Qui Parochialem habet Ecclesiam, non per Vicarium sed per seipsum illi deserviat..... nisi forte dignitati vel Præbendæ Parochialis Ecclesiæ sit adnexa; in quo casu concedimus, ut qui talem habet Præbendam, vel dignitatem, cum oporteat eum in majori Ecclesia deservire in ipsa Parochiali Ecclesia idoneum, et perpetuum habeat vicarium canonice institutum.*

Plura tamen non desunt exempla: etiam in hac almâ Urbe, in quibus, remanente habituali Cura penes universum Capitulum, unus ex eodem Capitulo ad exercitium ipsius Curæ seligatur tanquam Vicarius Perpetuus. Animadvertendum insuper est, ut si in præsenti casu non arrideat electio unius ex Canonicis, et quatuor Beneficiatorum, tunc certe satis non esset congrua pro omnibus constituta in annuis Scutis Centumquinquaginta, quæ fortasse sufficiens erit pro-

pro iis, qui retinent Choralem Præbendam, et quotidianis distributionibus fruuntur.

Post hæc Vestrum erit EE. Patres dirimere dubium.

An, et quomodo sit locus deputationi Vicarii perpetui, et Capellanorum in casu etc.

Non proposita cum sequen.

ASCULANA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS Duplici ab hinc sæculo Sacerdos Thomas Vannarelli geminas instituit Mantionarias in Cathedrali Ecclesia Asculana, earumque possessoribus indixit, ut pro unaquaque duas Missas in qualibet hebdomada celebrarent, ut ter quotidie Choro interessent, alternis vicibus Missas canerent, aliasque functiones in eadem Ecclesia exercerent. Constat ex Tabella onerum in Sacrario Cathedralis existenti, quod usque ab anno 1714 in actu S. Visitationis binæ Missæ ad unam tantum in hebdomada fuerunt reductæ. Hæc autem reductio confirmatur ex altera Tabella de mandato Episcopi renovata de anno 1738. Constat etiam ex hac novissima Tabella, quod usque ab anno 1737. ob tenuitatem redituum Mansionariarum a tunc temporis Episcopo Marano alteri unitum fuit tenue Beneficium Alvitreti cum onere celebrandi unam Missam in qualibet hebdomada, et alteri unitum fuit Clericatum sub titulo Boni Jesu cum eodem onere unius Missæ hebdomadalis. *Sess. 22. Cap. 6. de Refor.*

Ex hisce Mansionariis unam obtinet Sacerdos Xaverius Quintili, alteram Sacerdos Angelus Santori, qui cum sese nimium oneribus gravatos ob redituum tenuitatem putent, Missarum reductionem efflagitant ad unam tantum in qualibet hebdomada. Ex statu Activo, et Passivo utriusque Præbendæ auctæ, ut superius retuli, colligitur Mansionariam a Quintilio pos-

ses-

sessam reddere annua scut. 48. et obul. 83. alteram possessam a Santorio reddere scuta 35. et obul. 43. a quo redditu demptis oneribus, et scuta tresdecim pro 104. Missis pro unaquaque Præbenda ad rationem obolorum duodecim cum dimidio, libera supersunt pro *prima* annua scuta 22. 58. pro *altera* scuta annua 20. 93.

Hæc omnia confirmat Episcopus de sua sententia rogatus, addens etiam quidquid celebrationem quoad præteritum respicit = *Iidem Mansionarii* (ita ait Episcopus) *qui ter quotidie Choro interesse tenentur alternis vicibus Missas canere, functiones alias exercere ceterisque oneribus satisfacere, quæ in Cathedrali nunquam desunt, adimplenda, devincerentur etiam quolibet anno celebratione* 104. *Missarum*.

Quinam autem sunt redditus eorum Beneficiorum tantis obligationibus oneratorum? Inspicere dignentur Patres Emi, sub num. 5. *folium obsignatum Lit. A.B.C.D. et ictu oculi videbunt Sacerdotem Quintilj vix percipientem ex sua Præbenda Scuta* 22. 58. ½ *et Angelum Santori* 20. *Scutata, et obul.* 93. ½ *Qui redditus quam tenues, quam angusti, quam oneribus impares sint quispiam facile cognoscet, atque percipiet*.

Sed quæritur de Eleemosyna vere necessaria pro Missa, ut opinor, celebranda.

Synodus postrema anno 1765. *habita statuit pro qualibet Missa legenda julium unum. Imminuto nunc Sacerdotum numero, aliisque de causis, quas recensere non refert, vix inveniuntur hic Sacerdotes, qui onus Missas celebrandi suscipiant pro obulis duodecim cum dimidio*.

Inquiritur quoque de celebratione quoad præteritum.

Constat ex libris, vulgo Vacchetta, ab anno 1804. *usque ad annum* 1817 *prætermissas fuisse Missas vigintiquatuor, cum ob ammissionem cujusdam census scutatorum* 115. *una cum fructibus tum ob moderationem Missarum sibi factam juxta Indultum Benedictinum: Constat etiam ex iisdem libris, ob tenuissimos perceptos fructus unam tantum Missam lectam esse in qualibet Hebdomada ab anno* 1818. *usque ad currentem, pro qua omissione veniam ipsi quoque efflagitant, seque voti compotes fieri maxime confidunt*.

Hoc

Hoc unum tandem rogo, ut indigentibus Oratoribus subvenire nequaquam pigeat eo vel maxime, quod Rmum Capitulum onerum, quæ illi sustinent, nec non qua afficiuntur inopia, optime conscium in eadem Sententia est.

Probata reddituum diminutione, ita ut illi oneribus ferendis impares sint, reductionem locum habere passim respondit S. hac Congregatio, ac præsertim *in Romana commutationis voluntatis* 27. *Februarii* 1734. *et in Romana Reductionis* 2. *Maii* 1818 At inter tot onera, quibus Mantionarii Oratores gravantur, inquirendum est, de quibus prælative oneribus sit facienda reductio. Sane ex notissima doctirina S. M. Bededicto XIV. *de Synodo Diœces. li.. 3. cap. ult. num. 23.* Certum est potius alia onera esse reducenda, quam Missas, et hanc doctrinam sequuta est S. Congregatio *in Regien. Reductionis Servitii Chori, et Missarum* 22. *Junii* 1775. *in Urbanien. Reductionis Missarum* 16. *Februarii* 1788. *et in Romana Reductionis* 5. *Maii* 1803.

Verum enim vera hæc eadem laudabilis Praxis limitationem aliquando recepit in iis casibus, in quibus, ad servandum integrum Missarum numerum Chori servitium minui deberet. Præsumpta quippe Defunctorum voluntas est, ut qui Chorale Beneficium instituit adjecto Missarum onere, præcipue inspexerit Ecclesiæ servitio. Ita censuit S. Congregatio in *Asculana Missarum* 20. *Aprilis* 1782. *in Nullius S. Martini* 12. *Septembris* 1801. *et in Taurinen. absolutionis, suspensionis, et Reductionis* 1. *Martii* 1817.

Petitæ etiam Missarum reductioni obstat altera regula, qua cavetur, ne reductio reductionis concedatur, *ut in Neapolitana Reductionis Missarum* 19. *Novembris* 1729. *in Interamnen. Reductionis Missarum, et in Spoletana Reductionis* 12. *Junii* 1817. Jam enim, ut refert Episcopus in sua Informatione, usque ab anno 1714. binæ Missæ hebdomadales ad unam tantum reductæ fuerunt, quibus altera superaccessit Missa ab unitis utrique Præbendæ beneficiis. At novum non est, ut nova concedatur reductio, si novæ supervenerint circumstantiæ, ex quibus sine Possessorum culpa Beneficiorum reditus iterum diminuti fuerint; ita *in Novarien. Reductionis Missarum* 7. *Septembris* 1793.

et in Ampurien. 5. *Aprilis* 1794. Certum quidem in facto est post annum 1714. ita tenues judicio Ordinarii habitos fuisse redditus harum Præbendarum, ut Episcopus Marano iis univerit duo simplicia Beneficia adjecto onere alterius Missæ. Videant ergo EE. PP., utrum annuus redditus scutor. viginti satis sit ad sustinenda cætera onera, de quibus superius memini, quin necessaria sit nova Missarum reductio ad unam tantum in hebdomada, quemadmodum postulant Oratores.

Quod vero spectat ad Missas in præteritum inadimpletas habent EE. PP. in Episcopi Informatione earum numerum, et causam impotentiæ ex defectu redditum, qua Oratores suas omissiones excusare contendunt. Sane si quævis excludatur fraus, si rationabilis concurrat Causa, solet S. Congregatio ab inadimpletis Missis absolvere, ut in *Faventina Reductionis Servitii Chori, et Missarum* 15. *Januarii* 1780. *et in Anconitana Missarum* 16. *Martii* 1782.

Dubia erunt

I. *An et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Sess.25. Cap.4. de Reform.

URBINATEN, REDUCTIONIS MISSARUM. Ultimo quo decessit elogio anno 1688. die 12. Januarii, Sacerdos Laurentius Salvi Urbanien., ex designata suorum parte, ex prædio nempe, cui nomen *le Buragi*. Hærede instituto Sacerdote Laurentio Marfori illi, ejusque in hæreditate Successori injunxit = *Che in perpetuo, e per sempre gli dica essendo Sacerdote,* *o gli*

o gli faccia dire una Messa alla Settimana per l'anima di esso Sig. Testatore in qualsivoglia Chiesa li parerà, e che per cinque anni faccia la Festa di S. Lorenzo Martire al di lui Oratorio delle Buragi di cinque Messe per l'anima sua, e da cinque anni in là lo rimette alla sua devozione.

Lapsu temporis domus, ac familia Marfori multo ære alieno gravata, cum aliud non suppeteret medium, unde satis suis creditoribus faceret, prædium *le Buragi* alienarunt Franciscus Maria, et Joannes Antonius Marfori favore Hieronymi Rombolotti solemniter stipulato Instrumento die 23. mensis Martii anni 1763. Inter alias contractus conditiones hæc præ cæteris conventa est = *Inoltre lo stesso Sig. Girolamo di consenso, e soddisfazione de' Signori Marforj venditori ritenne, e ritiene presso di se scudi trecento venticinque in compenso, e soddisfazione dell'annuo perpetuo Legato di Messe 52. gravanti il medesimo Podere delle Buragi, quale legato, atteso il bonifico delli scudi 325. il Sig. Rombolotti si assunse, e si assume in se stesso ec. promettendo, ed obbligandosi di pienamente, e prontamente soddisfarlo in ogni anno dal giorno di oggi, e fintanto, che durerà il sole, e giusta la mente del Signor D. Lorenzo Salvi Testatore* = In eoque Instrumento facta est reservatio dominii pro securitate Pii Legati.

Laurentius Rombolotti memorati Hieronymi hæres, ac modernus prædii *le Buragi* possessor preces SSmo obtulit, exposuitque = *Il fondo le Buragi è evitto da debiti, in maniera, che rimane scoperta un' Ipoteca di scudi 450. senza far conto dei frutti decorsi di parecchie centinaja a favore di altri creditori, che ivi iscrissero la speciale ipoteca, e che hanno acquistato anteriotà a preferenza del Legato, perchè non iscritto. Evitto ancora è il fondo di Calariccia* (aliud prædium scilicet ad Oratorem pertinens) *e non rimane all'Oratore altro Capitale, ove farlo iscrivere* =. Hinc postulavit reductionem ad tres Missas pro quolibet anno, in die festo S. Laurentii Martyris, *per cui farà, che vi acceda in cauzione la propria Moglie, quale conta l' Iscrizione Ipotecaria nel fondo Calariccia per il titolo Dotale.*

 Cum

Cum primum super hisce precibus expostulata est Informatio Archiepiscopi Urbinatensis, Vicarius Capitularis superius exposita confirmavit, hæc addens = *Defuncto interea Laurentio Seniore Rombolotti, subversa fuisse visa sunt omnia. Qui enim ei successere quatuor initio censuum onera ad quantitatem usque scutatorum mille sexcentum, et ultra super Prædio le Buragi singulas per vices imposuere: quibus tamen ferendis Fundus ipse suppositus impar fuerat omnino. Quippe qui una cum adnexis vix penditur scutatis mille, ac centum triginta octo juxta relationem Periti Angeloni ad id peculiariter delecti. Cætera autem bona ex uno Prædio Calariccia conflata, cujus valor ab antedicto Perito ad scutata tantum quatuor mille, et quingenta defertur, tam multo alieno aere obruta esse patet ab hoc Hypothecarum Officio, ut scutata desint bismille, et eo amplius ad Creditorum jura censualia exequenda. Quod vero magis est, nullibi Legatum istud ad formam Motus proprii diei 6. Julii 1816. reperitur inscriptum. In hac itaque rerum omnium jactura, debitaque Inscriptionis omissione, cum persequendi Legati omnis concidit actio, tum Oratoris preces exaudiri posse censeo. Admissa namque Missarum reductione ab Oratore expetita, simulatque pro illarum satisfactione uxoris suæ bona dotalia fiant obnoxia saltem aliqua ex parte Legatum sistet imposterum, quod ex præmissis jam prorsus interierat.*

Satis cum hæc visa non fuerint ad rectum, certumque reddendum judicium, nova postulata est, informatio, quam idem Vicarius reddidit in hæc verba = „ Nemo est qui hoc in negotio peculiare jactare possit interesse præter creditores; qui jam ratione hypothecarum vel anteriores, vel posteriores sunt post dotem ipsius viduæ etc. Anteriores quinque adnumerantur, quorum hypothecæ super prædium in vocabulo Calariccia ascendunt ad summam sc. 2281. absque fructibus huc usque decursis. Insuper addendum est onus bimestralium Prædialium non solutarum, quod modo ascendit ad summam scut. 169. et labente tempore jugiter augetur.

„ Prædicti Prœdii Calariccia valor de judicio Peritorum ascen-

„ ascendit ad summam scut. 4000., et ultra; ideo-
„ que hypotheca super illud imposita pro dote ipsius
„ Viduæ modo fortasse secura et firma videtur;
„ cujus integritas est scutorum 570. Hujus medieta-
„ tem obligavit ipsa Mulier cum solemnitatibus Men-
„ se Octobris 1817. pro Joanne Baptista Cassetti S. Aga-
„ thæ Feltriæ sui Creditoris pro litteris Cambialibus.
„ Supradicta Eleonora a Rmo Episcopo Urbanien re-
„ quisita vellet ne assumere onus trium Missarum ad
„ annum semper, et in perpetuum celebrandarum,
„ libere, et affirmative respondit, ut me Præsul ipse
„ suis Litteris edocuit.

Illud in primis præ oculis habeant Emi Patres, Laurentium Rombolotti, cui onus satisfacendi legatum, utpote qui fundum eo gravatum ex hæreditate accepit certo certius incumberet *ex leg. qui in jus.* 137. *et leg. Nemo plus* 54. *ff. de Regul. Jur.* extrema paupertate laborare; nihilque amplius possidere, quemadmodum ipse testatur Urbinatensis Vicarius Capitularis. Hinc inutilis contra ipsum instrueretur personalis actio, quam illius excluderet inopia.

Hinc tota quæstio institui potest quoad actionem realem super fundo = *le Buragi* = specialiter a Fundatore pro Pio legato assignato, et cum hoc expresso onere in Familiam Rombolotti translato. Deficit quidem formalis inscriptio super hoc fundo sive ex socordia sive data opera omissa ab Oratore. E contra ejus creditores sua credita inscribi curarunt tam super hoc Prædio, quam super alio nuncupato *Calariccia*, quæ tamen satis non sunt pro illorum satisfactione.

Videant ergo EE. Patres, an creditores Familiæ Rombolotti, qui nihil commune habent cum Institutore Legati ejusque hærede possint vi inscriptionis hypothecariæ sibi prælative vindicare fundum jam ab Anno 1688. subjectum oneri Missarum, seu potius locum habeat notissimum juris communis adagium = *qui prior in tempore potior in jure* = juxta legem *quoties.* 98. *ff. de Regul. Jur.* Nec prætereundum est, quod in instrumento venditionis Fundi = *le Buragi* = de anno 1763. non solum expressa facta fuit mentio legati Missarum, non solum Emptor penes se retinuit partem pretii, nimirum scuta 325. pro perpetua satisfactione ejusdem Legati, sed etiam

etiam illius favore expressa facta est dominii reservatio = *per li quali scudi 325. s'intenda sempre riservato il dominio, e mai possa trasferirsi in alcuna persona, benchè privilegiata, privilegiatissima, e nettampoco nel sudetto Sig. Compratore* = unde videtur Legatum Pium præferendum esse Creditoribus, qui suam actionem mutuare nequeunt, nisi post diem editi Motus Proprii super Inscriptione, nimirum post diem 6. Julii 1816. unde nequeant persequi bona, quæ primævam retinent hypothecam juxta *Cenc. de Censib. quæst* 98. *N.* 14. *Rot. coram Molin Decis.* 487. *sub. N.* 26. *et S. Congreg. in Derthonen. commutationis voluntatis* 10. *Maii* 1794. Sed animadvertendum est in laudato Motu Proprio ita præscribi art. 26. cap. 2. = *Le Ipoteche tacite, e legali di qualunque specie esse siano, comprese anche quelle delle Donne per le costituzioni delle loro Doti, dei Minori e dei Pupilli sopra i beni dei Tutori, e Curatori degli stabilimenti pubblici, e dei luoghi pii non sono valevoli in concorso dei creditori Ipotecarj iscritti, o contro i terzi possessori* = et Art. 31. = *Niun privilegio speciale derivante da qualsivoglia legge, comprensivamente a qualunque Ipoteca indotta dalle leggi medesime avrà mai alcun'effetto sugl'immobili contemplati nel sistema Ipotecario in concorso de' Creditori ipotecarj iscritti, e contro i terzi Possessori* = Quod si EE. Patribus nullam utilem actionem experiri posse videbitur favore pii legati contra tertios possessores, et inscriptos Creditores, videndum utrum nec ne piæ causæ congruat Oratoris Instantiam admittere, et Missas 52. ad tres reducere, earumque satisfactionem tutam reddere per obligationem uxoris oratoris.

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

Et quatenus Negative.

II. *An, et quomodo sit providendum pro adimplemento Legati Pii in casu etc.*

Die Sabathi 26. Februarii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

AMPURIEN., ET CIVITATEN PAROCHIALIS. *Sess. 7. Cap. 7. de Reform.*

Dub. *An, et quomodo sit locus deputationi Vicarii perpetui, et Capellanorum in casu etc.*

Affirmative juxta votum Episcopi, et Instrumentum Capituli, et ad D. Secretarium cum SSmo.

ASCULANA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS *Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

Dub. I. *An, et quomodo sit concedenda Reductio Missarum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione, quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I., et II. Dub. dilata, et scribatur Episcopo pro nova Informatione ad Mentem.

URBINATEN. REDUCTIONIS MISSARUM. *Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

Dub. I. *An, et quomodo sit concedenda Reductio Missarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit providendum pro adimplemento Legati pii in casu etc.*

Dilata ad sequentem.

Sess.22. Cap.6. De Reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. In folio Congregationis habitæ *die* 18. *Septembris* elapsi anni actum est de hac causa, et proposita fuerunt Dubia *I. An sit locus Aperitioni Oris in casu etc. II. An constet de nullitate resolutionis, et collationis dotis factæ a Confraternitate in casu etc. III. An, sit locus solutioni dotis favore Birgittæ Gabrielli, seu potius applicationi favore Justinæ Bennini in casu etc. IV. An, et quomodo sit providendum in casu etc. V. An sit locus refectioni expensarum etiam extrajudicialium in casu etc.* Ad primum, et secundum responderunt EE. VV. *Negative*, ad tertium, quartum, et quintum dilata fuit resolutio, rescriptumque est *iterum proponantur*. Nunc igitur redit ad EE. PP. judicium, juribus ab utraque parte distributis.

Justinæ Bennini defensor recedendum esse autumat a decisis *in primo dubio*, cum falso expositum fuisse appareat ex adversariorum documentis Summo Pontifici, Birgittam Gabrielli a bisavo Senensi descendere; quandoquidem documenta ex adverso exhibita probant a tritavo descendere. Multum vero intererat hujus veritatis expositio; facilius enim ab uno, quam ab altero gradu dispensatur juxta Vivian. de *jur. patr. part. 2. lib. 6. num. 8., et* 9. Piton. *discept. Eccl.* 13. *num.* 42. Corrad. *prax. dispen. lib. 7. Cap. 4. num.* 59. Nullius deinde roboris hæc documenta esse dicit, cum ad probandam nationalitatem fides baptismatis requiratur nedum a Doctoribus, sed etiam a Statutis Confraternitatis sub pœna exclusionis. Non probata vero nationalitate corruit SS̃mi rescriptum ex vitio obreptionis, et subreptionis, et ex his concludit nullam esse resolutionem Confraternitatis, et collationem dotis factam favore Birgittæ destitutæ qualitatibus a fundatore, et a Statuto Archiconfraternitatis requisitis, quibus derogare non poterant Confratres; adeoque a decisis etiam in *II. Dubio* recedendum esse putat.

Sed, seclusa etiam obreptione, et subreptione Pontificii rescripti, ac data legitima probatione nationalitatis Tritavi Gregorii, contendit, numquam Birgittæ, quæ dispensatione indigebat pro concursu, sed Justinæ nulla dispensatione indigenti conferendum esse subsi-

sidium, de quo agitur; in paritate enim concurrentium habilis præferendus est habilitato ut docent Vivian. *loc. cit. lib.* 12. *Cap.* 9. *num.* 29. Pirr. Corr. *loc. cit. lib.* 4. *et.* 5. Barbos *ad Conc. Trid Sess.* 24. *de Reform. Cap.* 17. *num.* 133., quin dici valeat, Justinam habilitatam fuisse ob superatam ætatem annorum viginti; non enim ipsa pro se tantum, sed Confraternitas pro *omnibus puellis Senensibus* id obtinuit a SSmo ob præteritas rerum vicissitudines, quæ quidem generalis habilitatio suffragatur etiam Brigittæ ob defectum ætatis, quam nec juvat prompta occasio nubendi in Domino, quia hæc prælationis circumstantia promanat ex decreto S. Visitationis Apostolicæ Confraternitatis anni 1731. non ex voluntate fundatoris, locumque obtinet, ubi plures sunt concurrentes iisdem præditæ requisitis.

Defensor vero Birgittæ ad excludendam obreptionem et subreptionem ad ea omnia appellat, quæ in præterita allegatione fuso calamo exposuit, additque solum nullius momenti esse deficientiam fidei baptismatis Gregorii, cum ejus ortus in civitate Senensi plurimis aliis probetur argumentis, nihilque validitati resolutionis, et collationis dotis factæ a Confraternitate favore Birgittæ obesse probat interessentia Parochi Gabrielli ejus fratris, ex quibus infert standum esse in decisis tam in *primo*, quam in *secundo Dubio*.

Ut vero suadeat dotem esse Birgittæ solvendam totus est ad demonstrandum Justinam adversariam habilem non fuisse ex jure, imo nec qualificatam ex fundatione, ita ut jus haberet quæsitum ad subsidium consequendum ob defectum requisiti a fundatore nubilis status, et ætatis viginti annorum. Plures deinde auctoritates adducit, ut ostendat Birgittam habilem ex gratia parem esse Justinæ, quatenus habilis esset ex jure, et huic nullum illam attulisse præjudicium; tandem cum omnes concurrentes æque habilitatæ essent ad consequendum subsidium, Confraternitas Birgittam elegisse dicit ob decretum Visitationis, quo cautum fuerat, ut nubentes in Domino anteponerentur.

Ne nimius essem hæc omnia perstrinxi, ac plura consulto omisi EE. PP., quæ fuse in allegationibus distribuendis pertractantur, et in memorato *folio*, quod reassumere precor *Congregationis diei* 18. *Septembris* elapsi anni relata leguntur. De *quarto* etiam, et *quinto* dubio sileo, cum nihil peculiari animadversione dignum a partibus exponatur. Solum igitur quoad præsentem controversiam remanet, ut pro Vestra justitia, et sapientia dirimere dignemini quæ proponuntur dubia.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis quoad primum dubium in casu etc.*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu etc.*

III. *An sit locus solutioni dotis favore, Birgittæ Gabrielli seu potius applicationi favore Justinæ Bennini in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit providendum in casu etc.*

V. *An sit locus refectioni expensarum etiam extrajudicialium in casu etc.*

Ad I., et II. Dub. In decisis, et amplius

Ad III. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. Provisum in III.

Ad V. Affirmative pro expensis Judicialibus tantum

Sess.22. Cap.3. de Reform.

URBINATEN. NULLITATIS CONTRACTUUM. Relata est hujus causæ species in folio diei 21. Augusti præteriti anni. Proposito in ea Congregatione dubio = *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum in casu etc.* = prodiit contumacialis resolutio = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam* = Rursus emptores, qui vadi-

Ad

monium deseruerant, novæ audientiæ implorarunt beneficium, indictaque hæc fuit concertationi dies. Ad parcendas expensas tum PP. Carmelitæ Excalceati Cœnobii SSmæ Annuntiatæ, tum Canonici Regulares alterius Cœnobii SSmi Salvatoris Urbini distribuerunt memoriale *reassumatur*, sed nihil mihi exhibuerunt emptores. Dubium igitur proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 21. Augusti elapsi anni in casu etc.

In decisis, et amplius

RAVENNATEN. Supremis Tabulis Franciscus Michieli Civis Ravennatensis die 28. Martii 1629. obsignatis hæredem scripsit Michaelem Casalecchi Parochum SS. Nicandri, et Marciani ejusdem Civitatis, eidemque in perpetuo substituit suos in Paræciali munere Successores. Primo hæredi onus imposuit universam hæreditatem suam in census perpetuos convertendi, quorum annuum redditum, nonnullis necessariis statutisque impensis prælevatis, ita erogari jussit = *Coi frutti di tali Censi si maritino tre Figlie „ ogni anno in perpetuo, le quali non abbiano Padre, tutte della Città di Ravenna, e non de Borghi, o Territorio di essa Città . . . . La dote „ di ciascuna di loro non possa passare scudi quaranta.* „ Sess. 22. Cap. 6 de Reform.

Primo hæredi liberum dedit arbitrium in electione Puellarum facienda; At ejus successoribus socios dedit Canonicum Pœnitentiarium Metropolitanæ, et Priorem Confraternitatis SS. Sacramenti = *I suddetti Ca„ nonici Penitenziere, e Priore* (inquit pius Institutor) *sieno Colleghi, e Compagni de' miei Eredi tan„ to nel trattare i Matrimonii di esse Figlie, quanto „ nell' elezione di esse, ed approvazione, e paga„ mento di doti, celebrazioni d' Istrumenti, ed altre*

„ *cose appartenenti ad esso negozio . . . . caso , che*
„ *l' Erede Penitenziere , e Priore fossero discordi nell'*
„ *elezione , ed approvazione di dette Figlie , che si*
„ *dovranno maritare , in tal caso voglio , che ciascu-*
„ *no dei suddetti possano eleggere due Figlie , e scri-*
„ *vendo il nome , Cognome , e Parocchia dove esse*
„ *saranno, in bollettini , che in tutto dovranno essere*
„ *sei , e non più , e si ponghino in un bussolo , ed*
„ *urna , e di quelli bollettini a sorte se ne caveranno*
„ *tre continuatamente, e questi così estratti s' intenda-*
„ *no , e si abbiano le Zitelle per nominate da tutti ,*
„ *ed elette , e chiamate al mio Legato , avendo però*
„ *sempre le Figlie i requisiti come sopra da me detti .*

Ad annum usque 1819. res quemadmodum a Pio Institutore provide fuerant dispositæ adamussim sese habuere ; At cum de mense Januarii elapsi anni duo ex Testamentariis Executoribus , Canonicus scilicet Pœnitentiarius Joannes Guerra , et Prior Confraternitatis SS. Sacramenti Marcus Grilli inter se convenirent quoad nominationem Puellæ Joannæ Miani, quæ præcedenti anno 1818. aliam ejusdem hereditatis Michieli dotem habuerat , et ab hac iterata nominatione dissentiret Carolus Bacchetti actualis Parochus SS. Nicandri, et Marciani, orta est quæstio , utrum nec ne liceret eamdem Puellam bis ad dotem juxta Institutoris mentem nominare . Hinc Sacram adiit Congregationem , ut hac super controversia sententiam , et auctoritatem suam interponeret tribus propositis in supplici libello quæsitis .

„ 1. Se sia ammissibile , che la Zitella già una volta no-
„ minata, possa esser nominata per la seconda volta?
„ 2. Se le Zitelle abili a ricevere le nomine debbano
„ assolutamente esser nate , e domiciliate nell' atto
„ della nomina in Ravenna , ovvero sia sufficiente ,
„ che vi siano soltanto da lungo tempo domiciliate .
„ 3. Se all' oggetto, che realmente sia eseguita la mente
„ del Testatore possano in avvenire i tre esecutori
„ prefiggere un congruo tempo alle Zitelle , che no-
„ minano , nel quale debbano maritarsi , trascorso il
„ quale possa surrogarsi altra Zitella nubile con la
„ stessa congrua limitazione di tempo .

Hæ

Hæ preces remissæ fuerunt Ravennatensi Archiepiscopo, ut auditis Executoribus Testamentariis, et omnibus interesse habentibus ea super re camdem S. Congregationem instructam redderet, suumque votum aperiret. Rationum momenta, quæ tum a Canonico Pœnitentiario, tum a Priore Confraternitatis SS. Sacramenti, tum ab Advocato Aloysio Miani Joannæ Miani fratre, tum demum a Parocho Archiepiscopò exhibita sunt, breviter perstringam.

Animadvertit Parochus primo dubio esse *negative* respondendum ex clara mente pii fundatoris; ipse enim voluit, *che si maritino in perpetuo ogni anno tre Zitelle*, unde prosequitur *se ogni anno devono esser tre Zitelle, sembra chiaro, che la Zitella nominata in un' anno non possa esser nuovamente nominata in un' altro*: accedit, ut ipse refert, vetustissima consuetudo: a tempore enim piæ Institutionis ad annum usque 1818. nunquam evenit, quod una eademque Puella bis ad dotale subsidium Michieli fuerit nominata, quin immo cum anno 1772. forte nominata esset quædam Anna Frattini, quæ anno præcedenti dotem assecuta fuerat eidem substituta fuit Anna Bettinelli de comuni consensu trium Electorum, qui nullam declararunt primam nominationem utpote contrariam Institutoris voluntati, et cuidam decreto ab Archiepiscopo Ravennatensi die 10. Januarii 1749. in actu visitationis edito pro stabiliendis constitutionibus confraternitatis SS. Sacramenti, et Charitatis, quo præcipitur = Qualora sia toccata ad una „ Zitella una dote non devesi più nominare, e pro- „ porre alla stessa.

E contra Canonicus Pœnitentiarius, et Prior Confraternitatis SS. Sacramenti opponunt non satis recte actualis quæstionis, et controversiæ statum formula a Parocho SS. Nicandri, et Marciani adhibita esse expositum, quam proinde rectius commutari posse autumant uti sequitur = *Se una Zitella, la quale in un' anno è stata nominata a cagion di esempio dal Paroco di S. Nicàndro ad una di quelle doti possa essere validamente in un altr' anno nominata dal Canonico Penitenziere a quella dote, alla quale spetta a questi di nominare?* Quo posito ita argumentatur Canonicus Pœnitentiarius = *che vuole il Testatore? Che in ogni an-*

anno tre distinte Zitelle siano dotate per potersi maritare. Ma anche che una Zitella nominata l'anno scorso, o più addietro dal Paroco venga per cagion di esempio nominata dal Canonico Penitenziere nell' anno presente a quella dote Michieli, che spetta a questi di conferire, sempre si verifica, che nell' anno presenta tre distinte Zitelle vengano dotate, dunque la mente del Testatore mi sembra anche per tal modo bastantemente eseguita =.

Aloysius vero Miani nominatæ ad dotem Joannæ Miani frater totus in eo est ut demonstret Sorori suæ dotem esse debitam ex eo quod cum ex tribus electoribus duo in ea nominanda conveniant, licet tertius dissentiat, hæc majoritas suffragiorum validitatem nominationis constituat, illique jus tribuat consequendæ dotis.

At vero duo animadvertenda occurrunt; primo Testatorem voluisse unoquoque anno, *che si maritassero, o dotassero tre Zitelle*, unde videtur, suam fuisse mentem ut unoquoque biennio sex, triennio vero novem Puellæ dote fuerentur, nuptuique ab hæredibus traderentur. Si itaque una eademque puella, vel duo, vel etiam tres omnes, quæ anno præcedenti dotes consequutæ sunt, iterum ad easdem dotes nominentur verum erit utique tres esse semper distinctas puellas, quæ in annis singulis dotem obtinent, at non tamen intra biennii circulum sex erunt Puellæ dotatæ ac nuptui traditæ. Secundo si verbum illud *si maritino* toties a Testatore repetitum stricto sensu accipiatur, evenire haud poterit, ut tres distinctæ virgines eo anno nubant, in quo earum altera nominata fuerit, quæ jam præcedenti anno dotem obtinuit, et nupsit. Animadvertant præterea EE. PP. Testatorem mandasse = *che la dote di ciascuna non oltrepassi gli scudi Scudi quaranta* = Mandavit scilicet, ut nemini dos augeretur in præjudicium aliarum in posterum vocatarum. Quod certe per indirectum contigeret, si uni, eidemque Puellæ duo concederentur dotalia subsidia.

Archiepiscopus super hoc primo dubio a suo proferendo judicio sese abstinuit, illiusque definitionem EE. Patrum Sapientiæ reliquit.

Quod

Quod vero ad observantiam attinet hæc refert Archiepiscopus = Fino dal 1735. s' introdusse l' uso, che il
„ Parocho de' SS. Nicandro, e Marciano, il Canoni-
„ co Penitenziere, il Priore della Confraternita di S. Giu-
„ stina si radunassero in un giorno da essi destinato
„ nelle stanze della Casa Parochiale de' SS. Nicandro,
„ e Marciano. Ivi ciascuno di essi nominava una Zi-
„ tella alla dote Michieli, ed a ciascuna delle tre no-
„ minate era destinata la rata di rendita, che da frut-
„ ti de Censi sopraindicati sarebbesi ricavata nell' an-
„ no a ciascuna di esse assegnato. Tal consuetudine
„ introdotta nel 1735. fu costantemente osservata fi-
„ no al giorno presente, come apparisce da due libri
„ manoscritti esistenti nell' Archivio del sudetto Par-
„ roco, ed intitolati l' uno Congregazioni, e doti dell'
„ Eredità Michieli dal 1735. al 1776. e l' altro Con-
„ gregazioni, e doti dal 1776. all' Anno 1817. e se-
„ guenti, che sono stati soggetti alla mia oculare
„ ispezione.

Anno autem 1772. tres Collatores insimul congregati statuerunt = Inoltre fu stabilito da essi Signori Con-
„ gregati, che niuno dei medesimi possa nominare
„ due volte alcuna Zitella anzi debbano uniformarsi
„ al Testamento del detto Michieli, che prescrive la
„ nomina di una Zitella ogni Anno per ciascuno,
„ altrmenti la nomina sia nulla, e si debba surroga-
„ re altra Zitella in luogo di quella, che per due
„ volte fosse stata nominata.

Quod consonum etiam est Constitutionibus auctorante Archiepiscopo, editis Anno 1789. pro V. Confraternitate SSmi Sacramenti, in quibus hæc habentur.
„ Quoad dotes conferendas; Qualora sia toccata ad
„ una Zitella una dote, non devesi più nominare,
„ e proporre alla stessa = Accedit demum quod anno 1761. facta fuerit subrogatio in locum Puellæ bis per errorem nominatæ = Io Giuseppe Luigi Amadesi
„ Paroco de' SS. Nicandro, e Marciano di commis-
„ sione del Signor Gio. Battista Gordi Priore della Com-
„ pagnia del SSmo Sagramento, che non può scri-
„ vere, nomino in di lui vece, e nome l' Oratrice
„ Rosa Spada alla dote dell' Eredità Michieli per l' an-
„ no 1759 in luogo di Giacoma qu. Giulio Petrelli, che
„ da lui per errore era stata nominata alla suddetta

dote

„ dote per il medesimo anno 1759. essendo questa sta-
„ ta un'altra volta, cioè l'anno 1755. nominata dal
„ Sig. Canonico *Salvi* Penitenziere, Io Pier Francesco
„ Canonico Penitenziere approvo la sudetta surroga-
„ zione = Io sudetto Giuseppe Luigi Amadesi come
„ Paroco di SS. Nicandro, e Marciano approvo la su-
„ detta surrogazione „

Hæc quoad primam quæstionem, in qua dissentiunt Collatores. Quo vero ad alteram, et tertiam, de quibus in secundo, et tertio dubio plene conveniunt. Quæritur in secundo, ut ab initio præmonui = *Se le Zitelle abili a ricevere la nomina debbano assolutamente essere nate, e domiciliate nell' atto della nomina in Ravenna, ovvero sia sufficiente, che vi siano soltanto da lungo tempo domiciliate* = Testator ita suam expressit voluntatem; *che le tre Zitelle sieno tutte tre della Città di Ravenna, e non de' Borghi, o Territorio di essa Città.*

Hinc oritur dubitatio, utrum dum dixit = *che siano della Città di Ravenna*, num eas omnes comprehendere voluerit, quæ sive ex origine, sive ex domicilio aliquomodo Ravennæ Civitatis dici possent. Et revera dici possunt Civitatis Ravennæ eæ omnes, quæ in ea ortum, et domicilium habent; deinde illæ, quæ in ea natæ sunt ex alienigenis Parentibus, et in ea morantur cum animo manendi; Ac etiam illæ, quæ alibi accidentaliter a Parentibus Ravennatensibus ortæ, vel postea redierunt, vel adhuc alibi morantur cum animo tamen iterum ad Patrios lares remeandi.

Certæ hæ omnes proprie Ravennates dici possunt ad Textum *in leg. 19. ff. de Statu hominum*; *et leg. 24. eod.*

At fieri etiam potest, ut Puellæ alibi ex alienigenis Parentibus ortæ Ravennam petant, ibique per congruum tempus moram trahant, ut legitima domicilii jura acquirant. Profecto difficilis videtur casus, quod hæ ita dici possint *della Città di Ravenna*, ut in pia Testatoris dispositione comprehensæ videantur; Notum est enim quod absque animi declaratione quoad electionem domicilii, rerumque immobilium acquisitione domicilium ex mora quantumvis longa non constituitur *per Text. in L. Libertas §. sola ratio, et §. sola domus ff. ad Municip. leg. Ejus §. Celsus ff. eod.*

Quoad

Quoad secundam quæstionem hæc sentit Archiepiscopus = *In quanto al secondo Dubio osservo, che il Testatore volle, che le Zitelle da nominarsi alle doti loro lasciate fossero da Ravenna, ed escluse quelle de' Borghi, e del Territorio di tal Città. Stando pertanto all' interpretazione letterale del Testamento di Francesco Michieli, sembra, che molto più debbono essere state da lui escluse le Fanciulle nate in altre Città, avendo egli avuto riguardo unicamente al luogo della loro nascita dentro le Mura di Ravenna, e non già a quello del loro domicilio.*

Quod ad tertiam propositam quæstionem novum non est, ut Puellæ quæ dotem sunt consequutæ, si ad certam pervenerint ætatem ob quam omnis contrahendi Matrimonii spes evanuerit, jus ad dotem amittant, quam neque ad alias transferre possunt, nisi speciali gratia id eis fieri concedatur.

Plurima sunt hac etiam in Urbe hujusmodi exempla. In præsenti casu quoad Matrimonia ab electis Puellis ineunda ita disposuit = *voglio* (inquit), *che de' frutti . . . . si maritino ogni anno tre Figlie alla Festa del glorioso P. S. Francesco, o in qualsivoglia altro tempo dell' Anno più opportuno . . . . siano obbligati* (hæredes et Executores) *a maritare le dette tre Figlie con i requisiti, e dote già da me dette . . . lascio siano obbligati fare detto maritaggio, e Matrimonj coll' intervento, scienza, e partecipazione del Sig. Can. Penitenziere della Cattedrale, e del Sig. Priore della Cattedrale, e del Sig. Priore della Compagnia del SS. Sagramento, quali voglio siano colleghi, e compagni dei miei Eredi tanto nel trattare i Matrimonj di esse Figlie quanto nell' elezzione di esse, approvazione, e pagamento delle doti, celebrazione d' Istrumento, ed altre cose appartenenti ad esso negozio . . . e caso, che l' Erede, Penitenziere, e Priore fossero discordi elezione, ed approvazione delle dette Figlie, che si dovranno maritare . . . . .*

Videtur sane Testatorem non solum subsidium dotale egenis Puellis Ravvenatibus reliquisse, sed summopere sollicitum fuisse, ut ab iis Matrimonium contraheretur, ac tales eas esse, quarum Matrimonia in

actu collationis concludi possent, ac deberent ab ipsis dotium Collatoribus.

At vero contraria huc usque servata est methodus a Collatoribus, quandoquidem, ut ipse Archiepiscopus in sua Informatione refert = *Contenti di aver nominate ogni anno tre Zitelle non si adoprano molto per l' effettuazione de loro Matrimonj* = et ipse actuális Parochus D. Nicándri, et Marciani inquit = *che molte nomine di trenta, e quarant' Anni indietro sono restate senza effetto, e che non solo vi è notizia, che siansi maritate, neppure costa se siano vive.*

Videant ergo EE: PP. utrum in hoc tertio dubio præfiniendus sit terminus, intra quem Puellæ dotatæ de inito Matrimonio docere debeant sub pœna amittendæ dotis. Hujusmodi quidem termini constitutio vergeret in utilitatem aliarum egentium Puellarum, quarum plerumque haud exiguus est numerus; et quibus omnibus prospicere voluit pia Fundatoris voluntas, dum addit = *espressamente comando, che mancando la Chiesa dè SS. Nicandro, e Marciano, e suoi Rettori di maritare le sudette Figlie per un anno per colpa, negligenza, difetto, e mancamento loro, decadano da questo Jus, e facoltà, ed il tutto vada ai PP. e Monastero di S. Gio. Battista, quali in caso di mancanza, ed interposizione di detto anno in non maritare dette Figlie, vada parimenti con lo stesso peso ai RR. PP. del Buon Gesù.*

Archiepiscopus in sua Informatione Collatorum Sententiæ adhæret in hæc verba.

Quanto al terzo dubio, Il Paroco suddetto, ed il Canonico Penitenziere combinano nell' ammettere, che sia cosa ben fatta il prefiggere alle Zitelle nominate alle Doti un termine congruo a maritarsi. A me pare, che la prefissione di un tal termine debba indurre le Zitelle nominate a sollecitare le Nozze: Debba aprir luogo alla surrogazione d' altre Zitelle, che abbiano pronta occasione di maritarsi: Debba prevenire il disordine, che resti ozioso il danaro destinato al pagamento delle doti con pericolo, che il depositario si riduca al caso di esser necessitato ad erogarlo in usi diversi da quelli prescritti dal Testatore.

Tandem prætereundum non est ex redditione rationum facta coram Archiepiscopo in S. Visitatione constare in-

insoluta manere = *Ventisette assegnamenti dotali dovuti a diverse Zitelle dal 1779. a tutto il 1818. in ragione di* ₰ *25. per ciascuna* = quæ summam constituunt scut. 675. Hæ sunt Puellæ illæ, de quibus ut ait Parochus non constat Matrimonium contraxisse, nec etiam si adhuc in humanis versentur. Videant ergo EE. PP. ne hæc haud exigua summa inutilis jaceat, providendum sit etiam quoad dotes jam collatas, ita ut intimatis Puellis, quæ dotem sunt consequutæ, iisque congruo præfixo termino ad docendum de sequuto Matrimonio, pateat aditus novæ subsidiorum collationi.

Dubia proponutur

I. *An Puella jam nominata ad subsidium dotatale possit a quovis ex Collatoribus iterum nominari in casu etc.*

II. *An ad subsidia dotalia admitti debeant Puellæ natæ intra Civitatem Ravennæ tantum; seu potius etiam illæ, quæ in eadem Civitate domicilium legitimo modo acquisierint, in casu etc.*

III. *An Puellis nominatis sit præfiniendus terminus ad contrahendum Matrimonium sub pœna caducitatis a nominatione ita, ut tunc fiat locus novæ collationi sub eadem conditione, in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit providendum pro dotibus collatis ab anno 1779. ad annum 1818., in casu etc.*

Non proposita cum sequent.

Sess. 22. *Cap.* 6. *et Sess.* 25. *Cap.* 8. *de Reform.*

I. VIOLEN. APERITIONIS ORIS, ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Testamento, quo decessit Antonius Ranieri die 4. Julii 1534. „ Sibi hæredes „ universales instituit, fecit, ac esse voluit in perpetuum pauperes Christi, et domicellas hujus terræ Lugi, qui pro tempore fuerint, nominandos, „ et eligendos pro tempore, et in perpetuum per „ suos infrascriptos Commissarios, et hujus suæ ultimæ voluntatis . . . exequutores . . . quos . . . „ esse voluit homines Crucisignatos Societatis Sanctissimæ Crucis de Lugo, seu eorum Officiales „ rursusque paulo post repetitis verbis mandavit hæreditatis suæ redditus annuatim dispensandos esse inter *dictos pauperes Christi, et domicellas terræ Lugi, qui pro tempore extiterint, per prædictos officiales dictæ Societatis futuros eligendos, ut eo modo, et forma prout ipsis melius, et salubrius videbitur, et placebit absque contradictione aliqua juris, vel facti alicujus personæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacumque fungatur dignitate, præminentia, potestate, aut officio* = Præscripsit præterea ex suis ædibus ædificationem Xenodochii pro pauperibus loci ejusdem, et inopibus peregrinantibus ad loca sancta illac transeuntibus.

Pacifice juribus suis fruita est Confraternitas ad annum usque 1783. Tunc enim temporis Episcopus Imolensis Cardinalis Bandi Cl. Mem. necessariam ducens dismembrationem Lugensis Parochiæ SS. Petronii, et Prosperi, cui quinque animarum millia suberant in agris hic, et illic dispersa quinque milliariorum spatio, quæ proinde fidei rudimenta ignorabant, ac sine Sacrorum subsidio hyemali præsertim tempore decedebant, duarum aliarum Parochialium Ecclesiarum erectionem excogitavit, nec non assignationem partis fructuum Confraternitatis pro earum congrua dote. Rem probavit S.M.Pius VI. datis litteris in forma Brevis die 9. Januarii præfati anni 1783., in quibus hæc leguntur ad præsentis controversiæ definitionem notatu digna = *Insuper cum sicut accepimus Confraternitas in eadem terra sub titulo S. Crucis, et denominatione Crucesignatorum bonis temporalibus satis affluat, quorum redditus cum saltem ad annua scu-*

tata

tata quingenta ascendant, qui æquiparantur valori, seu æstimationi duodecim mille monetæ Romanæ, nulloque alio onere gravetur, quam celebrationis unius Missæ in suo Oratorio, nec non hospitio excipiendi Ecclesiasticos Peregrinos, quorum numerus minimus est, eaque propter utilius esset, quoties bona hujusmodi ad dotandas dictas novas erigendas Parochiales Ecclesias erogarentur; hinc tibi injungimus, ut eamdem Confraternitatem Crucesignatorum auctoritate nostra Apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressam, et extinctam esse decernas, atque declares: Bona vero tam mobilia, tam immobilia, jura, et actiones quomodolibet eamdem Confraternitatem spectantia, et pertinentia pro summa scutorum trium millium cuilibet ex dictis erigendis Paræciis . . ., attribuas, reliquam vero summam detractis opportunis impensis ad ædificandam unam ex novis Ecclesiis, ac domibus Paræcialibus, de altera quippe inferius disponetur, nec non suppellectili necessaria pro utrisque Ecclesiis Parochialibus hujusmodi Nosocomio ejusdem terræ cum onere hospitio Ecclesiasticos Peregrinos excipiendi eadem auctoritate dones, ac concedas = Pro altera autem nova Paræcia designata fuerat Ecclesia, ac adnexa domus Confraternitatis Sacrorum Stigmatum, hinc laudatus Pontifex eidem Episcopo commisit, ut hujus cessionem curaret, et Confratribus in compensationem assignaret Ecclesiam, et adnexas ædes suppressæ Confraternitatis Crucesignatorum.

Cum morte præventus nequiverit Cardinalis Baudius exequi apostolicas litteras, ejus Successor E͠mus Card. Claramontius, qui nunc toto plaudente Orbe Sacram divi Petri Cathedram tenet, unam ex subsidiariis Paræciis erexit die 8. Aprilis Anni 1784. in præfata Ecclesia Sacrorum Stigmatum, in ea deputans *Capellanum interinalem in subsidium Curæ Animarum . . . assignatis interim scutis quinquaginta juliorum decem pro scuto retrahendis ex fructibus bonorum de juribus V. Confraternitatis S. Crucis signatæ . . . eidem persolvendis de Semestri in Semestre posticipate per dictos Officiales pro tempore dictæ Confraternitatis adju-*

judicata (Capellano Curato) *habitatione in ædibus adnexis Ecclesiæ Confraternitatis SS. Stigmatum* = atque hæc omnia confirmavit triennio post, dum simili prorsus modo novum Capellanum Curatum in eadem Sacrorum Stigmatum Ecclesia constituit.

Emus Rusconi hodiernus Episcopus in suscepta anno 1816. diœcesis perlustratione necessitatem deputandi alterum Capellanum juxta Litteras Apostolicas S. M. Pii VI. agnovit; hinc ex obtenta a SSmo die 7. Septembris ejusdem anni 1816. facultate illas exequendi novum Capellanum in Ecclesia sub titulo Ascensionis elegit cum assignamento tamen scutorum 100. ob majorem animarum numerum ex redditibus Confraternitatis Crucesignatorum desumendo, conductitia interea domo illi provisionaliter addicta. Cum interea dissoluta fuerit Charitatis Congregatio, seu Institutum, ad pristinum Confraternitates revocatæ sunt statum, iisque administrationem bonorum, quæ antea penes individuos præfati instituti cumulative erat, concredidit Emus Episcopus, inter quas et Societas Crucesignatorum fuit redintegrata. Paulo post hanc redintegrationem jussit, ut ab eadem Confraternitate menstrua scuta quinque solverentur Mariæ Josephæ Filoni Lugensi a Judaica perfidia ad Christi Religionem conversæ. Verum Confratres in comitiis habitis die 25. Junii 1817. nedum recusarunt menstrua 5. scuta pauperi Neophitæ Lugensi persolvere, sed præterea deliberarunt non amplius persolvendam esse congruam Paræcialem Capellano Curato Sacrorum Stigmatum ad formam litterarum Apostolicarum noviter deputato. Confratribus illico patefactum fuit, jubente Antistite, a Vicario Foraneo in excommunicationem incidisse contra impedientes litteras Apostolicas a S. M. Bened. XIV. comminatam die 30. Martii 1741. in notissima Constitutione incipiente *Pastoralis Romani Pontificis vigilantia*; simulque eidem Vicario mandavit Emus Episcopus, ut administrationem reddituum loci pii tertiæ personæ spectatæ fidei traderet, utque Capellanis Curatis designata congrua persolveretur.

Fa-

Factum hinc est, ut præfati Officiales SSm̃um adierint, eique narrantes seriem rerum hucusque gestarum postularunt, *tanto la ripristinazione della Confraternita, quanto l'esecuzione della pia volontà di Antonio Ranieri, previa l'implorata revoca de' prelodati Breve, e Rescritto Pontificio* = supplex hic libellus dimissus fuit assueto Rescripto = *Doceant de remissione cum clausula de aperitione oris* =

Tunc nulla intermissa mora iterum SSm̃um exorarunt ut S. huic Congregationi cognoscendam remitteret = *La presente vertenza sul preteso pagamento, che l'Em̃o Vescovo ha creduto di poter fare alla nominata Ebrea Gioseffa sulle rendite del fu Antonio Ranieri contro le di lui pie disposizioni con la Clausula, quando faccia di bisogno, de aperitione oris* =: et voti compotes facti sunt Rescripto diei 12. Aprilis præteriti anni ab R. P. D. Auditore SSm̃i obsignato = *SSm̃us attentis expositis etc. controversiam de asserto adsignamento menstruorum scutorum quinque super redditibus hæreditatis pii Antonii Ranieri ad Confraternitatem SSm̃æ Crucis Lugi spectantibus, cognoscendam, et absolvendam prout de jure, benigne remitti voluit ad eamdem S. Congregationem Concilii, etiam cum clausula, si opus fuerit, de aperitione oris arbitrio adversus litteras in forma Brevis diei 10. Januarii 1755. et Rescriptum diei 7. Septembris 1816. cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis; non obstantibus contrariis quibuscumque*.

Rogatus fuit Em̃us Episcopus, cujus Informatio, et exhibita documenta jam penes S. Congregationem extabant, ut terminum unius mensis præfigeret Promothori Fiscali ad deducendum jura sua coram S. hoc Tribunali.

Quæritur itaque in primo dubio an intret arbitrium pro aperitione oris adversus litteras Apostolicas S. Memoriæ Pii VI., et Rescriptum Sanctissimi ob vitium obreptionis, et subreptionis, qua in re cum quæstio tota facti sit, hinc quid ab utraque parte afferatur colligam. Observant Confratres falso expositum fuisse Pio VI. felicis recordationis divitem Confraternitatem nullo alio onere gravari, quam ce-

celebrationis unius Missæ, et excipiendi Ecclesiasticos Peregrinos, quorum numerus minimus est, attamen non solos Ecclesiasticos, sed etiam Laicos peregrinantes recipiendos esse voluit Testator Ranieri, ac præter Missam quotidianam præscripsit erectionem hospitalis pro omnibus pauperibus infirmis Lugi, ac earum omnium suppellectilium dotationem, quæ pro infirmorum bono necessaria forent; quæ proinde cum Summo Pontifici reticita fuerint, ut ex litteris ipsis in forma Brevis datis dignoscitur nullitatis vitio ipsæ laborant, et consequenter corruit harum confirmatio obtenta ab hodierno Eminentissimo Episcopo, cum accessorium sequatur naturam principalis.

Hæc vero animadvertit in sua Informatione Eminentissimus Episcopus = *Non è a presumersi mai come impudentemente opinarono i ricorrenti, che l'implorato Apostolico Breve fosse affetto di orrezione, o surrezione, mentre la somma religiosità, e zelo del Card. Bandi si oppongono luminosamente ad ogni mal' intesa presunzione in contrario, tanto più, che il testamento Ranieri riguardante Cause Pie doveva essere ben noto rimanendo negli atti della Curia Vescovile* = Hoc ipsum recinit promothor fiscalis, qui ex probitate, doctrina, et prudentia Cardinalis Bandi impossibile esse concludit, ut tantus vir aut falsa narrando, aut vera malitiose reticendo insidiari veritati capax fuerit.

Quatenus EE.PP. judicent intrare arbitrium pro aperitione oris adversus litteras Apostolicas signatas tum a S. Mem. Pio VI. tum a Sanctissimo ita ut obreptione, et subreptione laborent, cum in sequentibus dubiis de commutatione voluntatis fundatoris Ranieri sermo sit, quam ab Eminentissimis Imolensibus Episcopis factam fuisse dicunt Confratres Sodalitii propria auctoritate, quia Pontificia delegatio corruit; inquirendum erit cujus roboris sint huc usque ab illis peracta. Certum in jure est Summum Pontificem plenam habere potestatem commutandi ultimas fundatorum voluntates justis concurrentibus causis. Clara est sanctio in Concilio generali edita per

omnem

omnem Ecclesiam perpetuo servata, ac recepta *in Clem. quia contigit 2. de Relig. domibus* = *Ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) converti* = ad quam celebris *glossa* est in verbo *Sedis Apostolicæ* = *Nota per hanc litteram solum Papam posse alterare usum illorum, quæ per fideles donata sunt vel relicta* = ad Episcopos referri potest, ut sua cura, et auctoritate fidelium pias voluntates servari mandent; atque eas si negligantur exequantur ipsi. Insignis est textus Gregorii III. *in cap. nos quidem de testament.* et Gregorii IX. *in cap. 17. eod. tit.* Synodus Tridentina idipsum statuit dum de commutationibus verba fecit *Sess. 22. cap. 6. de reform.* = *In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ nonnisi ex justa, ac necessaria causa fieri debent, Episcopi tamquam legati Sedis Apostolicæ summarie, et extrajudicialiter cognoscant nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ exequtioni demandentur* = quam quidem sanctionem nonnulli doctores non bene perpensa, sive non probe intellecta Concilii sententia extendentes nedum interpetrati sunt de delegata potestate cognoscendi *tacitam veritatem*, *vel suggestam falsitatem* in precibus, verum etiam de potestate commutandi pias defunctorum voluntates. Hos tamen constantissime refutarunt doctiores Canonistæ, ut videre est apud Augustinum Barbosam *de offic. et pot. Episcopi part. 3 alleg. 83. Molin de Instit. tract. 2.*

Sacra hæc Congregatio perpetuo docuit commutationes piarum voluntatum ad unum summum Pontificem pertinere, et eas non factas a Sede Apostolica semper irritas declaravit, ac consequenter quascumque erectiones dignitatum, vel præbendarum quibus aliarum Ecclesiarum bona fuerant addicta; ut in una *Insernien. 5. Septembris*, et 14. *Novembris* 1705. *decret. lib. 55. fol. 327.* In una *Nicoteren.* 10. Julii 1706. propositis dubiis I. *an erectio sex Canonicatuum facta Episcopo Ribero capitalis scut; 800. ex fructibus debitis seminario substineatur in casu etc. et quatenus negative. II An dictum Capitale sit restituendum Seminario*

 in

in casu etc. responsum fuit ad I. *negative ad II. affirmative*, ut patet ex lib. *decret.* 56. *fol.* 225. Ut pluries alias resolutiones omittam, quæ referuntur in una *Maturanen erectionis Canonicatuum 25. Januarii* 1738.

Hisce in genere præmonitis ad reliqua singula dubia descendo, ac secundum inquirit de congrua Vicariis Curatis hucusque ex redditibus Confraternitatis persoluta, quam in superius relatis Comitiis, diei 25. Junii 1817. deliberarunt Confratres non amplius in posterum esse suppeditandam. Etenim obstat voluntas fundatoris, qui = *mandavit quod ejus bona, et hæreditas nunquam vendi; nec in alio modo aliquo nec via transferri possit, nec in totum, neque in partem aliquam ipsius, nec et in beneficium aliquod Ecclesiasticum converti* = ac proinde cum litteræ Apostolicæ S. M. Pii VI. ac SSmi rescriptum nullitate laborent ex dictis in primo dubio, concludunt corruere in iis factam derogationem *quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus*, adeoque non posse hæreditatem Ranieri ad certum usum destinatam in alium converti.

Verum Promothor fiscalis data etiam, et non concessa obreptione, et subreptione observat *Sess.* 21. *cap.* 4. *de Reform.* a Concilio Tridentino permitti Episcopis, ut tamquam Sedis Apostolicæ delegati dismembrationem Paræciarum, novarumque erectionem si adsit necessitas perficiant, ac proinde jure potuisse Emum Claramontium, antequam Pontifex crearetur, tum Emum Rusconium vestigiis inhærentes Cardinalis Bandi ex Confraternitatis redditibus desumere congruam pro novis constitutis Vicariis; præsertim cum valde diminutus sit ab iis usque temporibus peregrinatium ad loca Sancta transitus, quod quidem consonum est doctrinæ præfati Concilii Tridentini, quod *Sess.* 55. *cap.* 8. *de Reform.* hæc habet de Hospitalibus = *Quod si Hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco ubi sunt dicta Hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc ut fru-*

fructus illorum in alium pium usum, qui illorum institutioni proximior sit, ac pro loco, et tempore utilior convertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte in hunc eventum in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum, quo casu, quod ordinatum fuit observari curet Episcopus, aut si id non possit, ipse, prout supra, utiliter provideat. Idemque tradunt doctores *si pia relicta, vel non possunt applicari ad pium usum a testatore designatum, vel non sufficiunt, vel converti nequeunt eo modo, quo voluit testator* ut probat *Reiffenst. in lib. 3. decret. tit. 26. §. 23. num.* 809. pluribus adductis auctoritatibus. Jam vero cum ex una parte non exigui superessent redditus ob peregrinorum diminutionem, propter quod amplius plene adimpleri fundatoris voluntas non poterat, ex altera vero parte urgens adesset necessitas dotandi novas Paræcias, rectissime ac utilius de illis providerunt Emi Episcopi Imolenses, ac Emus Rusconius, qui duorum Convisitatorum de gremio suæ Cathedralis Præsulis nempe della Volpe, et Canonici Mazzi consilium, et operam adhibuit. Concludit postremo promothor fiscalis huic Episcoporum facto tacitum præbuisse assensum Confratres iteratis per tot annos solutionibus; ac proinde despiciendum esse hodiernum dissensum utpote injustum: *Reiff. loc. cit.* Utrum vero in themate locum habere possit limitatio a Concilio Trid. apposita *in citato cap.* 8. *Sess.* 25. *de Reform.* deducta ex voluntate expressa fundatorum, ac utrum enumerati a *Reiffenst.* casus vere adfuerint dum commutata est voluntas Ranieri Vestræ jurisprudentiæ, ac sapientiæ erit EE. PP. judicare.

De menstruo assignamento scutorum quinque ex redditibus Confraternitatis persolvendo Neophitæ Filoni agitur in tertio dubio. Locum huic menstruæ solutioni non esse autumant Confratres, cum in ultima voluntate testatoris Ranieri non legatur subveniendos esse abjurantes falsam religionem; sed post praescriptos pios usus in quos erogari deberent suæ hæreditatis redditus, cavit ne ad alios converti possent; voluit præterea ut Officiales tantum Confraternitatis,

quos administratores suæ hæreditatis elegit pauperibus subsidia præberent *eo modo et forma prout ipsis melius, ac salubrius videbitur, et placebit absque contradictione aliqua juris, vel facti, alicujus personæ Ecclesiasticæ vel Sæcularis quacumque fungatur dignitate, præminentia, potestate, aut officio*: ac proinde ab ipsis dumtaxat præfiniendum esse succurrendorum pauperum numerum, nisi commutari velit contra Sacrorum Canonum statuta fundatoris voluntas, quæ stricte est observanda, *ex Can. ultima voluntas quæst.* 15.

Sed Promothor Fiscalis defendit nullam intercessisse commutationem voluntatis Ranieri, sed potius ejus executionem juxta S. Canones, dum assignatum fuit subsidium Neophitæ inopi Filoni. Non enim alienigena ipsa erat, sed Lugi ortum duxerat, adeoque inter pauperes illius loci numerabatur; cum vero eam non præelegissentConfraternitatisOfficiales id præstiti Emus Episcopus auctoritate, ne dum sibi, sed et Episcopis omnibus delegata *Sess.* 22. *Cap.* 8. *de reform.* superius relato, atque ad tramites Pontificiarum Constitutionum. Etenim voluerat Sa. Me. Paulus III. in Constit. incipien. *Cupientés Judæos* confirmata a S. Memoria Clementis XI. quæ incipit *Propagandæ*, ut Judæis ad Christi Religionem conversis succurreretur etiam *de redditibus Ecclesiasticis*: addit postremo eadem facultate usos fuisse Antecessores Imolenses Episcopos. Præsul namque Zani in Pastorali visitatione 30. Junii 1692. jussit Confraternitatem S. Crucis suppeditare Hospitali Lugiensi Corporis Christi alimenta duorum Puerorum expositorum. Cl. Me. Cardinalis Gozzadinus Episcopi Zani Successor in Sacra Visitatione 12. Aprilis 1712. voluit, ut eadem Confraternitas quatuor annua scutata persolveret Conservatorio Orphanarum, eroganda vel in subsidium dotale unius ex iis puellis; vel in commodum Conservatorii; hujusque solutionis perdurationem suo, Successorumque arbitrio reservavit. Ex his omnibus nil aliud peregisse concludit Emum Episcopum nisi ut exequutioni demandaretur ad normam Pontificiarum Constitutionum pia voluntas Ranieri, et ad tramites decretorum a suis decessoribus factorum

De administratione bonorum pii Testatoris, quam Emus

Ru-

Musconius ademit Confratrum Officialibus et extraneæ personæ tradidit in quarto dubio agitur. Id jure peregisse sustinet Promothor Fiscalis, cum confirmata fuerit facultas hodierno Antistiti Imolensi Confraternitatem supprimendi, quam ejus Antecessores jam obtinuerant; hinc potius admirari debere authumat Confratres illius benignitatem, si administrationem tantum ipsius ademit, eosque in spiritualium operum exercitio relinquens, quos poterat pœnitus supprimere. Ut Emi Patres probe noscant, quid ab odierno Emo Episcopo petitum, quid ei a SSmo concessum fuerit, utrumque fideliter referam. *Bmo Padre. Avendo l'odierno Vescovo d' Imola osservato in tempo della Sagra Visita . . . la vastità della Parrocchia de' SS. Petronio, e Prospero di Lugo composta di anime 5600., e più estesa fuori dell'abitato per quattro miglia, ha pensato di provedere all' anime mediante l'opera di due Vicarii Curati, onde il Popolo abbia il commodo di ricevere i SS. Sagramenti, ed essere assistiti negli estremi della loro vita. E siccome la bo. me. del Card. allora Vescovo d' Imola suddetto fu abilitato dalla sa. me. di Papa Pio VI. con breve speciale al suddetto concesso nell' anno* 1786. *di prevalersi dei redditi dello stabilimento denominato la Croce eretto in Lugo per fare un assegno annuo ai due Vicarj curati per l'oggetto sopra espresso; supplica V. S. il Card. Vescovo Oratore di accordargli il grazioso rescritto di prevalersi del sopra espresso breve per un sì importante oggetto, che riguarda la gloria di Dio, ed il bene delle anime* =. His precibus ita rescripsit SSmus die 7. Septembris 1816. = *all'arbitrio, e prudenza del Card. Vescovo d' Imola con le facoltà necessarie, ed opportune* =.

Ad obreptionem vero convolant Confratres et subreptionem litterarum Apostolicarum a S. M. Pii VI. datis, nec non ad nullitatem rescripti ab actuali Emo Episcopo obtenti, quod est illarum accessorium, de quibus tamen jam in primo dubio disputatum est. Ac proinde illis corruentibus non potuisse Officiales administratione bonorum privari, quam fundator penes eos semper, et in perpetuum futuram esse mandavit.

Tandem an, et quomodo Confratribus concedendi sit absolutio a Censuris ob impeditam Apostolicarum

Lit-

Litterarum exequutionem, definiendum erit in ultimo dubio. Certum in jure est in excomunicationem incidere, qui = *Exequutionem litterarum Apostolicarum . . . . quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem consilium, et assensum præbent* = ut decrevit die 30. Martii Benedictus XIV. felicis recordationis in celeberrima Bulla *Pastoralis Romani Pontificis vigilantia*. Quatenus tamen litteræ Apostolicæ ob nullitatis vitium corruere declaraverint EE. PP. tunc eorum sapientiæ erit deliberare, an opus sit hac absolutione; si vero eas consistere putaverint, tunc ipsi perpendent, quanti facienda sint, quæ proferunt Confratres, se scilicet ignorasse existentiam tum Brevis S. M. Pii VI. tum Rescripti signati manu SSmi. Promothor enim Fiscalis, eos arguit mendacii ob impossibilitatem hujus ignorantiæ postquam ab anno usque 1794. scuta quinquaginta de Semestri in Semestre solverunt Capellano Curato deputato in Ecclesia Sacrorum Stigmatum a SSmo, dum erat Imolensi Ecclesiæ præpositus.

Hæc itaque proponuntur dirimenda dubia

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris adversus litteras Apostolicas S. M. Pii VI. datas die 9. Januarii 1783. et Rescriptum SSmi diei 7. Septembris 1816 in casu etc.*

II. *An sustineatur assignatio congruæ ex redditibus Confraternitatis Crucesignatorum facta ab Emis Episcopis Imolensibus duobus Vicariis Curatis noviter erectis in casu etc.*

III. *An ex redditibus iisdem persolvi debeant inopi Neophitæ Filoni menstrua scuta quinque juxta decretum hodierni Emi Episcopi in casu etc.*

IV. *An administratio bonorum ejusdem Confraternitatis fieri debeat a Persona per Emum Episcopum deputata seu potius in ea sit manutenenda Confraternitas in casu etc.*

V. *An sit consulendum SSmo pro absolutione Confratrum a censuris in casu etc.*

PRE-

PRÆNESTINA. Non teneri Joannem Antonium Capponi Parochum ruralis, ac filialis Ecclesiæ sub titulo SSmiCordis Jesu juxta erectionem hujus Paræciæ peractam ann.1788.a Clar.me.Cardinalis Marci Antonii Columna ad turnum missæ primæ,solemnis,et ultimæ per alium celebrandæ in Matrici Ecclesia S. Petri definivit Sacer Vester Consessus in Congregatione *diei 20. Junii anni* 1818. contra Beneficiatos, et Archipresbyterum præfatæ Matricis Ecclesiæ, qui ruralem Parochum illi oneri subjectum contendebant, eo quod duobus beneficialibus præbendis frueretur pro congrua novæ Paræciæ perpetuo in erectione unitis. Cum autem obreptionis, et subreptionis vitio laborare diceretur Pontificium Rescriptum, quo novæ Paræciæ erectio probata fuerat, prima dubii formula respiciebat utrum arbitrium pro aperitione oris adversus illud intraret, reliqua vero dubia exemptionem a turno, et eleemosynas Missarum a Parocho solutas respiciebant. Propositis itaque dubiis *I. An intret arbitrium pro aperitione Oris adversus Rescriptum diei* 12. *Decembris* 1787. *in casu etc. II. An Parochus Ecclesiæ SSmi Cordis Jesu teneatur ad turnum Missæ primæ, solemnis, et ultimæ per alium celebrandæ in Ecclesia Archipresbyterali in casu etc. Et quatenus negative. III. An restituendæ sint Parocho Capponi eleemosynæ ab ipso solutæ pro dictis Missis in casu etc.* responderunt EE. VV. *Ad I., et II. negative : ad III. affirmative a die recursus Parochi Capponi*. *Sess.7. cap. 6. de Reform.*

Licet autem in ea causæ specie relatæ fuerint preces, et votum Emi Columna pro erectione Paræciæ,ubi etiam de Parochi exemptione sermo erat ab onere Sacrario assistendi,quod ultimo Beneficiato, incumbit; nihil tamen peculiariter de hoc disceptatum est ob Parochi ruralis silentium quoad idem onus. Verum preces instauravit penesS.Congregationem,ut etiam ab illo ad formam erectionis exemptus declararetur, quæ Claræ Memoriæ Cardinalis Caracciolo Episcopi pro informatione, et voto remissæ fuerunt rogatusque fuit, ut audiret Beneficiatos, ac resolutionis capitularis copiam transmitteret.

Quid tum a Beneficiatis, qui exemptioni adversantur, tum

tum a Parocho afferatur, necnon rationum momenta sive in jure sive in facto complectitur Vicarii Generalis Informatio, quam hic transcribo.

„ Novæ preces EE. VV. Rmis porrectæ a Parocho Capponi Terræ Surronis haud militant adversus Capitulum illud, ut indictæ apparent, sed adversus ultimum Beneficiatum illius Archipresbyteralis Ecclesiæ S. Petri, in quem detorquendas facti series, quam exponam, et per eum obreptam, expostulat omnino. Præstat modo nosse quid sit munus Sacristæ in illa Ecclesia, et ad quem spectet assumere curam.

„ De hoc munere simplicem fecit mentionem Emus Episcopus Columna anno 1787., in quo pro obtinenda erectione novæ Paræciæ Ruralis in dicta Terra ab Apostolica Sancta Sede narravit Pontifici onera adnexa sex Beneficiis Jurispatronatus Excmæ Familiæ Columna = *Nella Terra di Serrone, oltre l'Arciprete vi sono altri sei Beneficiati tutti di Nomina dell' Eccma Casa Colonna, i quali hanno il peso per il turno di celebrare per comodo del Popolo nei di Festivi la prima Messa senza applicazione, cantare la Parrocchiale, dire l' ultima, ed uno di essi deve celebrare nella Chiesa Rurale di S. Quirico, e resta all'ultimo Beneficiato il peso di assistere alla Sagrestia* = Ex hac narratione solummodo patet onus assistendi per ultimum Beneficiatum Sacristiæ, desumptum vero ab immemorabili consuetudine, et non a lege Erectionis, et Canonicæ Institutionis dictorum sex Beneficiorum, quum propter incendium obortum anno 1500 in hac Episcopali Cancellaria monumenta erectionis, et alia periere; neque ex tot Bullis Collationis ipsius ultimi Beneficii post dictum incendium expeditis favore defunctorum Beneficiatorum, de hujusmodi onere ne ullum quidem per legitur verbum in illis.

„ Ast nisi littera narrationis occidat, debebat esse hujusmodi onus ultimo Beneficiato injunctum simplex assistentia, et cura tantum Sacristiæ; videlicet *leve* onus præparandi Paramenta Sacra in Sacrificiis peragendis etc.; et hoc onus apud meum animum statuerem fuisse ex suo initio penes sex Beneficiatos

„ tos per *Turnum* commune, ut et cætera munia.
„ Tamen video, quod per consuetudinem, latet enim
„ sui ortus initium, sublatum fuit, et commutatum
„ ad aliud onus, nempe assistendi, deserviendique Ec-
„ clesiæ, et ibi peragendi cuncta, quæ peragunt minuti
„ Clerici, quos nominamus vulgo = *Chierichetti di*
„ *Chiesa*= Et quidem hoc onus non sustinebatur per
„ ultimum Beneficiatum, sed per aliam personam
„ semper plerumque laicam exercitum, et exerceri
„ adhuc constat inter omnes, soluta tamen mercede
„ scut. quindecim per quemcumque ultimum Bene-
„ ficiatum ex pecunia non Massæ communis, sed ex
„ suæ Præbendæ redditibus. Ita servitium Sacrestiæ
„ transivit ad aliud Ecclesiæ.

„ Hisce modo prænotatis investigari oportet, quis re-
„ nunciari debeat ultimus Beneficiatus, ut is dereli-
„ cta Sacristiæ assistentia, pro hac solvere dicta annua
„ scutata quindecim Sacristæ Minori, videlicet Eccle-
„ siæ *Custodi*, teneatur. Prætenditur esse Parochum
„ Caponi, et *ex facto sui* Antecessoris per litem con-
„ testato ex primo exordio fundatæ novæ Parochiæ,
„ et ex *facto suo proprio*.

„ Quoad primum refero, quod eadem quæstio in præci-
„ bus exposita, jam præorta fuerat anno 1788., coram
„ Vicario Generali uti Visitatori inter primum novum
„ Parochum Sale, et *Sacerdotem Felicem Aronne* uti
„ ultimum Beneficiatum. Oportet hic EE. VV. me-
„ minisse, duo Beneficia dismembrata ex numero
„ *sex* fuisse unita Ecclesiæ Parochiali SSmi Cordis Je-
„ su pro illius *dote et fundo*, et pro novi Parochi
„ *congrua necessaria, et opportuna*. Unum vacans
„ tunc erat per obitum Sacerdotis Felicis Marzilj, et
„ alterum ab ipso Parocho Sale retinebatur. Duo hæc
„ unita Beneficia ipso momento erectæ Parochiæ ces-
„ sasse arbitror, nec amplius esse Beneficia in Ec-
„ clesia Sancti Petri, et per hanc unionem
„ Parocho congruam fuisse statutam nemo impugna-
„ re valebit. Mens, et voluntas est Excmi Patroni.
„ = *Quando appieno informati* (scripsit Patronus in
„ folio sui præstiti consensus) *che l' Emo Signor*
„ *Cardinal Vescovo non ha Beneficj di propria colla-*
„ *zione in detta Terra per fare la nuova indicata ere-*

„ *zione di Parrochia, perciò consentiamo, e prestiamo ogni nostro necessario, ed opportuno consenso, perchè per fondo, e dote del nuovo Paroco, e Parrochia si assegnino, e si uniscano due Beneficj di nostro antico Giuspatronato eretti, e fondati nella Chiesa Parrocchiale di S. Pietro della suddetta Terra, uno al presente vacante per la morte del Sacerdote D. Felice Marzili, e l'altro, che attualmente possiedesi dal Sacerdote D. Liborio Sale, che da noi resterà nominato futuro Parroco.* = Post hæc præmissa in quæstione ista argumentabatur Aronne, dictum vacans beneficium collatum fuisse per enunciatam unionem Curato Sale (nondum enim ille animadverterat extinctionem tituli utriusque Beneficii, ac onerum); ergo isti incumbebat assumere onus Sacristiae, videlicet persolvendi quolibet anno minori Sacristæ scuta quindecim. Huic Syllogismo resistebat primus novus Parochus Sale respondendo per dictam unionem Beneficii una cum altero a semet possesso onera illi quomodolibet injuncta remansisse extincta, ergo in ultimo Beneficiato, qui inter alios permanebat adhuc idem Felix Aronne, perseverabat onus hujusmodi solutionis. Non in alio utriusque partis argumento versabatur invicem quæstio, quam postea Visitatorem conciliasse tantum, et non definivisse scimus, ut apparet in Decreto, quod referre ducimus = *Mos est* (visitator ait), *ut ultimus Beneficiatus servitium Sacristiæ præstet in Ecclesia Archipresbyterali . . . Orta est contentio inter Rectorem Sale et Beneficiatum Felicem Aronne super onere inserviendi Sacristiæ. Urget primus per unionem Beneficii suæ Ecclesiæ jam sublatum esse onus servitii primæ Ecclesiæ uti accessorium. Instat secundus, unione separare tantum Beneficium de una ad alteram Ecclesiam, non vero extinguere onera addicta, quæ cum suo principali transire debeant. Valida est utraque exceptio Hinc visitans rem componens statuit, ut Rector Sale curam Sacristiæ assumeret, receptis a Beneficiato Aronne scutis annuis tribus, et ita commentatam litem extinxit.*

Cum

„ Cum hoc Decreto vixere Beneficiatus Aronne, et Re-„ ctor Sale, nullam in hac re partem assumente Ca-„ pitulo. Vixerunt et alii, quorum uni defuncto „ succedebat alter, qui Sacristiæ onus assumere tene-„ batur. Revera anno 1802. per obitum Sacerdotis „ Laurentii Baldassari unius de sex in quatuor redu-„ ctis Beneficiatis, a præfato onere Parochus Sale per „ Decretum S. Visitationis sibi inflicto, ut patere-„ tur illud, exemptus extitit, quum novus Benefi-„ ciatus in locum successit ultimi. Tandem ultimus „ Beneficiatus, omitto cæteros prædefunctos, ab an-„ no 1810. recensetur Sacerdos Franciscus Baldassari, „ qui adhuc vitam agit. Interea anno 1814. Paro-„ chus Sale universæ carnis est viam ingressus, et „ et vacanti Paræciæ successit secundus Parochus „ Capponi Orator. Hic onus idem assumpsit, quod „ prædecessor substinuit ad tramites enunciati Decre-„ ti, consideratus per Capitulares tamquam redivi-„ vus Beneficiatus ad munus Sacristiæ obeundum, „ de quo agitur, et a quo reclamat Parochus, ut ab „ eo modo solutus, exemptusque omnino per EE.VV. „ declaretur, quamvis *facto proprio* usque modo præ-„ dictæ solutioni ut supra per decretum taxatæ ac-„ quieverit. „

„ Hoc onus assumptum, et non reclamatum, erit secun-„ da pars rationum, qua Capitulares adnixi pro Bene-„ ficiato Baldassari suos permulcent animos, ut exem-„ ptionem oneris, qua Parochus claris donatus est lit-„ teris, perdituros confidant. Hæc eadem secunda quæ-„ stio, ut prima conciliata, a Parocho Capponi instau-„ randa erat adversus Sacerdotem Franciscum Baldas-„ sari, qui præsumitur ultimus Beneficiatus, et non „ adversus Capitulum. Re quidem vera duobus ab „ hinc annis in hoc meo Tribunali petit *Actor* „ Capponius, et *reus* Beneficiatus Baldassari con-„ tradixit. Ab aula ambo recesserunt amici, quæ-„ stione seposita necessitudinis causa. Modo quæ-„ stio reintegratur per preces, quas remitto humi-„ liter una cum foliis Capitularium, quorum haud „ intererat sua exhibere jura pro Beneficiato Baldassari,

„ cum onus Sacristiæ non residat penes Capitulum, „ sed penes ultimum Beneficiatum.
„ Ne interim profligetur consuetudo, ut cuperem, super onere solvendi scuta quindecim per ultimum „ Beneficiatum Sacristæ Minori. Certissime abusus „ est. Nam pro omnibus celebrandi per turnum Mis- „ sam primam, solemnem, et ultimam, et assisten- „ di Sacristiæ, cujus sevitium ultimo Beneficiato in- „ cumbit, adest repartitio Massæ communis inter Be- „ neficiatos residentes = *e resta all' ultimo il peso del-* „ *la Sagrestia, per le quali obligazioni* (subjungit illi- „ co Patronus post omnia recensita onera) *ci è il* „ *riparto della Massa comune*, uti in precibus San- „ ctæ Sedi porrectis, quarum adnexa reiteratur copia „ sub *litt. unic. A*, existente prima in dicta inea jam „ allegata Informatione. Bona hujus Massæ com „ munis locantur pro scutis plusquam centum an- „ nuis nisi per Beneficiatos administrentur, salvis, „ et integris unicuique Beneficiato particularibus, „ suæ præbendæ bonis, quorum fructus quisque „ percipit etiamsi non resideat; Non residens vero „ suam Massæ communis partem amittit, et si „ ultimus Beneficiatus non residet, tenetur etiam „ ad prædictam solutionem *scut.* 15., cum absens „ ab Ecclesia nequeat servitium Ecclesiæ præstare. „ Hujusmodi genus oneris haud expressum legitur „ in Bullis etiam remotis, neque injunctum habe- „ tur in Beneficiorum erectione. Solummodo pro „ singulis oneribus per Beneficiatos adimplendis = *vi è il riparto della Massa Comune fra li Beneficia-ti che risiedono* = Multoque minus injungitur illud „ solvendi *Sacristæ Minori* scuta quindecim, quod „ per consuetudinem invectum est. Beneficiatus „ Baldassari *ultimus* præsumptus a me auditus ad- „ versus Capponium eadem recitat, quæ in allatis „ foliis scribunt Capitulares, et præcipua rationis „ momenta in eo reponit, quod Beneficia duo uni- „ ta Parochiæ rurali licet extincta in *nomine, in re* „ tamen onera ipsis retinent addicta. Onus est sol- „ vendi ut supra scuta 15. per ultimum Beneficia- „ tum, qui per se ipsum Parochus reputatur Cap- „ ponius, ergo non sibi, sed huic tale imminet

onus

„ onus. Subsumit inde, Capitularesque repetunt, „ Decretum S. Visitationis jus tribuisse recenseri in„ ter Beneficiatos etiam Parochum novæ Parochia„ lis Ecclesiæ *quoad onera*: ergo præsens contro„ versum onus iste Parochus, consequenterque fu„ turi, substinere tenetur, toties quoties per obitum „ alicujus Beneficiati *turnus* recurrat *ultimi*.

„ Duo Beneficia desuper unita censetur oculis, ut eo„ rum unio per omnimodam *suppressionem* peracta „ sit dicenda. Non tam unio est, quam extinctio, et „ suppressio Beneficiorum, quæ sic operatur, ut „ extinguantur *onera*, et solum reditus, proventus, „ et jura Parochiali Ecclesiæ, quæ per eorum ex„ tinctionem erecta extitit, adnexa remaneant, et „ incorporata, sintque pro ipsiusmet Ecclesiæ ma„ nutentione, et Parochi congrua, qui sua paro„ chialia onera adimplenda assumit, quin alia ne„ sciat quæcumque per dictam suppressionem in „ Beneficiis unitis extincta, præterquam Missam „ per alium diebus festis in Ecclesia S. Quirici ce„ lebrandi reservatum onus. Certissimum in jure „ est, quod Beneficium unitum unione tituli extin„ ctiva nativam Beneficii qualitatem si quam ha„ buit prorsus amittit, veluti censuit *S. Rota in Vicen. Beneficii* 25. *Junii* 1751. §. 4. *coram Amadeo.* „ Amittit autem onera adnexa *ex facto* Patroni, cui „ per approbationem et validitatem actus dismem„ brationis, seu suppressionis Beneficiorum Aposto„ licæ Litteræ uniformantur, et instrumentum ere„ ctionis Paræciæ exsolutionem onerum confir„ mat, convalidatque ad expressa verba per cla„ rissimum consensum Patroni volentis = *Che il* „ *nuovo Parroco resti esente dai descritti pe*„ *si* = inter quæ recensetur quoque illud assistendi „ Sacristiæ, et tantummodo excipit unum = *di ce*„ *lebrare per alium la Messa nella Chiesa Rurale di* „ *S. Quirico* = Hæc eadem exceptio, seu reserva„ tio per expressam Patroni voluntatem, et expli„ citam intentionem facta suffulta quoque Aucto„ ritate Apostolica tantæ virtutis est, ut omnino „ intelligatur de cæteris oneribus facta *exemptio*; „ ideoque vanum est immorari super aliqua inter-

pre-

„ pretatione *ad regulam juris de Reservatis*. Durum certe prætensu foret posse vivere istud onus, quod modo visum est, ut mihi videtur, *bene* extinctum, quamvis per male captam juris, et consuetudinis interpretationem incertum, dubiumque usquemodo vixit.

„ In præsenti unione Beneficiorum pugnat natura primitivi oneris assistendi nempe Sacristiæ per Parochum in Ecclesia S. Petri cum natura onerum per ipsummet Parochum supportandorum in sua Ecclesia Curata, nam quisque videt inter se prorsus incompatibilia onera . . . .

„ Attigimus tandem exemptionem oneris, de quo agitur, quomodolibet usque modo turbatam; prævisam vero recogito per EE. VV. Rmas sub die 20. Junii anni præteriti 1818. in quo proposito Dubio = *an Parochus Ecclesiæ SSmi Cordis Jesu* (idem Caponius) *teneatur ad Turnum Missæ Primæ*, *Solemnis*, *et ultimæ per alium celebrandæ in Ecclesia Archipresbyterali*=NEGATIVUM dedere responsum. Idem responsum dandum fore arbitrarer huic secundo dubio per preces judicio EE. VV. proposito, dum onus Sacristiæ invectum ad aliud sæpe dictæ. Solutionis non dubitatur esse primo æquale in exemptione favore Parochi per Patronum verbis expressa rotundis, confirmataque ex auctoritate Apostolica in Bulla Erectionis Paræciæ, ideoque æqua judicii lance definiendum, applicato Axiomate *Æquiparatorum eadem debet servari regula*, *adeo ut de uno*, *ac altero diversum proferri non debeat judicium*.

„ Crederem ergo exemptum ab hujusmodi onere Parochum Capponi, qui non est Beneficiatus, neque ad prædicta discussa onera quacumque de causa tenetur. Quis modo renunciandus erit ultimus Beneficiatus, cui deinceps incumbit Sacristiæ cura, et onus juxta inductam consuetudinem EE. VV. me interrogabunt? Ex supra narratis ultimus Beneficiatus est Sacerdos Franciscus Baldassari: proptereaque istum ad tramites ejusdem consuetudinis, cui favent Capitulares, eamque placet custodiri, et servari, ad Sacristiæ servi-

„ vitium certum est teneri, donec vitæ unius ex
„ quatuor Beneficiatis terminos haud prætereundos
„ Humanis mors præsens, et æqua non circum-
„ scribat. Ita opinari mihi non displicet.

Post hæc Vestræ Sapientiæ erit EE. PP. reassumpto folio diei 20. Junii 1818. dirimere.

Dub. *An Parochus Ecclesiæ SSmi Cordis Jesu teneatur ad onus Sacrarii Ecclesiæ Matricis S. Petri in casu etc.*

AQUILANA SERVITII CHORI = Indultum quod ad biennium concesserat Episcopus Aquilanus quoad servitium Chori Cathedralis Ecclesiæ prorogandum censuit S. hæc Congregatio habita die 23. Novembris 1816. in qua proposito dubio *An Indultum Episcopi diei 26. Novembris* 1813. *sit in perpetuum confirmandum in casu etc.* responsum fuit = *Attentis peculiaribus circumstantiis affirmative ad triennium* = *Sess.24 cap.12. de Reform.*

Labente triennio preces iteravit Capitulum, ut idem indultum in perpetuum confirmaretur; et novus Episcopus, qui nunc Aquilanam Sedem tenet, hæc habet in suis literis = *Quoniam Indultum commutationis Servitii Choralis hac in mea Cathedrali jamjam appropinquat termino suæ durationis et e contrario satis superque compertum sit experientia, concessionem Apostolicam in ipso contentam utilem, imo necessariam evasisse bono spirituali nedum ejusdem Cathedralis, et Civitatis, sed fere insuper totius meæ Diæcesis, idcirco existimo, et in Domino efflagito, ut EE. VV. RR. dignentur idem Indultum in perpetuum ex integro confirmare; siquidem causæ, quibus talis nititur commutatio, quotidie magis augen-*

tur

tur; Nam numerus Sacerdotum Saecularium hac in Dioecesi Aquilana de die in diem minuitur, et nullum hucusque in ea restitutum est Regularium Coenobium. =

Reassumpto Folio diei 23. Novembris 1818. dignentur Emi Patres respondere

Dubio

An, et ad quod tempus sit prorogandum Indultum in casu etc.

Die Sabathi 18. Martii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Geminæ hujusce causæ cum urgeat resolutio, hinc cæteris, quæ in præterita Congregatione diei 26. Februarii indecisæ remanserunt, utramque præferendam esse duxi.

PISAUREN. EMPHYTEUSIS. Causæ hujus originem ac speciem geminum pandit elucubratissimum votum Eminentissimi Ercolani, quorum primum cum ab Eminentissimo Relatore claritatis gratia excriptum ad verbum fuerit in altero; hinc ne inutili repetitione utrumque seorsim imprimeretur, secundum tantum in calce hujus folii transcribendum curavi; ubi clarissime apparebit EE. PP. quæ in paragrapho primo, et sequentibus usque ad decimum continentur, ea esse, quæ ad primum attinent Votum. Licet vero super narratione factorum, quæ eo usque contigerant in utroque voto relata, nihil amplius desiderari possit, necesse tamen est, ut aliquid addam de iis, quæ post illorum elucrabrationem evenerunt.

Sess. 25. Cap. 11. de Referm.

Vix itaque Vincentio Perfetti innotuit Comitis Alphunsi Montani ceu detentoris bonorum emphyteuticorum viginti quinque ab hinc annis instantia pro prælatione, statim procuratorem penes Sacrum Vestrum Consessum constituit, quo instante mandatum est Episcopo, ut Comiti præfigeret terminum triginta dierum ad deducendum jura sua in S. Congregatione. Verum Montànius post effluxam termini præfixionem preces tantum suas porrexit nedum prælationem postulans, ac multa in sui defensionem adducens; Sed etiam procuratorem elegit, ut vigesimam in scutis septem of-

offerret, sicque canonem augeret a Perfetti oblatum. Interea commissum fuit Episcopo, instante Rectore beneficiorum, de quibus agitur, ut mandaret deponi redditus bonorum jam perceptos, ac percipiendos usque ad exitum Causæ, intereaque Vincentii Perfetti Procurator jura Clientis typis imprimi curavit, quæ Vobis distribuentur.

Antequam tamen cui deliberanda sit emphyteusis inquiratur, judicandum erit, an constet de nullitate contractus, ac præterea utrum, et quomodo locus sit illius sanationi, veluti ajebat Eminentissimus Relator in suo Voto sub numero *septimo*, *et seq.* Sane plura adducit Vincentii Perfetti defensor ad evincendam contractus nullitatem ex notissima *Extrav. Ambitiosæ* ob numquam obtentum Apostolicum beneplacitum: vetitam proclamat bonorum possessionem, quæ sub censurarum pœna numquam apprehendi potest, nisi obtenta, et si reservata, Apostolica venia *Navar. cons. I. num.* 4. *de reb. Eccl. non alien. Riccius prax. for. Eccl. resol.* 53. *num.* 3. *eod. tit.* Defectum etiam aliarum solemnitatum ostendit. Non esse autem locum sanationi autumat, tum ob plures enumeratas nullitates, tum quia emphyteusis isthæc cum Montanio inita utilis esse nequiret, ceu facta pandunt incisionis arborum, ruinæ tam Eclesiarum, quam domus beneficiorum, et defectus liberi fundi hypothecæ subiiciendi, vel idonei vadis in securitatem contractus; ex quibus infert ex sanatione contractus nonnisi nova damna beneficiis esse promanatura.

E contra favore Montanii animadverti potest, bona fide contractum emphytheusis initum fuisse, reservato nimirum consensu Apostolico, quo in casu contractus est validus non obstante *Extrav. Pauli II. Ambitiosæ*, quia est conditionalis, si nimirum Summo Pontifici placuerit; ut docet *Fulgin. de Jur. Emphyteut. tit. de contract. Emphyt. quæst.* 16. *num.* 1. *et* 2. reservatumque beneplacitum ex doctrina *Card. Petra tom.*5. *Comment. ad Const.Paul. II. Sect.*5. *n.* 22. = ibi = *poterit subinde obtineri, et retrotrahitur ad initium contractus, qui habet interim implicitum statum validitatis Rot. decis. etc.* = Idem verò auctor post conclusam sub *n.*25. licitam reservationem beneplaciti, animadvertit, quod ni-

nisi fuerit obtentum, et exequutum, non acquiri dominium a contrahente cum Ecclesia, nec ab ista illud abdicari; sique tradita possessio fuerit, contractus nullus remanet, et a Summo Pontifice nedum sanatio contractus, fructuumque indebite perceptorum obtinenda est, sed et absolutio a censuris; Hanc tamen conclusionem limitat Fulgineus *loc. cit. n.* 16.= ibi „ *si rector bona fide daret licentiam ingrediendi in possessionem, et non obtento beneplacito emphyteuta ingrederetur; quia constitutio Ambitiosae continet verbum præsumpserit, quo casu non comprehendit eos, qui sine dolo, vel contemptu, bona fide, vel simplicitate faciunt*,,

Et ex hac bona fide præsertim suam defensionem mutuare poterit Montanius, quandoquidem non ipsi, sed Rectori, utpote alienanti rem Ecclesiæ, onus incumbebat obtinendi Apostolicum Beneplacitum, quod intercessisse præsumere semper debebat, tam quando bonorum apprehendit possessionem, quam postea cum Rector esset non solum vir juris peritissimus, Auditorisque SS̃mi munere fungeretur, sed etiam postea ob sua præclara merita ad Cardinalatus fuerit dignitatem evectus.

Ad singula vero respondet Montanius, de quibus arguitur in jacturam beneficii; et primo quidem ad arborum incisionem, atque ait falso S.Congregationi expositum fuisse, multas ipsum arbores succidisse, cum paucæ tantum hæ fuerint, deinde in emphyteusi ad tertiam generationem sibi licuisse autumat minus foecundas præcidere arbores, ut frugiferas substitueret, bonaque melioris conditionis redderet; quod quidem et ipsi non lucri fuit, sed sumptus. Quolibet anno restauratas asserit domos Colonicas exceptis postremis hisce annis, quibus judicium super bonorum possessione coram S. Congregatione pendebat, quæ tamen cum nimio ævo laborent, non restaurationibus, sed nova indigent ædificatione. Ad Ecclesiarum reparationem, quod attinet, dicit hanc relictam fuisse Rectori beneficii, easque deterioris evasisse conditionis dumtaxat tempore publicarum vicissitudinum, quo Clar. Mem. Cardinalis Rovarella in Gallias ab invasoribus fuerat deportatus; nihilominus eo defuncto canonem Subcollectori Spoliorum se ait per-

 sol-

solvisse etiam suo periculo, cum hujusmodi canonem celaverit Gallos invasores bonorum Ecclesiæ; fabricarum Ecclesiæ ruinam patefactam fuisse asserit hodierno Rectori, statim ac beneficia est consequutus. Falso tandem expositum S. Congregationi contendit, ipsum nullum liberum prædium suæ proprietatis posse hypothecæ subiicere, nullumque vadem præbere in securitatem contractus.

Ex hue usque dictis judicabunt EE. VV. *an*, *et quomodò*; nimirum utrum Montanio attenta bona fide, qua apprehendit possessionem bonorum gemini beneficii, de quibus agitur, sit concedenda sanatio contractus, et solem ad cauthelam absolutio a censuris.

Quatenus vero judicent nullitatis vitio laborare contractum emphyteuticum, et a concedenda sanatione abhorrendum, perpendendum erit, an favore Perfetti, vel Montani, et quomodo deliberanda sit emphyteusis. Qui Vincentii Perfetti jura tuetur favore sui Clientis deliberandam esse censet, nedum ob superius allatas rationes; sed etiam quia ipse oblatam a Thoma Guidi Canonem superavit; respuendam vero esse putat oblationem Comitis Alphunsi factam elapso termino ad offerendum. Nullam enim admitti posse etiam ab Ecclesia probat pluribus auctoritatibus oblationem licet prioribus longe meliorem post effluxum terminum ad offerendum, ex cujus cessatione contractus perfectus censetur juxta Doctores, et *Rotam Rec. decis.* 55. *num.* 2 *et* 3. *part.* 1. præsertim cum nullitate laboret ea oblatio, quia facta contra debitam formam, contra finem, et in loco incongruo. *Valasch. consult.* 106. *et* 109. *num.* 7. *Posth. de Subhast. Insp.* 33. *n.* 3. 8. 10. 12. Præterea jus quoque Alphunsum amisisse contendit ad offerendam vigesimam et sextam partem pretii; cum intra dies viginti ab aperitione Schedularum oblationum offerri debeat vigesima, ac tres tantum menses dentur post expirationem termini præfixi ad offerendam vigesimam.

Verum tempore habili oblationem suam proposuisse animadvertit Montanius. Quæsitum jamdiu fuit, quousque liceret oblationes excipere. Ast ea invaluit apud omnes sententia, oblationes recipiendas esse donec perfectus foret contractus, vicesimamque retinendi, dum-

dummodo accederet intra viginti dies numerandos a die perfecti contractus, ceu docuit post relatas doctorum opiniones S. Rota *in Romana Affictus* 9. *Junii* 1749. §. 7. *et* 8. *cor. Molino*, tunc enim quis deliberatarius evadit; post deliberationem vero non amplius est recipienda oblatio nec etiam in favorem Ecclesiæ *Corradin. de jur. prælation. quæst.* 65. *num.* 2. *Rot. in Romana Appaltus Lignorum* 15. *Jan.* 1742. §. *allegata in fin. cor. Calcagnino*, *et S. Cong. in Ferrarien. emphyteusis* 18. *Junii* 1796. §. *Servandam*. Disceptatum vero fuit quandonam perfectus dici posset contractus; Sed pacifica hodie res est; ita namque docet *Card. Petra Comment.ad Constit. Apostol.* et precise *ad Constit.* 1.*d. Leon. M. Sect.*3. *n.*41. = *Circa actus perfectionem certum est post perfectum actum non esse locum poenitentiae, neque novae oblationi. Sed ista perfectio nunquam datur in hoc casu, nisi sit factum alienationis Instrumentum, cum beneplacito jam obtento; nam si beneplacitum reservetur, tunc semper erit locus additioni, donec sequatur dictum beneplacitum, quod dat formam, et robur actui, si autem beneplacitum fuerit concessum, et non executum ab exequutore, erit etiam locus novæ oblationi; ita etiam quoad actum factum tam legitimis solemnitatibus intelligi debet, quatenus actus sit perfectus cum beneplacito Apostolico executo* = Cujus eximii jurisconsulti sententiæ adhæsit Sac. Cong. pluribus aliis omissis, in *Placentina deliberationis, ac Prælationis* 9. *Septembris* 1786. *et in Ferrarien. Emphyteusis* 18. *Junii* 1796.

Cum vero nondum expleto contractu obtulerit suum Canonem Montanius, oblationem istam a nullitatis vitio vindicat, et inter cæteras connumerandas esse censet. Sed ulterius prælationem sibi competere authumat in æquali oblatione cum Perfetti, cum ipse sit actualis prædiorum bonæ fidei possessor, ac non leves sumptus jam erogaverit pro agrorum melioratione, quæ omnia etiam Episcopus Pisaurensis agnovit in gemina sua Informatione, in hæc verba = *ait ipse* (Montanius) *sibi hanc prælationem deberi tum ex Canonica æquitate, quæ in Ecclesiastica emphyteusi potissime locum habet, cum sit ipse actualis Emphyteuta, nec*

per

per ipsum sit, quod contractus bona fide initus cum Emo Rovarella obnoxius nullitati evaserit, ut in priori Informatione dictum fuit, tum etiam quia dicta bona fide fundos Emphyteuticos valde melioravit, non sine ingenti sumptu, et de proprio: ac tandem ad evitandas lites quas pro melioramentis ipsis liquidandis cum beneficiato assumere cogeretur . . . Si igitur placuerit Vobis EE. PP. ipsum uti postulat, præferre, mementote, quod Orator Joannes Soglia in precibus porrectis non postulat dissolvi contractum cum Eminentissimo Rovarella initum, sed facultatem veniendi ad novam concordiam cum Emphyteuta Montani, et firmis remanentibus omnibus in veteri illa stipulatione contentis sub fidejussione Comitis Caroli Montani beneplacitum Apostolicum, quod usque adhuc deerat reportare.

Hanc vero æquitatem ab Episcopo relatam consonam esse juris dispositioni patet ex Textu *in L. Congruit Cod. de locat. Prædiorum. Civil.* ibi = *Congruit æquitati, ut veteres Possessores fundorum publicorum novis Conductoribus præferantur, si facta nobis per alios augmenta suscipiant* = idemque habetur *in L. prædia in fin. vers. Si vero Cod. eod.* firmatq. *Caroc. de locat. et Conduct. part. 3. ad materiam leg. ne cui Cod. locat. quaest. 3. num. 4.* = Neque Montanium fugit aliquando fuisse admissas novas oblationes licet posteriores post concordatam venditionem, sive Emphyteusim habita ratione primi Emptoris, quatenus voluisset augere oblationem aliquando vero rejectas fuisse.

Celebris in primis est quæstio excitata in hac S. Congregatione *in Causa Neapolitana Beneplaciti*, in qua Patres Conventus S. Antonii in Plaga Pausilipi mediante publico Instrumento sub reservatione Beneplaciti Apostolici vendiderunt Francisco Recupi lo prædium cum Domo pro ducatis 1500., sed antequam exequeretur Beneplacitum desuper obtentum admissa fuit nova oblatio in ducatis 1602. Unde disputato in hac S.Congregatione dubio die 17. Augusti 16 7. responsum fuit = *Ad mentem Eminentissimi Præfecti* = scilicet = *pro concessione prælationis majori Oblatori, habita tamen ratione ad Recupidum primum Emptorem, quatenus voluisset augere oblationem ad dictos ducatos* 1602.

1802. = Idemque confirmatum fuit die 28. Septembris ejusdem Anni ubi ad II. dub. S. Cong. censuit = *esse locum prælationi favore Recupidi pro summa oblata per Tartaglionum* = ceu constat *ex lib. Decret.* 47. *fol.* 377. *et* 456.

Diversimode decisum fuit in alia Causa *Florentina Emphyteusis* proposita die 21. *Junii* 1698. uti ad dub. = *An sit procedendum ad ulteriora coram Ordinario in executione concessionis favore Fratrum de Georgeis, vel potius danda sit prælatio fratribus de Capponis cum oblato agumento annui Canonis scutorum quinque* = S. Congregatio respondit = *Affirmative quoad primam partem* = ut in *lib. decretor.* 48. *fol.* 300. et similiter rejecta majori oblatione primum contractum substineri respondit S. Congregatio Episcoporum, et Regularium *in Civitatis Castellanæ* 27. *Februarii* 1693. teste Monacell. *in formular. legal. pract. tit.* 5. *ad form.* 15. *num.* 8. *tit.* 1.

Sed facillime conciliari possunt istæ discrepantes resolutiones, si attendatur doctrina *Card. Petra* superius relata. Aut enim perfectus non est contractus, quia beneplacitum nondum est exequutioni datum, et tunc locus est novæ oblationi ad tradita etiam per *Card. de Luc. de alien. disc.* 52. *num.* 3. aut est perfectus contractus, exequutionique demandatum est beneplacitum Apostolicum, et tunc recipienda non est nova oblatio etiam utilior Ecclesiæ *Monacel. ut sup. num.* 9.

Hinc nihil sibi obesse putat Montanius oblationem a se factam post effluxum terminum ad offerendum, et post apertas alias oblationes; quia nondum obtentum ac exequutioni datum fuerat Apostolicum Beneplacitum.

Quatenus vero EE. PP. censeant prælationem concedendam esse Vincentio Perfetti, Montanius ratione vigesimæ habili adhuc tempore offert alia scuta septem supra oblatum a Perfetti Canonem Scutorum 140., ac vel liberum prædium, vel fidejussorem spondet prout magis S. Congregationi placuerit; quod quidem ad modum in tertio dubio exprimendum spectabit.

Post hæc Vestrum erit EE. PP. præ oculis habitis Votis

Emi

Emi relatoris, ac juribus a Perfetti defensore distributis dirimere dubia quæ sequuntur,

Dub. I. *An constet de nullitate Emphyteusis initæ die 23. Junii anni 1793. in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quòmodo sit locus sanationi, et Beneplacito Apostolicò in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An, cui, et quomodo sit deliberanda Emphyteusis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. Dilata, et affigantur nova Edicta super oblatione scutorum 147.

Ad IV. Affirmative ad cauthelam.

Sess. 3. Cap. 1. Sess. 24. Cap. 12. de Reform.

GROSSETANA SERVITII CHORI. Proposito per Summaria precum in Congregatione diei 2. Maii 1818. Supplici Libello, quo Præpositus et Canonici Cathedralis Ecclesiæ Grossetanæ Indultum abessendi a Choro, et Residentia tribus æstivis mensibus Julii, Augusti, et Septembris, ob aeris insalubritatem postulabant, rescriptum fuit *Lectum*

Nihilominus Oratores documentis muniti, ac in distribuenda allegatione tum juris, tum facti rationum momentis expositis, pro assequenda gratia, quam ab initio exorabant, iterum instant coram Emis Patribus.

Cum usque ab initio postulata est ab Episcopo Informatio, nimiam aeris insalubritatem, et abessendi mensibus æstivis necessitatem tum a rerum magistra experientia, tum ex Medicorum jurata Fide ille con-

fir-

firmavit. Hæc autem addidit, ut suam exponeret sententiam = *Præmittendum est, duodecim esse Canonicos de Capitulo* (inter quos Præpositum annumero) *quorum quatuor tantum juxta consuetudinem hujus Ecclesiæ Divinis Officiis inserviunt per Ordinem Turni, ita scilicet ut in fine cujuslibet hebdomadæ unus a turno exeat, et alius turnum ingrediatur præter dies festos, in quibus omnes interesse tenentur. Et si exiguus sit numerus Canonicorum Choro inservientium difficilimum tamen est, tot esse æstivo tempore, qui conveniant ad Ecclesiam pro Divinis Officiis peragendis. Rara nimis res est, quod Capitulum sit plenum, quod nullus de Collegio Canonicorum febri laboret, et quod ii, qui timore perterriti, et de licentia absentes a residentia reperiuntur, Medicorum freti attestationibus ad suam Ecclesiam redire non detrectent, atque ita fit, ut Ecclesiæ cultus imminuatur, et propriæ conscientiæ Canonici minime consulant.*

Quoad præteritum nil provisum fuit hac de re, quia, ut mihi suasum est, hæc Civitas habebat militare præsidium non parvi momenti, multos habebat Officiales Magni Ducis Hetruriæ, qui politicis, civilibus, criminalibus, et œconomicis rebus pertractandis præficiebantur, quique Grosseti continuam moram trahebant. His omnibus pluribus abhinc annis æstivo tempore se alio transferendi concessum fuit, atque ita pene deserta remanet Civitas, ut vix, ac ne vix quidem quinta pars remaneat incolarum, qui sunt de illorum numero, qui nullis opibus freti migrare non possunt, et in paupertate miserrimam vitam degere coguntur.

Ponderandum insuper est, quod nullum ex concessione gratiæ præjudicium commodo Populi inferri crediderim, cum satis superque mihi compertum sit, neminem æstivo tempore Ecclesiam adire, dum Horæ Canonicæ ab Ecclesiæ Ministris persolvuntur.

His omnibus perpensis, et constito mihi quod meæ sententiæ apprime cohæret voluntas Supremi Hetruriæ Imperantis per Eminentias Vestras petitioni Capituli hac lege annuendum esse censerem.

Ut liceat Oratoribus per tres Menses, Julii, videlicet, Augusti, et Septembris, vacare singulis annis ob

 aeris

aeris intemperiem a Chori servitio, diebus exceptis Sancti Laurentii Civitatis Patroni Principalis, et Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, dummodo per alios novem Menses non ut hactenus per quatuor, sed per sex Canonicos Choro inserviatur, et dummodo Missæ Conventuales, quæ omittuntur in Mensibus exemptionis, reliquo anni tempore decantentur, et applicentur pro Benefactoribus; firmo et in suo robore permanente exercitio Curæ Animarum, quod onus Præposito Cathedralis incumbit, æque ac quatuor Missis, quæ Populi commodo a Canonicis omnibus diebus de præcepto celebrari debent, et duobus diebus ferialibus. Et quoniam abusus irrepserat recitandi Tertiam sine cantu ante Missam Conventualem, teneatur Capitulum Tertiam in posterum decantare.

Hac quippe lege non imminui sed augeri mihi videtur cultus Ecclesiæ, et consultum satis erit, ut arbitror, valetudini, et conscientiæ supplicantium.

Porro de aeris Grossetani insalubritate, de qua plurima habet Capituli Defensor, dubium moveri non potest; factum est enim in Hetruria novissimum. De ejusdem vero in pejus mutationem nonnullis ab hinc annis testantur Episcopus, civicus Magistratus, et cum jurata Fide Medici, quorum attestationes maximi faciendæ sunt in hisce controversiis *Fagnan. in Cap. Licet. num. 141. de Præbend. et Dignitat.* et *Passerin. in Cap. Unic. de Cleric. non resident. in Sext. Reg. 5. num. 91.*

Cumque in præsens nullum videatur suppetere medium hujusmodi periculum declinandi, quam eorum precibus annuendo rationabilis proinde videtur eorum petitio. Post hæc Canonicorum defensor totus in eo est ut demonstret, Canonicorum petitionem consonam esse juri naturali, et Canonicis sanctionibus, nec non quamplurimis exemplis innixam: quod quantum assecutus fuerit ex dicta allegatione deprehendent EE. Patres.

Sed opponitur Oratoribus generalis Ecclesiæ, et S. Congregationis Praxis, quandoquidem Capitulis, quibus frui trimestralibus vacationibus concessum est, id semper intelligitur cum conditione; ut non omnes uno, eodemque tempore a residentia discedant, et omni-

omnino deserant Chorale Servitium ; verum Capituli Defensor animadvertit, hic non agi da trimestrali vacatione, quæ ad Canonicorum recreationem, et levamen conceditur ; agitur de gravi, et urgenti necessitate, qualis est vitæ periculum, quo extante S. Congregatio humanæ fragilitati succurrere non abhorruit, quemadmodum videre est in pluribus exemplis in allegatione adductis ; omnesque Canonistæ conveniunt, quod aeris intemperies, et vitæ, valetudinique periculum, quod ex ea promanat, inter justas et rationabiles non residendi causas recenseantur.

Insuper opponitur Oratorum petitioni præjudicium, quod infertur Ecclesiæ decori, ejusque servitio, si per integros tres menses Choralis officiatura penitus intermittatur. Attamen videant Emi Patres, utrum hoc malum avertatur per propositam ab Episcopo methodum, qua sartum tectumque remaneret æstivo tempore Paræciale servitium, et perpaucorum incolarum commodum; et in reliquis mensibus tum Divinus Cultus, tum Ecclesiæ decus augeretur.

Proponitur Dubium.

An, et quomodo sit concedendum Indultum abessendi in casu etc.

Affirmative juxta votum Episcopi ad decennium.

URBINATEN. REDUCTIONIS MASSARUM. Proposita hac causa in præterita Congregatione *die 26. Februarii* responderunt EE. PP *Dilata ad sequentem*. Duo igitur nunc reproponuntur Dubia. *Sess.22. cap. 6 de Reform.*

I. *An, et quomodo sit concedenda Reductio Missarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit providendum pro adimplemento Legati Pii in casu etc.*

Ad D. Secretarium cum SSmo.

L 2 Qua-

Quatuor quæ sequuntur causæ pertinent ad præteritum folium Congregationis *diei 26. Februarii* proxime elapsi.

Sess.22. cap.6. de Reform.

RAVENNATEN.

Dub. I. *An puella jam nominata ad subsidium dotale possit a quovis ex collatoribus iterum nominari in casu etc.*

II. *An ad subsidia dotalia admitti debeat puellæ natæ intra Civitatem Ravennæ tantum; seu potius etiam illæ, quæ in eadem Civitate domicilium legitimo modo acquisierint in casu etc.*

III. *An puellis nominatis sit præfiniendus terminus ad contrahendum matrimonium sub pœna caducitatis a nominatione, ita ut tunc fiat locus novæ collationi sub eadem conditione in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit providendum pro dotibus collatis ab anno* 1779. *ad anum* 1818. *in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad III. Affirmative pro præfixione termini duorum annorum, ita tamen, ut elapso biennio dos collata puellæ, quæ neque nupsit, neque paratam habeat occasionem nubendi alteri conferatur cito nupturæ; firmo tamen jure favore puellæ, quæ nominationem restituit, illam iterum in proxima collatione consequendi, quatenus nuptias conciliaverit.

Ad IV. Affirmative juxta modum, nempe ut intimatis omnibus puellis, quæ ab anno 1779. nominationem sunt consecutæ, iisque arbitrio Archiepiscopi præfixo termino ad docendum de inito, vel conciliato Matrimonio, eoque elapso denuo nominationes earum, nec non demortuarum conferantur aliis puellis ad formam fundationis, et resolutionis in tertio Dubio.

IMO-

IMOLEN. APERITIONIS ORIS, ET COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *Sess. 22. cap. 6. et Sess. 25. Cap. 8. de Reform.*

Dub. I. *An intret arbitrium pro aperitione oris adversus litteras Apostolicas S. M. Pii VI. datas die 9. Januarii 1783. et Rescriptum SSmi die 7. Setembris 1816. in casu etc.*

II. *An substineatur assignatio congruæ ex redditibus Confraternitatis Cruce signatorum facta ab Emis Episcopis Imolensibus duobus Vicariis Curatis noviter erectis in casu etc.*

III. *An ex redditibus iisdem persolvi debeant inopi Neophitæ Filoni menstrua scuta quinque juxta decretum hodierni Emi Episcopi in casu etc.*

IV. *An administratio bonorum ejusdem Confraternitatis fieri debeat a persona per Emum Episcopum deputata, seu potius in ea manutenenda sit Confraternitas in casu etc.*

V. *An sit consulendum SSmo pro absolutione Confratrum a censuris in casu etc.*

Ad D. Secretarium cum SSmo quoad omnia.

PRAENESTINA. *Sess 7. Cap. 6. de Reform.*

Dub. *An Parochus Ecclesiæ SSmi Cordis Jesu teneatur ad onus Sacrarii Ecclesiæ matricis S. Petri in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 24. Cap. 12 de Reform.

AQUILANA SERVITII CHORI.

Dub. *An, et ad quod tempus sit prorogandum Indultum in casu etc.*

Sess. 24. Cap. 13 de Reform.

FLORENTINA UNIONIS, ET REDUCTIONIS Sacerdos Aurelius Bettini Parocus Suburbanæ Ecclesiæ S. Quirici vulgo a Legnaja Florentinæ Diœcesis cum ob numerum animarum circiter nongentum auxilio indigeat Capellani Curati, et nequeat exParæciæ redditibus illius congruæ substentationi supplere, postulavit, ut simplex Capellania de jurepatronatus Laicali sub invocatione S. Bonaventuræ in eadem Ecclesia erecta, cum primum vacaverit, redderetur amovibilis, accedente Patronorum consensu; atque onus, qua prædicta Capellania gravatur, Missarum biscentum in diebus ferialibus, et octginta unius in diebus festivis ad Missas tantum Festivas cohiberetur.

Ablegatis de more precibus Archiepiscopo hæc retulit in sua Informatione = Quæ ab Oratore Sacerdote Au„ relio Bettini fuerunt exposita, ne paulisper qui„ dem a veritate distare mihi compertum est. Ec„ clesia siquidem de qua agitur, dum propter in„ gentem Fidelium numerum alio indiget Sacerdote, „ qui noctu, dieque ibi commoretur, adeo exiguis „ redditibus est prædita, ut vix, uni, nunquam „ vero duobus Sacerdotibus alimenta possit suppedi„ tare, cum comprehensis incertis, deductisque om„ nibus impensis, ac oneribus centum dumtaxat „ scutata Rectori quotannis redeant. Si vero ad Ca„ pellani stipendium ratio habetur, sicuti in qua„ draginta scutatis ab ærario regio quotannis renden-

dis

„ dis totum positum est, sic alendo Sacerdoti impar
„ omnino est habendum, ni et alia saltem triginta
„ addantur scutata: desunt quoque et Missarum
„ eleemosynæ manuales, et alia cujuscumque gene-
„ ris emolumenta, desunt præterea media tum propter
„ exiguas Paræciæ fortunas, cum propter Beneficio-
„ rum in hac Ecclesia ac dioecesi Florentina inopiam,
„ ut dos ista aliquantulum augeatur, nec aliunde
„ hoc foret ullo pacto sperandum.

„ Hisce igitur de causis probandum sane mihi videtur
„ Oratoris consilium, qui ad consulendum perpetuo
„ Ecclesiæ suæ utilitati, ac ad Populi commoda pro-
„ curanda preces SSmo Patri ad id effudit, ut Bene-
„ ficium simplex sub invocatione S. Bonaventuræ, et
„ in eadem Ecclesia erectam, ut primum vacaret,
„ amovibile fieret, ac in Capellani pro tempore exi-
„ stentis dotem, vel in dotis augmentum adsignare-
„ tur, ac constitueretur, utque Missarum insuper
„ onera statim imminuerentur, et ad Festivas dum-
„ taxat redigerentur. Beneficium siquidem isthoc Ju-
„ rispatronatus Laicalis dotem habet in quinquagin-
„ ta octo annuis scutatis positam, et præter octoginta,
„ et unam Festivas Missas, et alias biscentum Feria-
„ les, quibus omnino sublatis congruum sane Capel-
„ lano pro tempore emolumentum dimanaret.

„ Auditis igitur omnibus interesse habentibus præser-
„ tim vero Compatronis, quorum consensus ad hæc
„ peragenda omnino accedit, uti luculentissime patet
„ ex literis, ac documentis apud me existentibus in
„ eam irem sententiam dummodo ita Sanctitati Suæ
„ videatur, ut Oratoris preces penitus exaudirentur,
„ tum quoad prædicti Beneficii futuram amovibilita-
„ tem, ac in augmentum dotis Capellani pro tempo-
„ re existentis adsignationem, cum quoad Missarum
„ petitam reductionem, quæ quidem gratia opportu-
„ num est, ut suum statim sortiretur effectum „.

Ne quid ad rectum reddendum judicium deesset, nova postulata est Informatio ab eodem Archiepiscopo, ut audiret inscriptis Curatorem deputandum futuris vocatis ad formam fundationis, ac transmitteret ejusdem curatoris responsum una cum statu activo, et passivo Paræciæ.

Sta-

Statim Archiepiscopus Antonium Ulivierum in utroque jure doctorem, ac in Archiepiscopali Curia fidei promothorem ac Sacramenti defensorem in Curatorem futuris vocatis constituit; qui muneri suo ita in scriptis functus est.

Demandato mihi muneri satisfacturus, Illme ac Rme Domine, quo sensum animi mei aperire jussus sum circa postulationem a Rev. Presbytero Aurelio Bettinio Parochialis Ecclesiæ S. Quirici vulgo a Legnaja Curione Sac. Congregationi Concilii exhibitam: ita mentem meam hac in re aperire, et declarare muneris mei, et officii ratio postulat.

Petitionem hanc nedum Ecclesiæ utilem, sed et nullimode Juri suo oppositam ipsemet actualis Patronus Antonius Salvius agnovit, et fatetur qui propterea sua plena scientia, et deliberata voluntate suum præbuit assensum, et præbet nullum quoque inde emergere damnum, seu juris aliquam læsionem videtur hæredibus in jus vocatis: Firma namque, et salva remanente in eorumdem Salviorum Familia nominatione, ac præsentatione ad Beneficium, et Capellani officium posteri ipsi pari ratione possunt sua jura exercere iisque uti, potiri, ac antea fruerentur. Quinimo jura ipsa videntur potius augeri, ac fieri majora, vel ipso quod Beneficii Rector una simul gaudere debet Capellani munere ex officio, in Curam Animarum adscitus ejusdem Parochialis Ecclesiæ in qua situm est Beneficium.

Duo de jure requiruntur ad unionem beneficiorum perficiendum scilicet necessaria causa, et consensus eorum, quorum interest; *ut ex cap. 49. Caus. 26. quæstion. 1. cap. Tua nuper de his quæ fiunt a Prælat., et S. Congregatio in Forosempronien. Translationis Paræciæ, et Applicationis 19. Decembris 1801., et in Eugubina Unionis 23. Januarii 1802.*

Cum in præsenti casu concurrat consensus tum actualis Patroni, tum Curatoris pro futuris vocatis, inquirendum superest de necessaria causa. Sane obstat, quod perpetuum Beneficium efficiatur amovibile, et uniatur alteri Beneficio; Privatur enim hoc modo Ecclesia alio Sacerdote, et ubi unio vertit in aliquod Ecclesiæ damnum, eam non permittit Sac. Congregatio ut *in Leopoldien. Unionis 1. Septembris 1736.*

Ve-

Verumtamen tenuitatem redituum, ob quam nemo erit qui munus Capellani Curati suscipere velit, ac deficentia alterius medii supplendi, præsertim ex Paræciæ censu, probare videntur eam necessitatem, quæ Canonicam causam unionis, et amovibilitatis suadeant; ne fideles Sacramentorum administratione priventur. Sane *Tridentinum Sess.* 24. *cap.* 13 *de Refor.* probat, ut inopiæ Paræciarum succurratur per Beneficiorum unionem, et Sac. Congregatio probata necessaria causa, et concurrente consensu unionem probavit in eadem *Forosempronien. Translationis Parœciæ, et Applicationis* 19. *Decembris* 1801. Ex statu activo, et passivo ab Archiepiscopali Curia remisso constat, Paræciæ redditum esse scutorum 179. illiusque exitum esse scutorum 118. unde dispunctis rationibus patet superesse pro Parocho Oratore annua tantum scuta 61. Ex hac quidem congrua nequit aliquid detrahi ad augendum honorarium Capellani Curati.

Hæc quoad unionem, ac amovibilitatem; quo vero ad Missarum reductionem justam concurrere causam putat Archiepiscopus in sua Informatione ad augendam Capellano Curato necessariam vivendi congruam. Siquidem ad augendas tenues Præbendas non raro Sac. Congregatio reductionem Missarum concessit = *Ut in Syracusana Missarum* 10. *Martii* 1759., *et in Nucerina Reductionis* 13. *Martii* 1784. Hisce igitur positis vestrum erit Emi PP. dirimere dubia.

I. *An et quomodo sit concedenda amovibilitas simplicis Beneficii sub invocatione S. Bonaventuræ in casu etc.*

II. *An sit concedenda reductio Missarum ad festivas tantum, in casu etc.*

Sess.22. Cap.6. de Reform.

ALBINGANEN. LEGATI. Labente anno 1809. e vita migravit Thomas Scotti Albinganensis, qui Testamento hæredem proprietarium instituit Raphaelem Fareggiana suæ Uxoris fratrem; usufructuariam vero propriam Uxorem Mariannam. Proprietario nonnulla Legata solvenda demandavit, inter quæ hoc reperitur = Obbligo il mio Erede, o suoi Eredi di far ce= lebrare a titolo di legato dai Rev. Canonici della = Cattedrale di S. Michele tante Messe per l' importare = della somma Capitale di Lire 2500. moneta di Ge= nova; più altre Messe per l' importare dei frutti al 4. = per 100. per la di sopra somma capitale, princi= piando per li frutti dal 1797. primo Gennaro, facen= do sempre il conto a scaletta, estinguendosi sempre = il Capitale. Per la limosina lascio in balia al mio = Erede, o suoi Eredi, Non esistendo i Reverendi = Canonici sia adempito il suddetto legato da altri Sa= cerdoti, ed in caso avanti di morire avessi adem= piuto tale legato, in tal caso assolvo il mio Erede di = far celebrare dette Messe, non dovendo dare detto = mio Erede, o suoi Eredi conto, o soddisfazione al= cuna, ne al Clero, ne a qualsivoglia persona, o = Tribunali, o Autorità Suprema perchè lascio in suo = arbitrio il mio Erede tanto per l' adempimento, = quanto per l' inadempimento di detto Legato, e le = farà celebrare in più rate, e a suo piacimento; cor= rendo però sempre i frutti a scaletta sino alla totale = estinzione del Capitale, se così piacerà al detto mio = Erede, o suoi Eredi.

Hæres Raphael Fareggiana preces SSmo obtulit, in quibus exposuit Testamentariam dispositionem, eique tributum arbitrium = *tanto per l' adempimento, quanto per l' inadempimento di detto Legato* = et exoravit = *a volersi degnare atteso il concorso delle suddette circostanze di assolverlo dall' onere de frutti decorsi, e decorrendi, e dichiarare, che allorquando egli, o i suoi Eredi saranno in possesso in detta Eredità, facendo eglino celebrare le Messe per il Capitale di Lire 2500. avranno eglino bastantemente adempiuto all' obbligo ingiuntole dal Testatore*, o *provederle come meglio* =

Vicarius Capitularis, cui preces remissæ fuerunt, transmisit

misit particulam Testamenti, quam superius exscripsi, et statum activum, et passivum hæreditatis, et nullo expresso suo voto hæc addit = *Cum usufructuaria integrum habeat totius hæreditatis redditum; nullæ usque nunc fuerunt celebratæ Missæ, et donec ipsa vivet nullæ fortasse celebrabuntur.*

Nihil percipit Proprietarius hæres, de proprio solvere detrectat. Restat quidem unam, vel alteram hæreditatis portionem pro legati Missarum adimplemento alienare; sed minatur usufructuaria, renunciato usufructu a Testatore sibi relicto suarum dotium in bonis hæreditariis solutionem consequi ad rationem, ut ajunt, DE DUOBUS TRIA, ut vigentes civiles leges permittunt, quod totum ferme absorberet Patrimonium.

Synodalis Missarum eleemosyna in Diœcesi olim solidorum duodecim monetæ Januensis, ad preces Episcopi Albinganen. postremo defuncti, per Pontificium rescriptum ad solidos viginti dictæ monetæ est aucta, sive ad unum Julium cum dimidio monetæ Romanæ. Intentioni Oratoris non obstat Capitulum =

Ex statu hæreditatis a Vicario Capitulari transmisso eruitur *Activum* assurgere ad libr. 61744. 14. *Passivum* vero tum ex ære alieno, tum ex legatis, dempto eo de quo modo quæritur, constitui in summa libr. 52195. Unde inito calculo superest favore hæredis capitale lib. 9549. 14. Ex hoc superextante capitali detrahenda esset summa l. 2500. in Missas ad testamenti formam eroganda; insuper illius fructus ad rationem quatuor pro centenario, et anno, qui quidem fructus ab anno 1797 usque ad currentem, nulla habita ratione de decurrendis usque ad usufructuariæ hæredis mortem, jam assurgunt ad summam lib. 2300. Unde facile colligitur, quod simul junctis his duabus quantitatibus, iisque a superextanti capitali detractis, remaneret pro hærede summa tantum lib. 4749. 14.

Quæritur primo a quo tempore debeatur legatum; nimirum an illius dies cesserit statim a morte Testatoris, seu potius expectanda sit dies, qua ad plures migraverit hæres usufructuaria. Si primum tenendum est, jam patet debuisse Oratorem, tanquam hæredem proprietarium, ex defuncti hæreditate eam quantitatem separare, quæ integræ Legati satisfactio-

 ni

ni responderet. Quæ enim legata non sub conditione, sed pure relicta sunt, debent statim ab hærede præstari *Instit. de legat.* §. 2. *leg. legatum* 36. *ff. de legat.* 2. *leg.* 1. *cod. de legat. Rota dec.* 79. *num.* 1. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.* Congruit etiam voluntas Testatoris, qui per imperativa verba, nec ullo præfixo termino legatum scripsit = *Obligo il mio Erede, o suoi Eredi far celebrare a titolo di legato tante Messe ec.* = Porro Testatorum voluntates servandæ, et adimplendæ sunt *Can. ultima voluntas caus.* 12. *quæ.* 2 S. Congregatio *in Amerina Applicationis legati Missarum* 21. *Novembris* 1801.

Si vero integræ hæreditatis ususfructus debetur Uxori Testatoris, quin prius ulla detractio fiat pro implemento legati Missarum, tunc certe expectanda erit dies, qua hæres usufructuaria vitam cum morte commutaverit: Tunc enim Legatum, de quo quæritur, habendum erit ad instar legati conditionalis, quod præstari non debet ante eventum conditionis *leg.* 3. *et* 4. *cod. de condit. insert. leg.* 5. *ff. quand. dies legat. ced.* Nec huic interpretationi adversari videtur defuncti voluntas. Si enim Testator ita effrenatum contulit arbitrium in hæredem, ut posset adimplere, vel non adimplere legatum = *Lascio in suo arbitrio il mio Erede tanto per l' adempimento, quanto per l' inadempimento di detto Legato* = eo vel magis concessisse videtur facultatem differendi usque ad obitum Usufructuariæ legati implementum. Ita enim plenius quodammodo ejus implebatur voluntas, cum Uxor integræ hæreditatis, dum viveret, fruebatur compendio. Nec a jure abhorret, ut Testatorum voluntas ex conjecturis eliciatur ad *Text. in leg. Imperator ff. de legat.* 1. utque illa potius ex dispositionis spiritu, quam ex verborum cortice colligatur *leg. Fidei. commissum ff. de legat.* 3.

Quærendum *secundo* est, an sit concedenda absolutio pro Missis, quæ celebrandæ essent ex fructibus capitalis librarum 2500. ab anno 1797. ad quam absolutionem suam cohibet petitionem Orator. Sane voluntas Testatoris apertissima est, nec ullo indiget interprete = *più altre Messe per l' importare de' frutti al quattro per cento per la di sopra somma Capitale*

tale, *principiando per li frutti dal* 1797. *primo Gennajo* = At enim illimitata facultas = *tanto per l'adempimento*, *quanto per l' inadempimento* = hæredi tributa hanc etiam legati partem, sive hoc aliud legatum, informat. Nec prætereundum est, hujusmodi fructus jam pene æquare summam Capitalem, et si diu vixerit hæres Usufructuaria, in dies augetur, nisi Orator, dum nihil ex hæreditate emolumenti percipit, ex proprio ære Missarum satisfactionem acceleret.

Post hæc Vestræ erit sapientiæ, et æquitatis Emi Patres dirimere

Dubia

I. *An*, *et a quo tempore sit locus celebrationi Missarum in casu etc.*

II. *An sit concedenda absolutio pro Missis celebrandis ex fructibus Capitalis lib.* 2560. *in casu etc.*

VO-

VOTUM

Emi et Rmi Cardinalis

ERCOLANI

IN CAUSA

PISAUREN. EMPHYTHEUSIS

1. Duo clar. me. Cardinalis Rovarella in Pisaurensi possidebat Ecclesiastica Beneficia, alterum sub titulo S. Joannis de Cerreto, alterum S. Barbaræ ex Summi Pontificis feliciter Regnantis munificentia sibi collata, quorum possessionem procuratorio ejus nomine ineunte anno 1794. apprehenderat Eques Carolus Emanuel Montani, qui quum præditus esset facultate bona locandi, satis hoc esse censuit, ut sibi liceret, omnia præ arbitrio suo gerere, ac si de re profana ageretur. Quibus expletis, tribusque concurrentibus licitatoribus triennalem locationem inhiantibus, prodiit Comes Alphunsus ejusdem Caroli Emanuelis ex Fratre Nepos, qui triennalem locatitium contractum in emphyteuticum transmutans, nomine Canonis obtulit = *uno scudo di più di quello portano le altre offerte tutte* = eumdemque Patruum in suum fidejussorem dare spopondit.

2. Tunc Patruus procuratorio nomine Emi Beneficiati per publicum Instrumentum *die 23. Junii* 1795. stipulatum in emphyteusim concedit Comiti Alphunso = *per se, e suoi Figli, Nipoti, e Pronipoti fino alla terza generazione* = omnia illa Ecclesiastica bona, ac vicissim Emphyteuta, accedente solidali ipsius Patrui fidejussione, obligationem contraxit in forma juris valida, pensitandi nomine annui Canonis scutata centum quinquaginta sex, satisfaciendi omnia, et singula onera, quæ non Bonis modo, verum etiam ipsis Beneficiis, ex lege fundationis, inhærere potuissent, sarciendi ædificia, cultiores reddendi fundos, omniaque gerendi, quæ ad naturam emphyteutici contractus attinebant.

Quo

3. Quo stipulato instrumento; Comes Alphunsus, nulla mora, in possessionem ivit illorum Bonorum, quam detinet adhuc, quin in tanta temporis intercapedine ulla sibi fuerit sollicitudo Apostolicum Beneplacitum impetrandi, sub cujus reservatione contractus initus erat. Nuperrime hodiernus eorum Beneficiorum Possessor, Sacerdos Joannes Soglia supplicem dedit Libellum Sanctitati Suæ, cui narravit, a Cardinali Roverella canonem illum redactum fuisse ad annua *scuta centum triginta*, ac postremo triennio accepta tantum ejus nomine *scutata octoginta*: Cumque constaret de initi contractus nullitate, narrare pergit Orator, Emphyteutæ suam aperuisse voluntatem Ecclesiæ jura vindicandi; quo accepto ab ipso Emphyteuta, hanc rem omnem transigendam proposuisse; quod ut exequi fas esset, idem Orator supplex fuit apud Sanctitatem Suam, ut sibi necessarias facultates impertiretur.

4. Re Sac. Congregationi delegata exquisita est una cum ejus voto Episcopi informatio, *transmissa copia instrumenti primæ concessionis, reductionis Canonis, et minuta Concordiæ, et referat de annuo Bonorum redditu per decennium per peritum ex Officio, et de oneribus, nec non de evidenti utilitate* = Munus sibi commissum accurate exequutus est Episcopus; ex cujus relatione ea haurivi, quæ summatim paulo ante narravi. Addidit, Alphunsum plures in illis Fundis succidisse Quercus, Arboresque frugiferas pro summa *scut. sexaginta circiter*, sed alias novas, et in novam formam in Agris ipsis plantasse, *quæ certe magis utiles, et quantitate, et qualitate cum melioramento bonorum ipsorum notabili conspiciuntur*; duas tamen Colonicas Domus admodum dirutas, et *quod magis dolendum* binas Ecclesias quasi desertas, ac ruinis proximas, et supellectilibus exutas (quod ad Dominum directum, non ad Emphyteutam spectare tribuitur) in novissima sacra visitatione se comperiisse testabatur.

5. Ex relatione Periti *ex officio* deputati habetur, redditum annuum eorum fundorum, habita ad decennium ratione, oneribusque subductis Principi pensitandis, attingere *scutata sexaginta unum, et obul.* 98., qui-

quibus addenda *scuta alia centum quinquaginta*, quæ percipi percommode queunt ex frumento, quod nomine decimæ in *stadiis triginta*, quotannis exigi solet. Atque hinc Missarum, aliisque hujus generis, aliis supputatis oneribus, concludit Episcopus redditum Annuum favore Emphyteutæ in *scutis centum quadraginta superesse*. Et quoniam Comes Alphunsus sanari flagitabat Emphyteuticum illum contractum cum aliqua tamen Canonis moderatione, ideo idem Episcopus fuit in voto, novum perficiendi instrumentum cum Apostolico beneplacito favore ipsius Alphunsi, qui plures pecuniæ summas erogasse asserebat, ut bona in meliorem statum redigeret, redacto tamen Canone ad *scutata centum triginta* cum omnibus oneribus, et honoribus prout huc usque adhuc retinuit.

6. Post hæc, datum mihi fuit in mandatis a Sac. Congregatione, ut rem perpenderem, et votum meum aperirem. Quamquam obortæ quæstioni causam dedisset hodierni Beneficiati flagitatio, ut sibi necessariæ, et opportunæ tribuerentur facultates, rem omnem cum Emphyteuta, amica transactione componendi, quum tamen incongrua mihi visa esset hujusmodi flagitatio, ideo quærendum primum omnium esse duxi = *An, et quomodo sit locus sanationi, et Beneplacito Apostolico, in casu etc.*

7. Quibus prænarratis, sic mea prosequebatur Oratio. Nemo est, qui ignoret vetitam esse ex notissima *Extravagante ambitiosæ* rerum Ecclesiæ alienationem, cui ex communi sententia æquiparatur Emphyteusis, nisi insimul interveniat legitima causa, evidens ipsius Ecclesiæ utilitas, et Apostolicum Beneplacitum, atque in censuras incidere, qui hujusmodi contractus inierint, seu in possessionem iverint bonorum Ecclesiæ, antequam Apostolicum beneplacitum accederet, a quo contractus ipse suam accipiat oportet perfectionem *Card. de Petr. Comment. ad consti. Apostol. to.* 5. *pag.* 397. Quod quum exploratissimum sit, ultro admittit vel ipse Emphyteuta, qui propterea sanari instat initum contractum cum aliqua moderatione Canonis, quem censet Episcopus reducendum ad *scutata centum triginta*, ad eam nempe pecuniæ vim, ad

quam

quam per Rescriptum *diei* 9. *Octobris* 1803. illum redegit clar: mem: Card: Rovarella.

8. Verumtamen duo præ cæteris seria mihi digna videntur animadversione, *primum*, quod quæ præiverunt solemnia, Emphyteutici contractus stipulationi, attinuerint, ad ineundam triennalem locationem, ac omnia nulliter, ac contra fas, et jus a laica Potestate gesta fuerint; alterum, quod Comes Alphunsus nomine annui canonis obtulerit, ac rependere spoponderit *scutata centum quinquaginta sex*, ac omnia onera satisfacere Bonis, ac ipsis Beneficiis inhærentia, solidali accedente fidejussione Equitis Caroli Emanuelis, viri in suis gerendis rebus solertissimi, qui procuratorio nomine Emi Beneficiati eumdem contractum favore sui ex Fratre Nepotis iniverat. Interest igitur Ecclesiæ, ut antequam illa capiatur resolutio, scribatur Episcopo, qui prævia affixione Edictorum pro Emphyteusi *ad tertiam generationem masculinam tantum*, omnia trasmittat S. Congregationi una cum nova informatione, et voto, ac moneat tam Carolum Emanuelem, quam Alphunsum Montani, ut consulant conscientiæ suæ.

9. Atque ita rescribendum censeo, quoniam etsi Licitatores deessent, qui meliorem redderent Ecclesiæ conditionem, tunc multa quærenda supererunt; *Quærendum* utrum constito de Ecclesiæ utilitate, ob solemnitatum defectum alteri liceat contrahenti, invita Ecclesia, ab inito contractu resilire: Quod communiter negant Interpretes *in L. Jubemus §. sane Cod. de Sacrosanct. Eccles.* quorum doctrinam sequuta est *Rota in recen. decis.* 318. *n.* 37. *et seqq. par.* 5. *Quærendum* an in hac hypothesi fas esset Beneficiato constitutum Canonem decurtare. *Quærendum*, utrum ex neglecta fundorum cultura, ex Arborum incisionibus, ac ex aliis etiam extrinsecis, ac accidentalibus causis post initum contractum superventis, redditus illi decrementum acceperint, quoniam ad dignoscendum, utrum contractus sit nec ne utilis Ecclesiæ inquirere tempus oportet ipsius conciliati contractus *Rot. cor Hersan decis.* 252. *n.* 1.

10. Quibus acceptis a S. Congregatione litteræ datæ sunt ei-

dem Episcopo pro nova informatione, et voto; *prævia confectione Capitulorum, et affixione Edictorum ad tertiam generationem Masulinam tantum super oblatione MONTANI SCUT. 130. referat de supervenientium oblatorum idoneitate, et evidenti utilitate transmissis Capitulis, et oblationibus* = Quumque, postquam hisce mandatis paruit Episcopus mihi commissum sit rem perpendere, et Votum meum aperire; ut demandatum negocium conficiam, primum exponam, quod refert Episcopus, tum meam sententiam aperiam

11 Refert Episcopus, quod, præmissis Capitulis, quæ ab ipso Beneficiato exhibita normam darent Emphyteusi, ac = *publicatis consuetis notificationibus*, *duo supervenerunt Oblatores. Unus scuta quinque obtulit super prædicta scuta centumtriginta; Alter usque ad scuta centumquadraginta canonem annuum se soluturum exibet ad normam Capitulorum*. Sic Episcopus, qui commemorata capitula, ac oblationum Syngraphas mittit S. Congregationi. Tum agens de Oblatorum idoneitate, hæc habet = *Primus nihil de hypotheca danda pro securitate obligationum assumendarum loquitur: alter depositum se facturum exhibet de pecunia congrua pro fundo emendo, quem postea in Hypothecam dare possit securitate Canonis. Hæc ego si ad exitum reducerentur, nescio. His auditis tamen* (*sic ille prosequitur*) *jam Emphyteuta per annos 25. prælationem postulat in contractu pro d. summa* ꝟ *140. quæ se soluturum exhibet ad effectum dicta bona, etiam imposterum retinendi*.

12 Hæc Episcopus, qui deinde multa cumulat, quæ eo tantum animo, et consilio cumulata videntur, ut prælationi ab Alphunso petitæ indulgeatur. Hodierna igitur quæstio in eo tantummodo versari mihi videtur = *An cui, et quomodo deliberanda sit Emphyteusis in casu ec.*

13 Primum expendendum est, utrum ex datis oblationibus illa emergat utilitas, quæ in causa sit, ut bona utriusque Beneficii in Emphyteusim concedantur. Ex instrumento die 23. *Junii* 1795. stipulato habetur quidem, Alphunsum Montani obligationem contraxisse rependendi quotannis nomine Canonis scuta centum quin-

quinquagintasex, et hæc ab onere immunia, sed ex facto constat, Canonem reductum deinde fuisse ad scuta centum triginta ipso consentiente Emo Beneficiato, qui forte, uti cultor æqui, et boni (a quo effato nequit Ecclesia recedere) perspectum habuit, redditus illos impares esse convento canoni, aliisque oneribus, quæ Emphyteuta ferre spoponderit, iisque præsertim, quæ Supremi Principis jussu deinceps Bonis ipsis infixa erant. Reque vera ex decennali calculo, quem iniit Peritus ex Officio deputatus, colligitur annuum illorum bonorum redditum, subductis oneribus, sc. *sexaginta*, *et unum, ac obul.* 98. non excedere; quibus si addantur decimæ in frumento præstandæ, annuus Beneficiorum redditus pertingere poterit *scuta centum nonaginta septem*. At præter onera Fundis infixa, de quibus a Perito habita fuit ratio, alia subducenda sunt, quæ ex stipulatione incumbebant *Emphyteutæ*, quæque summam scut. *quinquaginta octo* constituunt. Quapropter, ceu concludebat Episcopus in priori relatione, vix annuus redditus attingit *scuta centum quadraginta.*

14. His adde quod Beneficiatus Bona illa vel ex locato tradere, vel suo sumptu, et periculo conducere tenetur: Si locaret videndum, an tanta pensio perciperetur, et an deterior evaderet bonorum cultura; de quo non abs re licet suspicari: si suo sumptu, et periculo conduceret, Actorem quærere deberet, qui suas vices gereret. At quantum incerta tunc esset Beneficiati fortuna, nemo non percepit. Contra vero, si dentur in emphyteusim, uberior tunc evaderet ipsorum bonorum cultura, prætiosiorque eorum æstimatio, nec ulli sollicitudini, ac periculo subesset Beneficiatus, cui invariabilis pecuniæ vis solvenda erit ab Emphyteuta. Atque hæc, ut opinor, in causa fuere, quare S. Congregatio, nulla ratione habita de præcedenti instrumento, sed de oblatione dumtaxat facta ab Alphunso Montani pensitandi nomine annui Canonis scuta centum triginta, mandaverit Episcopo, ut *PRAEVIA CONFECTIONE CAPITULORUM, et affixione Edictorum pro emphyteusi ad tertiam generationem* Masculinam tantum *SUPER*

OBLATIONE Montani scut. 150. referat de supervenientium Oblatorum idoneitate, et evidenti utilitate.

15. Sunt hæc, quæ ubi nulla habenda sit ratio de præcedenti emphyteutico contractu, me inducunt, ut putem, emphyteusim cessuram fore in permanentem Ecclesiæ utilitatem; Si admittatur oblatio annui Canonis in *scutis centum quadraginta* dummodo ab oblatore alia onera ferantur in præmissis Capitulis relata. Obtulit quidem *Vincentius Perfetti* scuta centum quadraginta nomine annui Canonis = *Per l'Enfiteusi a terza generazione Mascolina, e secondo li Capitoli esistenti presso questa Cancellaria Vescovile di Pesaro, riservata solo a mio favore la facoltà di assoggettare in speciale ipoteca un fondo libero per l' ammontare voluto dall' Art. quinto dei suddetti Capitoli, o vero di depositare una somma equivalente in danaro, fino a che non mi piacesse d' ipotecare un Fondo come sopra, assoggettandomi per questo capo a tutte le occorrenti spese* = Quæ oblatio sic facta est, quia in præcitato *Capitolo quinto* præmonebantur oblatores = *Che l'Enfiteuta debba nell' Istromento assegnare un Fondo proprio, e libero del valore catastrale corrispondente per lo meno al Canone di tre anni intieri, sul quale prender l' ipoteca tanto per la sicurezza dell'annuo Canone, quanto di tutti i pesi, che assumerà sopra di se* = Quapropter illa additio, non modo nihil iis detrahit, quæ in commemorato Capitulo constituta erant, verum etiam meliorem reddit Domini directi conditionem, quippe qui, si datam fidem Emphyteuta, qua in parte, servare deesset in illo triennio, depositam pecuniam persequi posset dominus directus, quin Fundum hypothecatum publicæ hastæ venum exponere deberet.

16. Firma igitur manente Vincentii Perfetti oblatione, quærendum nunc restat, utrum Alphonso Montani sit danda prælatio. Visis, quæ datæ erant oblationibus, venit ipse apud publicas Tabulas illius Cancellariæ, multaque exposuit, ut Sacram Congregationem induceret = *ad avere qualche considerazione per me* = Sed tandem ita conclusit = *e qualora non credesse di accordarmi un più vantag-*

taggioso partito in vista di tutto l'esposto, prego mi conceda la prelazione pel Canone di scudi centoquaranta = Quam cæpit, et adhuc retinet Alphunsus, vitiosa fuit possessio, tamquam capta antequam flagitaretur, ac concederetur Apostolicum Beneplacitum. Nullum igitur prælationis jus adquirere poterit. Nec ullam invenio causam, quare saltem ex quadam æquitate non scripta petita prælatio sit concedenda. E contra vero gravis fieret injuria Vincentio Perfetti, si alteri daretur prælatio, illo posthabito, qui per suam oblationes alias excedentem, meliorem effecit Ecclesiæ conditionem.

17 Eoque minus præferri meretur Alphunsus; quoniam in priori Episcopi relatione, non solum habetur, plures Alphunsum succidisse Arbores, et Quercus fructiferas pro summa scut. *sexaginta circiter*; Sed etiam ædes Colonicas dirutas admodum esse, et Ecclesias ambas, quasi desertas, et ruinis proximas, ac suppellectilibus exutas, in novissima sua visitatione comperiisse; quæ omnia, excepta Ecclesiarum reparatione, vertenda sunt vitio Emphyteutæ, cujus erat ex stipulatu colonicas Ædes sarcire, et Ecclesias sacris suppellectilibus instructas reddere. At non solum haud meretur, sed ne licet quidem Alphunsum præferri. Quamquam enim Episcopus in novissima relatione asserat se nullum dubium de illius idoneitate invenire, hoc tamen asserit, quia =*jam pro eo solidaliter obligatus est Comes Carolus Montani bo: mem:*

18 Sed animadvertere oportebat, quam in illo instrumento Comes Carolus contraxerat solidalem obligationem non amplius in præsentiarum vires suas exerere posse; quoniam de novo agitur emphyteutico contractu, et cum aliis Capitulis celebrando in quibus onus præ cæteris iniicitur Emphyteutæ speciali hypothecæ subjiciendi fundum liberum = *del valore Catastrale corrispondente per lo meno al Canone di tre Anni intieri, sul quale prendere l'ipoteca tanto per la sicurezza dell' annuo Canone, quanto di tutti i pesi, che assumerà sopra di se* = Igitur solidalis illa Caroli Emanuelis jam defuncti obligatio abivit

in

in auras ac de Alphunsi idoneitate desperandum mihi videtur. Si cor angit Alphunsi quod alteri deliberetur Emphyteusis, offerat *Vigesimam*, ac si hæc satis non esset, tum offerat *sextam*, fundumque quærat quolibet alio vinculo solutum, quem speciali subjiciat hypothecæ eo modo, quo in commemorato Capitulo quinto præscribitur.

Hæc mea sententia est, quam accuratiori EE. PP. judicio subiicere profiteor, quorum manus humiliter deosculor.

Die Sabathi 15. Aprilis 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

PRÆNESTINA

Sess. 7. Cap. 6. de Reform.

Dub: *An Parochus Ecclesiæ SSm̃i Cordis Jesu teneatur ad onus Sacrarii Ecclesiæ Matricis S. Petri, in casu etc.*

Negative

AQUILANA SERVITII CHORI

Sess. 24. Cap. 12. de Reform.

Dub: *An, et ad quod tempus sit prorogandum Indultum in casu etc.*

Affirmative ad aliud triennium ad formam præcedentis

FLORENTINA UNIONIS, ET REDUCTIONIS

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

Dub: I. *An, et quomodo sit concedenda amovibilitas simplicis Beneficii sub invocatione S. Bonaventuræ in casu etc.*

Dub:

Dub: II. *An sit concedenda reductio Missarum ad Festivos tantum in casu etc.*

Dilata, et scribatur Archiepiscopo pro nova informatione juxta mentem

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

ALBINGANEN. LEGATI

Dub: I. *An, et a quo tempore sit locus celebrationi Missarum in casu etc.*

Dub: II. *An sit concedenda absolutio pro Missis celebrandis ex fructibus Capitalis libr. 2560. in casu etc.*

Ad. I. Affirmative a die obitus hæredis usufructuariæ facto verbo cum Sšmo

Ad. II. Affirmative usque ad obitum hæredis usufructuariæ

Sess. 22. Cap. 1. et 5. de Sacrificio Missæ.

JANUEN PRIVILEGII. Actum est in Congregatione diei 7. Martii 1818. de Privilegio Ven. Sodalitii Mortis erecti in Claustris S. Donati Januæ quoad celebrationem plurium Missarum in Feria V. Majoris Hebdomadæ. Prodiit Rescriptum = *dilata, et scribatur Emo Archiepiscopo qui præfigat terminum Promothori Fiscali ad deducendum jura sua in S. Congregatione* = dum hæc expectabantur, ob emissam ab Eño Cardinali Spina, qui Bononiæ Legati munere fungitur, renunciationem novo emeritissimo Pastore R. P. D. Lambruschini concredita est Januensis Archidiœcesis. Statim Sodalitii Moderatores a novo Archiepiscopo postularunt, ut hæc controversia procul a quovis judiciali strepitu amice conciliaretur.

Pla-

Placuit SSmo, cui ea de re relatæ fuerunt preces, omnes facultates novo Præsuli concedere ad hujusmodi componendam controversiam, ita tamen, ut quidquid inter Partes conventum fuerit, effectum sortiretur postquam fuisset ab Apostolica auctoritate confirmatum.

Ex Novis deputatorum precibus patet conventum ita fuisse.

„ 1. Che si supplicherà la Santità Vostra, che il pri-
„ vilegio, il quale in forza di antichi diplomi Pon-
„ tificj, e di un possesso immemorabile, e piuc-
„ chè Centanario compete alla V. Archiconfrater-
„ nita della Morte di far celebrare alcune Messe
„ nel Giovedì Santo di ciascun Anno, e di am-
„ mettere in esso giorno i Confratelli alla SSma Co-
„ munione, colla communicazione dell' Indulgen-
„ ze dell' Ordine della SSma Trinità, sia benigna-
„ mente confermato, approvato, ed anche di nuo-
„ vo concesso.

„ 2. Uniformandosi i Deputati ai desiderj di Monsig.
„ Arcivescovo acconsentono, che pel tratto succes-
„ sivo, ed in perpetuo il numero delle Messe, che
„ solevano celebrarsi nel Giovedì Santo, sia ridotto
„ a Messe quattro.

„ 3. Ossequiosi, i deputati alle insinuazioni della Santità
„ Vostra comunicate per organo di Monsignor Arcive-
„ scovo per allontanare qualunque dubbio nell'ani-
„ mo dei RR. Parrochi sull'adempimento del Precetto
„ Pasquale per quegl'Individui Confratelli, che in
„ detto giorno riceveranno nell'Oratorio la Santissima
„ Comunione, promettono, che da qui innanzi il
„ Cappellano maggiore pro tempore, o chi nè farà
„ le veci trasmetterà ai rispettivi Parochi dei Confra-
„ telli, che si saranno comunicati, come sopra, il
„ certificato autentico di detta Comunione.

Sanctissimus priusquam super novis hisce precibus, quibus in omnibus favet Archiepiscopus, quidquam decernat in mandatis mihi dedit, ut iterum EE. Patrum exquirerem sententiam. Reassumpto igitur Folio diei 7. Martii 1818. dignentur dirimere dubium

An sit consulendum Sanctissimo pro approbatione in casu etc.

Affirmative

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

RAVENNATEN. CAPELLANIÆ Ultimo suæ voluntatis elogio Francisca Lunardi Vidua Gordi laicalem Capellaniam instituit die 20. Septembris Anni 1560. voluitque ut filii suscepti ex connubio cum Uberto Gordi, eorumque descendentes idoneum Presbyterum eligerent Ravennæ ortum, qui geminam singulis hebdomadis Missam celebraret ad Altare Capellæ in Ecclesia S. Joannis Evangelistæ extructæ ab ejusdem Franciscæ patre; Capellano vero reliquit = *l'uso, e l'entrata di tornature* 11. *di Prato poste a Piangipane acciocche detto Sacerdote possa sostentarsi a vivere* = activo hujusce Capellaniæ jure patronatus fruita est familia Gordi ad diem usque 26. Augusti anni 1760. tunc enim Joannes Baptista Gordi confectis codicillis illud reliquit fratribus Pompejo, et Antonio ex comitibus Rajsi. Exaruit Antonii Linea; Pompejus vero filium habuit Ludovicum, qui Josephum filium reliquit in pupillari ætate constitutum, in quo proinde omnia patronatus Capellaniæ jura coaluere. Interea die 29. Julii anni 2799. Canonicus Antonius Rajsi tunc temporis Capellaniæ Rector ab Archiepiscopo specialibus facultatibus aucto obtinuit in actu S. Visitationis reductionem hujus arbitrio duraturam geminæ hebdomadalis missæ ad binam in Mense ob redditnum tenuitatem.

Cum ad plures migraverit elapso anno ultimus Capellaniæ Rector Sacerdos Felix Messini, preces SSmo dedit Fridericus Rasponi, ceu testamentarius tutor memoti superius pupilli Josephi Rajsi ut proprietas fundi, quo uti deberet Capellaniæ Rector, pupillo concederetur

tur, qui rei familiaris premitur angustia, firmo tamen remanente onere geminæ Missæ in Ecclesia S. Joannis sumptibus pupilli celebrandæ quolibet Mense juxta reductionem ab Archiepiscopo factam. Cum hujusmodi preces Sacro Vestro Consessui fuerit a SSmo ablegatæ, illico exquisita est Informatio Archiepiscopi ex qua hausi, quæ huc usque narravi quoad fundationem, jura compatronorum, si adessent, et Indultum reductionis Missarum. Quia præterea requisitus fuerat, ut referret de annuo redditu, oneribus, eleemosyna vere necessaria, ac utrum essent passive vocati idonei, quibus præjudicium inferretur, de gravi familiæ Rajsi inopia quoad alimenta juxta ejus conditionem, nec non de tempore necessario, singulis Archiepiscopus satisfecit in hæc verba = *Redditus annuus Capellaniæ quantitatem scutorum 18. non excedit: si tot Missæ hodierno die celebrari deberent, quot Testatrix præscripsit, nempe duas pro quolibet hebdomoda, seu Missas 104. singulis annis, a Rectore Capellaniæ solvenda esset singulis annis pro eleemosyna Missarum quantitas scutorum 15. 60. Nihil reliquum fuisset pro emolumento ejusdem Rectoris imo quotannis officium Rectoris aliquod detrimentum ipsi afferret, ex eo quod solvere etiam deberet taxas a Camera Apostolica, atque a Comunitate Ravennæ impositas, et imponendas. Id in causa fuit, quare viso supplici libello Canonici Rajsi tunc Rectoris ejusdem Capellaniæ, auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata prædictum Missarum onus ad duas Missas quolibet mense celebrandas reduxerim.*

Addit præterea eleemosynæ taxam pro qualibet Missa lecta esse obolórum 15. hinc si demantur scuta 3. 60 pro eleemosyna 24. Missarum juxta memoratam reductionem, supersunt favore Rectoris scuta 14. 40., cum præsumendum esse censeat præfatus Antistes, fructus a Perito computatos fuisse detractis omnibus expensis.

Ad paupertatem pupilli vero quod attinet sic ait = *Peritus calculator postquam exploravit omnia regesta ad statum activum, et passivum Familiæ Rajsi pertinentia, statuit Pupillum Josephum Rajsi ex bonis, quæ possidet hodierno die percipere redditum, scuto-*

rum 379. 25. omnibus deductis expensis quæ illum afficiunt, ut patet ex Relatione ejusdem Periti =. Ex hac constat redditum annuum esse scut. 2190. 13. exitum scutor. 1810. 88. 06. ob legata Pia, vectigalia, et administrationem; ex superextantibus vero liberis scutis 379. et ob. 25. desumenda sunt alimenta nedum pupilli, sed etiam genitricis Comitissæ Theresiæ Belmonti viduæ Rajsi, cui in dotali instrumento promissum fuit servitium famulorum, Ancillæ, et currus = *Hujusmodi redditus*, prosequitur Archiepiscopus, *profecto non sufficit ad ea omnia comparanda quibus indiget pupillus, ejusque mater præsertim cum agatur de personis, quæ usque ad hodiernam diem more nobilium vixerunt; proptereaque non est dubitandum, quin Josephus Rajsi inter eos patronos recenseri possit, qui ad inopiam vergunt, quibusque leges Ecclesiasticæ jus petendi alimenta juxta eorum conditionem concesserunt. Tantum itaque abest pupilli sive tutoris petitionem eisdem legibus adversari, ut potius eisdem omnino innixa esse videatur.*

Ex his concludit memoratus Præsul, annuendum esse Oratoris instantiæ *cum onere tamen efficiendi, ut sumptibus ejusdem pupilli in memorata Capella Sancti Joannis Evangelistæ 24. Missæ celebrentur pro eleemosyna obolorum 15. pro singulis Missis lectis, emissa tamen nomine pupilli per Oratorem solemni obligatione de restituendo Ecclesiæ fundo, de quo agitur: si quandocumque contingerit, ut Joseph Rajsi ad pinguiorem fortunam deveniat* =.

Tria tamen obstare petitioni possunt, videlicet quod non efflagitetur, suspensa nominatione, fructuum tantum perceptio, sed ut remanente firmo onere Missarum 24. fundi proprietas pupillo tradatur: secundo commutatio voluntatis Testatricis absque necessitate cum gravis, ac extrema non sit pupilli paupertas, quæ quidem tertia est difficultas: dubitari etenim potest utrum sint præstanda alimenta patrono, ut more nobilium vivere possit.

Animadverti etiam potest, idem Pupillo præstari subsidium, si firma remanente celebratione Missarum juxta reductionem ab Archiepiscopo factam, eidem fundi administratio concedatur, prævia suspensione no-

nominationis. Nec desunt exempla hujusmodi concessionum; et revera reductionem Missarum non radicente licet interesse habente, ac plene Capellaniis concessit S. Congregatio ad sublevandam inopiam familiæ patronæ *in Januen. Capellaniarum 31. Augusti elapsi anni*. Suspensionem etiam eadem de causa concessit nominationis ad Canonicatum, licet aliquod adesset Choralis servitii detrimentum in *Derthonen. Alimentorum 20. Januarii proxime præter.* Nedum fructuum perceptionem, sed et administrationem Laicalis Capellaniæ concredidit S. Congregatio patrono ad inopiam vergenti in una S. *Michaelis de Clusa 2. Decemb.* 1775., *et* 30. *Januarii* 1776. ubi proposito Dubio = *An et quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu etc.* = Respondit Sacrum Vestrum Tribunal = *Affirmative juxta votum Vicarii Capitularis, et consensum interesse habentium ad vitam Oratoris tantum adimpletis oneribus* =.

Totus igitur quæstionis cardo in definienda patroni paupertate consistit. Si enim de hac constet tunc in præsenti casu, in quo nemini infertur præjudicium, cum certa persona ad Capellaniam non sit designata, facile difficultati commutandæ voluntatis succedet præsumpta imo voluntas Testatricis succurrendi egestati eorum, quos ad activum Juspatronatus invitaverat.

Nec quidquam refert Josephum Rajsi non esse in linea a Fundatrice contemplata, supplet enim Ecclesiæ benignitas. Quamquam enim olim disceptatum fuerit an solis a fundatore descendentibus tributum fuerit hoc Beneficium alimentorum; merito tamen placuit Sanctionem *Concilii Toletani IV. Can.* 38. relatam in *Can. quicumque* 16. *quæst.* 7. licet de solis descendentibus loquentem, in sensu demonstrativo accipere, et canonicam indulgentiam ad omnes Patronos etiam extraneos a fundatore extendere. Merito hinc S. Rota discusso plenissime articulo, *Canonis quicumque* æquitatem de omnibus patronis, etiam extraneis, intelligendam esse definivit in *Salernitana Alimentorum* 11. *Januarii* 1712. *et in confirmatoria* 20. *Junii ejusdem anni cor. Scotto*, cujus sententiam amplexa est S. Congregatio præsertim *in Aquen. Capellaniæ* 20. *Januarii* 1787.

Ad

Ad paupertatem vero patroni quod attinet non requiritur, ut hæc sit *extrema*, sed satis est *relativa* ut docet Fargna *de jurepat. p.* 1. *cap.* 3. *can.* 1. *n.* 8. S. Rota *in eadem Salernitana alimentorum super taxatione* 16. *Decembris* 1712. *num.*1. *cor.Falconerio* ubi hæc leguntur = *Pro comperto fere apud omnes Dominos fuit habitum, quod Patronis ex redditibus Ecclesiæ patronatæ superextantibus congruæ substentationi rectoris debeantur alimenta non quidem ad solam necessitatem, et ad suffragium tantum vitæ, sed ut modeste, et condecenter juxta gradum, et conditionem propriarum personarum vivere valeant approbando in hac parte conclusionem firmatam in decisionibus præteritæ instatiæ* = Idemque docuit S. Congregatio in *Bugellen.* 16. *Decembris* 1716. *et in Aretina Suspensionis Nominationis* 14. *Junii* 1817. Jam vero solis scutis 379. autumat Archiepiscopus, non posse Josephum Rajsi una cum genitrice *decenter juxta suum gradum, et conditionem vivere*.

Quatenus EE. VV. censeant Oratori ex tam tenui Capellania aliquod subsidium esse præstandum; tunc judicare debebunt, quomodo id fieri debeat, an scilicet suspensione nominationis, ac deputatione Ecclesiastici administratoris, vel utrum administratio sit tradenda eidem patrono, attenta nimia reddituum exiguitate. Ita etiam cavendum videtur, ut quovis in casu fiat Capellaniæ inscriptio super Fundo a Testatrice relicto pro securitate oneris Missarum sive ad tempus, sive in perpetuum reducti ad formam Edicti jussu SSmi nuperrime editi.

Dubium proponitur.

An, et quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu etc.

Negative, et servandam esse fundationem, nec non Archiepiscopus curet fieri inscriptionem fundi Capellaniæ juxta novissimum edictum.

TOLENTINATEN. SUSPENSIONIS ONERUM MISSARUM. Extat in Cathedrali Ecclesia Tolentini Canonicalis Præbenda a quodam Ascanio Barabucci ineunte præterito sæculo instituta, ad cujus fruitionem vocavit Fundator, suum proximiorem propinquum de Familia Barabucci. Post mortem Canonici Philippi Lucarelli Barabucci ultimi Canonicatus Possessoris die 6. Januarii 1814. sequutam, fervens exarsit contentio quoad jus in passiva vocatione succedendi inter Sacerdotem Franciscum Ciocci, qui modo Canonicatum obtinet, et Joannem Baptistam Barabucci, qui illum deberi juxta Pii Testatoris voluntatem septenni suo ex filia Nepoti contendebat. *Sess.22. Cap.6. de Reform.*

Lis acta est tum in Episcopali Curia, tum etiam in Supremo Signaturæ Justitiæ Tribunali; ab ea tamen nondum absoluta Partes communi placito recesserunt, et rem omnem initam solemni Transactione inter sese composuerunt. Inter alia Transactionis Capita conventum est „ che il Sig. D. Francesco Ciocci „ dovrà andare in possesso secondo le regole Canoniche del detto Canonicato, e seguito, che sarà detto possesso, sia obbligato passare al Sig. Gio. Battista Barabucci sua vita naturale durante, e dopo la „ di lui morte ai Figli di Geltrude Moglie di Domeni„ co Giacinti . . . ratatamente l' intera somma annua „ di scudi quindici romani „.

Absoluta inter duas partes dissidentes concordia, perque Supremam Apostolicam Auctoritatem sub die 14. Septembris 1817. approbata, expeditisque Bullis, Sacerdos Franciscus Ciocci Canonicatus possessionem adeptus est. At paulo post supplicem Libellum obtulit Sac. Congregationi in quo exposuit Canonicatum gravari variis oneribus, et numero Missarum 156. nec ejus redditus, oneribus detractis, scutata 30. excedere, unde ajebat „ Vedendosi gravato in oggi di „ altri scudi 15. per la Pensione . . . Supplica per la „ sospensione di dette Messe 156., e ridurle a Messe „ ventiquattro, finchè sarà obbligato a passare l'ac„ cennata caritatevole sovvenzione „.

Episcopus cui preces remissæ fuerunt pro informatione, et voto, et ut omnes interesse habentes audiret, exposito-

sitorum veritate confirmata, suspensionem exoratam concedi posse putat.

Referam ejus Informationis verba „ Nec minus veritati „ innititur habita ratione accepti, et expensi, sive, ut „ vulgo dicunt, status activi, et passivi, redditum „ Præbendæ Canonicalis vix scutorum viginti, adjun„ ctis vero modicis quotidianis distributionibus vix „ scutorum triginta summam quotannis attingere. „ Tam tenue profecto hoc emolumentum videtur, „ ut impar procul dubio sit compensando Chori ser„ vitio pro omnibus horis Canonicis, ad quod ipse „ singulis diebus, uti alii Canonici, tenetur. His igi„ tur inspectis, præsertim vero Missæ manualis Elee„ mosynam Julii unius non sufficere, mea quidem „ sententia, putarem posse ab ista Sac. Congregatione „ petitam Missarum reductionem præfato Oratori, „ prout in precibus, concedi; ita tamen ut hæc re„ ductio, donec erit præfata pensio solvenda, sit du„ ratura; idque eo magis, quod et ipsi Patroni, et „ hujus meæ Cathedralis Ecclesiæ Canonici suum re„ spective assensum præbeant „.

Verum opponitur primo pii Fundatoris voluntas, sacraque Canonici juris decreta juxta *Can. ultima voluntas cons. 17. quæst. 2. utque tradunt Fagnanus in Cap. Ex parte de Constit. num. 27. et Petra ad constit. Innoc. IV. num. 49. et seqq.* præsertim vero cum agatur de Missarum oneribus suspendendis, et reducendis, quod nunquam concedi solet, quoties redditus oneribus pares supersunt, quemadmodum Sac. Congregatio pluries definivit, et cæteris omissis *in Ostunen. Reductionis Missarum 4. Decembris* 1784.

Sane Canonicatus redditus juxta Relationem Canonici Raphaelis Vitali, qui Canonicatum per triennium administravit ad scuta annua 74. 05. pertingunt, ejus autem onera juxta ejusdem Oratoris notula, comprehensa Pensione scut. 15., non excedunt scutata 55, 99. unde redditus exitum superat in *scutis* 18. 06. quibus adjunctis quotidianis distributionibus, ut refert Episcopus, annua remanet summa scutorum triginta.

Animadvertendum tamen est in notula onerum ab Oratore exhibita adnumerari summam scut. 26. 95. pro annuis Missis 156. ad eleemosynam obulorum septem.

ptemdecim cum dimidio, de quibus petitur reductio. Non constat vero hanc esse eleemosynam manualem, imo ex Episcopi relatione colligi videtur, eam esse in obulis decem tantum, ex quo prædicta summa cohiberetur ad scuta 15. 60. quæ etiam summa penes Oratorem remaneret, satisfactis per ipsum Missis. Nec altera admittenda videtur partita in eadem notula relata scuti unius, et ob. 50. pro manutentione Vestium Choralium. Si ergo una, alteraque demantur a calculo, jam non tantum triginta, sed scuta 58. 45. annuatim supererunt favore Oratoris.

At Episcopus in supposito casu, quod tantum triginta annua scuta superextent, putat quod, *hoc emolumentum impar sit compensando Chori servitio pro omnibus horis Canonicis ad quod ipse* (Orator) *singulis diebus, uti alii Canonici tenetur*.

Videant EE. Patres, an hæc sit idonea causa ad Missarum onera suspendenda commutandamque pii Testatoris voluntatem, juxta præscriptum in Tridentina Synodo *Sess.* 22. *Cap.* 4 *de Reform.* Insuper aliquid præsidium mutuare studet Orator ex eo quod agatur de suspendendis Missarum oneribus correspective ad novum onus Pensionis favore Pauperis Patroni, cum Fundatore conjuncti, cui ex præsumpta Testatoris voluntate opem ferre solet SS. Canonum æquitas, et S. Congregatio passim. *Ut in Aquen. Capellaniæ* 20. *Januarii* 1787. *in Montis Alti Cappellaniarum* 10. *Februari* 1805.

Verum enim vero constat ex facto, hujusmodi Pensionem conventam fuisse in actu concordiæ ad dirimendam litem, ac finem imponendum sumptibus, et molestiis utriusque partis: Pensio igitur favore Joannis Baptistæ Barabucci conventa, de qua hodie Orator conqueritur, eidem reapse utilitati fuit, dum ejus jura tuta reddidit, illum ad Canonicatus possessionem invexit, omnique cura, et molestia liberavit. Hinc inferri posset modo non agi de suspendendis Missarum oneribus, et eleemosynis in subsidium Pauperis Patroni convertendis, quod licet opponatur regula ne Missarum eleemosynæ in alios usus convertantur *ex Cap. cum nobis de Test.* Nihilominus ex

benignitate SS. Canonum S. Congregatio concedere solet.

Proponitur Dubium.

An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.

Non proposita cum sequen.

Sess. 23. Cap. 18. de Reform.

URBANIEN. REDUCTIONIS ONERUM. Testamento anni 1790. Fabius Bischi Urbaniensis, omnium bonorum suorum Vincentium Guerra ex Sorore Nepotem, ejusque Filios Masculos hæredes Fideicomissarios instituit. Bona quæ reliquit, nonnullis piis legatis oneravit, ac inter cætera hæc jussit:

„ Per ragion di Legato lascio alla Venerabile Compa-
„ gnia del SS.mo Sagramento eretta nella Chiesa di
„ S. Floriano del Palazzo de' Mucci sei Scudi all' an-
„ no in perpetuo. Item dispongo, e voglio, che dopo
„ otto anni dalla mia morte il mio Erede impieghi
„ per una volta sola Scudi venti in pro, e beneficio
„ di detta Chiesa Parochiale di S. Floriano, con pro-
„ vedere con detta somma quelle suppellettili, o per
„ far fare altre cose, che più gli sembraranno oppor-
„ tune, e confacienti a pieno arbitrio, e piacere di
„ detto mio Erede . . . . e questa tale somministra-
„ zione come sopra per una volta dopo scorsi venti
„ anni dalla prima si faccia per la seconda volta nel
„ modo, e forma antecedente. E dopo altri venti an-
„ ni dalla seconda parimenti nel modo istesso si rei-
„ teri per la terza volta, e non più oltre, di modo
„ che deve essere in tutto detto impiego in soli Scu-
„ di Sessanta. „

„ Item ordino, e dispongo, che ad Antonio Maria
„ Pecorini, e successivamente alli di lui Discenden-
„ ti Maschi, ex Masculis si diano due Scudi all' An-
no.

„ no, acciò ogni ventiquattro ore, cioè al fir del „ giorno, o all' aurora, a mezzo giorno, alle ore „ ventiquattro, e circa un' ora di notte faccia sem- „ pre suonare la campana maggiore situata nel Castel- „ lo di detto Palazzo di Muccio, acciò i Popolo ab- „ bia campo, e reminiscenza di recitare l' Ave Ma- ria, de Profundis, ed altre Preci.

Tandem suam voluntatem quoad Legata ita conclusit = „ Ordino, e voglio, che minorandosi, e scemandosi „ col progresso del tempo i Capitali della suddetta „ Primogenitura, ed eredità, di modo che le rendi- „ te, e fruttato calassero per qualunque evento ed „ accidente, verbi gratia, per la metà dopo questa „ contingenza li suddetti Pesi, assegnamenti, sov- „ venzioni, ed obblighi, proporzionatamente an- „ cora questi, ossiano per causa pia, o profana „ indistintamente si minorino, e calino per la metà, „ o in altra congrua, e proporzionata somma, non „ volendo, che ne il Possessore pro tempore della „ sua Primogenitura, ne dippoi la predetta Comuni- „ tà (chiamata all' Eredità in mancanza degli Eredi „ nominati) che sarà per avere, come di nuovo „ voglio, che abbia in ogni miglior modo la mia „ Eredità, rimanghino senza un congruo lucro, ed „ emolumento, e se svanissero del tutto detti Capi- „ tali, *cessino parimenti tutti i predetti pesi, sovven-* „ *zioni, obblighi ec.* non volendo, che li suddetti „ Primogeniti, e l' altri pro tempore e come sopra chia- „ mati, e ne la predetta Comunità in modo alcuno „ sieno tenuti del proprio.

Huic dispositioni innixus Fabius Guerra Vincentii filius rogavit, ut ab hisce tribus prædictis legatis absolveretur, eo quod bona sibi in fideicomissum devoluta jam a Patre fuere distracta et ipse inopia pressus ea satisfacere nequeat. Rem, uti se habuit, accurate narrat Episcopus in sua Informatione. „ Ad hæc sub- „ stinenda Legata, ita ait, dum prædictus hæres An- „ no 1810. illius temporis legibus innixus omnia bo- „ na sibi in fideicomissum tradita, distraxit, scu- „ tata biscentum emptori reliquit: onera enim hu- „ jusmodi bonis inhærentia, jure reluctantibus in- „ teresse habentibus, eodem modo vendere nequi-

 „ bant

„ bant. At quoniam etiam tunc hisce ab oneribus,
„ liberationem obtinere secum reputabat, conditio-
„ nem qua, liberatione obtenta prædicta biscentum
„ scutata eidem ab emptore illico penderentur adje-
„ cit. Hoc est, E.mi Patres, cur Fabius Guerra enun-
„ ciati Vincentii Filius, et hæres ad Sanctissimum
„ D. N. recurrit, hoc est, cur ex florenti conditio-
„ ne, nescio quo fato, ad inopiam fere redactus,
„ suis in asperis rebus benignum levamen ab eadem
„ Sanctitate sua requirit, quod ex §. 11. ejusdem Te-
„ stamenti pariter exscripto sibi congruere autumat.
„ Haud inficiandum equidem Testatoris voluntatem
„ fuisse, ut decrescentibus vel pereuntibus bonis hæ-
„ reditariis, onera quoque ipsis adnexa decrescere, vel
„ cessare deberent, ne hæres de proprio sustinere coge-
„ retur: Sed quid de Oratore dicendum, qui non mo-
„ do, quod suum est non amittit, verum etiam, quod
„ specialiter ad hujusmodi Legatorum satisfactionem
„ deputatum, cæteris bonis jam alienatis, remanet suum
„ efficere conatur? Præsertim cum de iis agatur Le-
„ gatis, quæ in aliorum favorem instituta, eorum be-
„ neplacitum requirunt? Hoc ab omnibus interesse
„ in illis habentibus exquisivi: et quod ad primum
„ Legatum attinet, pro conservatione scilicet SS.mi
„ Sacramenti in Ecclesia Parochiali S. Floriani Palatii
„ Mutiorum, quod licet favore Societatis sub eo no-
„ mine fuerit institutum, modo tamen, cum hæc
„ eidem Paræciæ unita reperiatur, ad Parochum
„ pertinet, non solum repugnantem hunc inveni,
„ sed si exiguitatis redituum suæ Paroeciæ quæ alias
„ cum maxima populi spirituali detrimento SS.mum
„ Sacramentum asservare non posset, ratio habea-
„ tur, jure merito suum assensum denegasse com-
„ pertum erit. Quod si ad alia duo legata, provisionis
„ nempe suppellectilium pro dicta Ecclesia, et sonitus
„ æris Campanæ majoris designatis a Testatore tempo-
„ ribus, animus intendatur, quantum in me est, Ora-
„ toris precibus minime renuendum esse censerem,
„ nisi Parochus, familia Gonelli, ad quam pul-
„ sandi æris Campanæ jus ad præsens transivit, Syn-
„ dicus Communitatis, aliique a me auditi a ta-
„ lium Legatorum abolitione unanimiter dissentirent.

„ Quæ

„ Quæ cum ita sint, Oratoris petitio suo effectu ca-
„ rere opportunum videretur nisi forte EE. VV. sa-
„ tius judicaverint, firmo remanente Legato pro SSmi
„ Sacramenti retentione alia duo, et maxime illud
„ ad suppellectilia destinatum abrogare, ut inde illius
„ miserandis, infelicibusque rebus aliquo modo pro-
„ videatur.

Fabius Guerra Orator necessarius hæres est Vincentii, utpote filius. Nisi ergo luculenter probet paternam hæreditatem repudiasse, ac hæreditariam erga illum qualitatem exuisse, tenetur ex facto Patris, qui bona legatis obnoxia alienavit. Nec illegitima hæc alienatio contra præscriptum in notissima *extravag. ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* sanari potest præsidio legum, quæ Invasionis tempore obtinebant. Quidquid enim sit quoad solutionem vinculi Fideicommissi, certe nequibat laica Potestas vim suam exercere contra Ecclesiam, et Bona ad piorum Legatorum satisfactionem destinata. Si igitur hæc eadem alienatio a culpa immunis non fuit in Vincentio, idem dicendum videtur de Fabio, qui tanquam heres est una, eademque cum Vincentio persona. Sane constans semper fuit S. Congregationis judicium denegandæ reductionis, et eo fortius abolitionis Pii Legati, si Bona ex culpa decreverint, *ut in Camerinen. Subsidii dotalis* 17. *Junii* 1761. *in Sutrina Reductionis* 20. *Feb.* 1802. *et in Romana Reductionis onerum* 27. *Julii* 1817.

Attamen favore Oratoris adduci potest, quod ea, quæ ex delicto, aut quasi delicto procedunt, non egredi personam delinquentis, unde ad ipsius culpam verti nequeat alienatio Bonorum a Patre consummata. Insuper expresse cavit Fundator, ut si redditus instituta ab ipso Primogenituræ minuirentur = *per qualunque evento, ed accidente*, congrua fieret Legatorum etiam ad pias causas decurtatio = *Non volendo, che il Possessore pro tempore della suddetta Primogenitura rimanga senza un congruo lucro, ed emolumento, e se svanissero del tutto detti capitali, cessino parimenti tutti li predetti pesi, sovvenzioni, obblighi etc. non volendo che li suddetti Primogeniti in modo alcuno siano tenuti del proprio.*

Vi-

Videant ergo EE. PP. utrum hæc Testatoris voluntas trahi possit etiam ad casum voluntariæ alienationis factæ a Patre cujus Orator est hæres, et utrum hoc lucrum, quod ipse Fundator in quovis casu reservavit favore Primogenitorum desumi possit ex summa scutorum biscentum, quam penes se retinuerunt Bonorum Emptores pro adimplemento Legatorum.

Dubium proponitur.

An, et quomodo sit annuendum precibus Fabii Guerra in casu etc.

Sess. 22. de Sacrif. Missæ in Decret. de observ. et evit in celebr. Miss.

TYBURTINA. Eques Marcus Valenti in oppido Montiscæli Tyburtinæ Diœcesis Ruralem Ecclesiam sub invocatione S. Michaelis Arcangeli fundavit, ibique Capellaniam Laicalem ad Nutum, cum onere Missarum trium in qualibet hebdomada, et Anniversario, constituit.

Bona quæ in Territorio enunciati oppidi possidebat irrevocabili inter vivos donatione ad Capellani sustentationem, aliasque ipsius Ecclesiæ impensas pro Majori Dei cultu attribuit; Sibi tamen, suisque hæredibus administrationem, et usumfructum rerum donatarum reservavit persolvendo, quoties usufructu gaudere vellent, annua scutata triginta ad Missarum, et anniversarii stipendium. Perlustratis plurium SS. Visitationum libris non constat Fundatorem unquam fuisse sollicitum de Canonica hujusce Capellaniæ erectione. Imo paulo post majori ductus pietate sua beneficia ad spiritualem Incolarum utilitatem convertere cupiens consilio, et pecunia egit ut Religiosi Ord. Min S. Francisci ibiCænobium extruerent. Voti compos effectus, et Religiosa Familia stabili mansione inducta, ac necessaria mansione, et hor-

horto donata, eidem Capellaniæ implementum commisit, ac prope moriturus sub die 2. *Novembris* 1703. per acta Notarii Trasciani declaravit, se reducere, et moderari tres Cappellaniæ hebdomadales Missas, ad duas tantum in qualibet hebdomada cum anniversario, volens unam ex duabus his Missis in qualibet hebdomada celebrandis, applicari in suffragium defunctorum in Oppido Montis Cælii, vel ejus Territorio.

Hæc declaratio cum penitus usque adhuc Religiosos lateret, adnotata in Tabellis fideliter sectantes tres in qualibet hebdomada Missas ipsi obtulerunt, atque ita ultra obligationem Missas 5720. celebrarunt pro quibus annua scuta non quidem triginta, sed viginti tantum ab hæredibus Valenti perceperunt. Errore detecto postularunt ab hac S. Congregatione declarari non esse in posterum adstrictos nisi ad celebrationem duarum Missarum in qualibet hebdomada juxta ultimam Testatoris dispositionem, nec non reductionem dictarum duarum Missarum tum ex compensatione tot Sacrificiorum ultra obligationem oblatorum, tum ut possint extremæ, qua laborant, inopiæ aliquod levamen suppeditare.

Episcopus, ex cujus informatione, quæ superius retuli, excerpsi, favet eorum instantiæ. Post enim accuratæ relatam factorum seriem ita concludit = *Partes interesse habentes non obstant Aequitati igitur consonum videtur precibus Oratorum indulgere* = additque = *Eleemosyna communiter hic in legatis perpetuis ad obulos viginti pro qualibet Missa taxatur*. = *Advertendum hoc loco, Religiosos Oratores non percipere eleemosynam annuam scutorum triginta a Fundatore Valenti relictam, sed scutorum viginti. Quo jure, aut a quo tempore imminutio ista acciderit ignoratur* =

Duplex affertur Causa ad obtinendam Missarum reductionem: nimirum Missarum celebratio ultra obligationem in numero 5720., nec non eorumdem paupertas.

Quum præfatus Missarum numerus ex mero errore, et inconsulto celebratus fuerit, petitæ compensationi locum esse videtur; Idque consonum est resolutioni-

bus

bus Sacræ hujus Congregationis, et præsertim in una *Romana* 6. *Maii* 1796., æquum namque est, ut qui celebrationem ultra debitum per errorem expleverunt, a pari leventur onere, donec onus cum indebito componatur sicuti censuit S. Congregatio *in Romana Missarum* 31. *Junii* 1707. *lib. Decret.* 67. *pag.* 303.

Notandum contra, quod hæc ignorantia ultimæ fundatoris voluntatis in sola Oratorum assertione consistit, quod si illam noverunt, et nihilominus prosequuti ultra debitum fuerunt celebrationem, voluntaria illa, videri possit, et liberalis erga animam Testatoris largitio, pro qua non competit compensatio *ut in Placentina* 16. *Januarii* 1779. *et in Romana* 24. *Martii* 1787.

Quoad vero religiosæ familiæ levamen, id haud novum est concedi per reductionem Missarum, *ut in Veliterna* 18. *Septembris* 1790. *ad Primum Dubium*. Potissimum, quia facile provideri nequit aliunde. Rei enim familiaris parsimonia, satis forsan non est ad totius Religiosæ Familiæ sustentationem. Reformatio vero dictæ Familiæ minueret forsan divinum cultum; et quod potissimum est in incolarum damnum, quorum beneficio summopere prospexit Fundator, redundaret. At vero attenta deficientia redituum, sive eleemosynarum reformatio Religiosæ familiæ, magis consentanea videretur S: Tridentino Concilio, in quo ita statuitur *in Sess.* 25, *cap.* 3. *de Regular.* = *In Monasteriis, et domibus tam Virorum quam Mulierum, bona immobilia possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari*.

Post hæc dirimenda vobis EE. PP; proponuntur.

Dubia.

I. *An duæ vel potius tres Missæ in qualibet hebdomada celebrandæ sint ab Oratoribus in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedenda reductio in casu etc*,

Die Sabathi 6. Maii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

DUBIA INDULTORUM

Ut Basilicarum, et Collegiatarum Urbis frequentiori servitio, Divinique cultus splendori prospiceret S. M. Innocentius XII., Particularem Congregationem deputavit, quæ, ad examen revocatis omnibus Indultis sive ratione munerum, sive studiorum causa concessis pro exemptione a chorali servitio, *moderationes*, *reformationes*, ac etiam *revocationes*, quæ opportunæ visæ fuissent, proponeret. *Sess. 22. Cap. 9. et Sess. 24. Cap 12. de Reform.*

Re mature perpensa quid censuerit Sac. illa Congregatio ex quinque S. R. E. Cardinalibus, et quatuor Præsulibus coacta, patet ex sequenti decreto diei 2. Maii 1693.

Censuit, si SSmo Domino Nostro placuerit, Indulta quoad Nuncios Apostolicos, nec non intimos, et eidem SSmo actu inservientes familiares, ac sub Datarium, et Cameræ Apostolicæ Commissarium non esse immutanda.

Quoad Gubernatores, et Vicelegatos Provinciarum, Civitatum, et Locorum Status Ecclesiastici, qui, durante absentia, numquam possunt Ecclesiis interesse, nec non Procuratorem Generalem Montium, ac Familiares S. R. E. Cardinalium, firmo tamen quoad eorumdem Cardinalium Caudatarios remanente Decreto moderatorio Sac. Congregationis Emorum Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum die 19. Augusti 1690. edito, esse revocanda; et expedire, quod in posterum non concedantur.

Indultum inservienti Secretariæ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium consultationibus negocio-

rum

rum ditionis temporalis ejusdem S. R. E. præpositorum concessum esse reformandum, et in posterum restringendum ad illos dies, et horas dumtaxat, quibus ratione hujusmodi servitii actualiter præstandi impeditus fuerit, ejus conscientia desuper strictissime onerata.

Indulta causa studii pro lucrandis fructibus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis distributionibus quotidianis, esse concedenda, quam pro Ecclesiis, quarum redditus consistunt vel in solis distributionibus quotidianis, vel in iisdem distributionibus, una cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, dempta tamen tertia parte, quæ inservientibus accrescat, nec pariter concedenda ultra triennium, neque majoribus viginti quinque annis, quin imo hujusmodi ætate vigintiquinque annorum expleta, eadem Indulta, licet idem triennium adhuc completum non fuerit, expirare.

Omnes denique habentes Indulta pro singulis diebus, et horis, quibus ratione servitii in eorum muneribus, seu officiis actualiter præstandi impediti fuerint, adhuc esse punctandos toties, quoties Ecclesiæ, seu Choro non interfuerint, sed in qualibet hebdomada hujusmodi puncta posse, et debere deleri, seu tolli, pro illis tantum diebus, et horis, quibus Indultarii allegaverint particularia impedimenta ratione eorumdem munerum, eorum conscientia desuper strictissime onerata, et circa hujusmodi impedimentorum relevantiam judicio proprii Vicarii cujuslibet Ecclesiæ. In Ecclesiis vero, ubi non adest hujusmodi Vicarius judicio dignioris Canonici esse deferendum.

Facta prædictarum Resolutionum Summo Pontifici relatione die 8. ejusdem mensis, et anni ita eas probavit = *Sanctitas Sua illas probavit, et a die prima Junii proxime venturi mandavit inviolabiliter observari; Indultis tam a se, quam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis quomodolibet concessis, et aliis contrariis quibuscumque non obstantibus, quibus pro observatione præmissorum amplissime derogavit* =

Quod in rebus humanis sæpe sæpius contingit; ut quæ olim sapienti consilio constituta sunt, volventibus annis vel sensim relaxentur, vel etiam, mutatis temporum

porum circumstantiis, minus apta videantur, id etiam visum est SS̄mo Domino Nostro, ita ut exemptiones a chorali servitio aliqua novæ Supremæ auctoritatis providentia indigerent. Hinc suorum Prædecessorum, ut in cæteris, in hoc etiam æmulatus Religionem, et gloriam, per R. P. D. Auditorem suum in mandatis ita dedit = *Sua Santità vuole, che si richiamino ad esame tutti gli Indulti, perchè sieno quindi confermati, rivocati, o riformati secondo le regole allora stabilite, e costantemente poi adottate, ed eseguite dalla S. Congregazione del Concilio. Non crede, però necessario deputare altra Congregazione particolare, ma crede, che la stessa Congreg. del Concilio, appunto perchè ben conosce le norme, che devono regolare gl'Indulti, e le ha costantemente eseguite, debba Ella medesima richiamarli ad esame, e proporre alla stessa Santità Sua, quali dovrebbero confermarsi, quali rivocarsi, e quali rettificarsi secondo le stesse norme.*

Hinc priusquam rem Vestro amplissimo Senatui judicandam proponerem, rogavi Emos Archipresbyteros, ac Titulares, ut de singulis eorum Ecclesiarum Indultariis referrent, ipsaque Indulta remitterent, ex quorum accurato examine depromsi dubia, quæ inferius proponuntur. Prius tamen nonnulla in jure, et ex praxi S. hujus Congregationis præmittenda censeo.

Indulta abessendi a chori servitio sive *pro diebus*, et *horis* ratione munerum, sive ad certum tempus valetudinis tuendæ causa, semper concessa fuisse, innumera testantur S. Congregationis Resolutiones. Neminem etiam latet Juris Canonici dispositio *in Capit. Unic. de Clericis non Resident. in* 6. ubi Bonifacius VIII. post vetitas Clericis residentibus, sed divinis officiis non interessentibus, quotidianas distributiones, illos ab hac censura excepit = *quos infirmitas, seu justa, et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret* = quod confirmavit SS. Tridentina Synodus *in Sess. 24. Cap. 12. de Reform.* Aliæ vero sunt distributiones *inter præsentes*, quæ melius dici possent extraordinariæ, eventuales, et incertæ, quæque ut distinctæ sunt a communi massa, et præbenda, ita præsentibus tantum præstari solent, sive ex peculiari statuto, aut consuetudine cujuslibet Ecclesiæ, sive ex

expressa benefactorum voluntate. Hujusmodi distributiones non percipere absentes a choro etiam ex justa causa, vel etiam ex Apostolico Indulto docent *Scarfan. ad Ceccop. lib. 2. tit. 10. num. 1. Piton. discept. 1. per tot Fagnan. in Cap. licet de Præbend. num. 20. Bened. XIV. Institut. 107. num. 58. et seqq.* et Sac. Congregatio *in Bosanen. Visitationis SS. Liminum 6. Februarii 1734. et in Anagnina Servitii Chori, et Distributionum 20. Novembris* 1819.

Quin imo etiam in casu Apostolici Indulti cum facultate percipiendi quascumque distributiones quotidianas, ordinarias, et extraordinarias, quas percipiunt personaliter residentes, firma semper sententia censuit Sac. Congregatio, ut exclusæ remanerent eæ distributiones, quæ ex Fundatorum voluntate inter præsentes dividi debent, ita *in Leodien. Indulti* 10. *Julii* 1717., etiamsi ageretur de Canonico cum Indulto jubilationis, ut in *Novarien. Jubilationis 2. Octobris* 1617 et in *Bituntina Anniversariorum* 1. *Julii* 1679. ac demum in casu etiam Canonici amplissimo causa Infirmitatis Indulto donati, ut in *Romana Jurium Canonicalium* 3. *Maii* 1703. *et* 27. *Junii* 1705.

Notandum tamen plurimum differre simplex Indultum non interveniendi choro certis diebus, et horis, quod facile conceditur ratione munerum, ab altero Indulto non residendi in loco Beneficii, de quo late tractant *Fagnan. in Capit. Licet de præbend. num.* 11. *et Reiffenst. in Jus Canon. tit. 4. de Cleric. non resid. per tot.* quod difficilius conceditur, et non nisi ad breve tempus, et arctioribus cohibitum clausulis. In primo enim casu canonicus, seu beneficiatus aliquod servitium Ecclesiæ suæ præstare potest, ac debet iis diebus, et horis, in quibus non impeditur a munere; in altero vero casu nunquam ad Ecclesiam accedere potest is, qui longe a residentia aberrat. Hinc in superius relato decreto jussu S. M. Innocentii XII. edito statuitur, revocanda esse jam concessa, et in posterum non concedenda Indulta quoad Gubernatores, et Vice-Legatos, qui Temporali Ecclesiastici status servitio mancipati sunt, et confirmanda jussit indulta quoad *Nuncios* tantum, in quibus sine ulla dubitatione verificatur legitima causa utilitatis

Ec-

Ecclesiæ, de qua meminit Bonifacius VIII. in capite supra relato.

Nec prætereunda est constans S. hujus Congregationis praxis in concedendis Indultis pro absentia a residentia ob maxime laudabile munus annunciandi verbi Dei in Quadragesima, et Adventu, in quibus semper adjecta est clausula *amissis Distributionibus*, si tertiam partem præbendæ æquent, vel tertiam partem tum Præbendæ tum distributionum simul cumulatarum.

Lectoribus, qui in publicis Universitatibus S. Theologiam docent, Indulto donari statutum est in *Cap. super specula* 5. *de Magistris*, ubi Glossa hæc addit = *Non tamen percipiant quatidianas distributiones, quæ tantum residentibus dari consueverunt*. Hanc Juris Canonici regulam semper sectata est S. Congregatio et novissime Indultum concessit Archipresbytero Caliendi, ut Theologiam in Diœcesano Seminario Feretrano doceret, pro solis horis matutinis, et diebus, in quibus haberentur lectiones, et ad triennium *amissis distributionibus*, favore inservientium, ut *in Feretrana Indulti* 12. *Julii* 1817.

Postea inquirendum occurrit, utrum pari indulgentia donandi sint, qui aut in Urbe ad excipiendas Christifidelium Confessiones, aliaque exequenda pietatis opera, vel etiam extra Urbem ad sacras peragendas Missiones, laudabili pietate, et summo animarum lucro occupantur, quique in hisce piis operibus (*non tamen necessariis*) tempus insumunt, quo deberent divinis officiis in choro vacare. Nullum de hujusmodi casibus inveniri potuit exemplum exemptionis in S. Congregationis Resolutionibus, excepto tamen casu veræ necessitatis ipsius Ecclesiæ, in qua extat beneficium chorali servitio addictum. Id tamen locum habere potuit ex speciali Apostolico Indulto. Nam generatim prohibentur canonici a choro discedere sive ad faciendum Sacrum, sive ad excipiendas Confessiones. Ita die 14. Martii 1620. S. Congregatio decrevit, nimirum = *Canonicos, dum horæ Canonicæ recitantur, non posse a choro abscedere ad Confessiones audiendas, aut Missas celebrandas devotionis causa; et qui discesserit, illius horæ distributionem*

nem

nem amittere = Meminerint tamen EE. Patres ex speciali Rescripto S. M. Clementis XIII. diei 18. Februarii 1767. exemptos fuisse a punctaturis canonicos, et beneficiatos, qui tempore Quadragesimæ decendium in Chatecheseos explicatione operam navant.

Quod vero spectat ad eos canonicos, vel beneficiatos, qui nullo publico munere funguntur, sed tantum particularis Personæ servitio mancipati, Indultum absentiæ postularunt, illud negavit S. Congregatio, et certum tantum tempus ad deliberandum eis concessit. Ita postulavit Joannes Sanchez Capellanus in Ecclesia S. Mariæ in ViaLata Indultum absentiæ, ut Panormi maneret, ubi Emo Archiepiscopo famulabatur, attenta præsertim exiguitate reditus Capellaniæ, et proposito Dubio = *An, et pro quo tempore sit concedendum Indultum* = responsum est = *Affirmative ad annum ad effectum deliberandi = in Romana Residentiæ* 11. *Julii* 1818.

Tandem quoad Coadjutores, qui studiorum causa postulant Indultum; re mature perpensa prius in causa *Praten. Indulti* 2. *Martii* 1697. et postea in *Tarentina Indulti* 28. *Martii* 1733. S. Congregatio instantiam rejecit, et ut habetur in folio hujus postremæ resolutionis = *Decretum hoc firmavit regulam, quæ semper servata fuit, rejiciendi concessionem Indulti pro absentia ob studiorum causam. Quin imo Coadjutoribus nec etiam dari a S. Congregatione consuevit Indultum, quod ratione alicujus muneris in hac Romana Curia concedi alioquin solet Canonicis pro diebus, et horis, quibus impediti ob hujusmodi officium fuerint.*

Dubia proponuntur

I. *An, et quomodo sit confirmandum, vel concedendum Indultum abessendi a Choro addictis S. Sedis servitio sive in temporali, sive in ecclesiastico munere.*

II. *An, et quomodo sit concedendum indultum, iis, qui alicui ex dictis muneribus vacantes extra locum beneficii, nunquam possunt durante munere suis Ecclesiis deservire, et chorali officiaturæ personaliter interesse.*

III. *An, et quomodo sit concedendum Indultum inservientibus Secretariis Congregationum EE. S.*

R. E.

R. E. Cardinalium pro expediendis negociis tum Ecclesiastici, tum temporalis regiminis.

IV. *An, et quomodo sit concedendum Indultum inservientibus Pontificiæ Capellæ sive in munere Magistri Cæremoniarum, sive Accolythorum, et Clericorum.*

V. *An, et quomodo sit concedendum Indultum Lectoribus in publicis Universitatibus.*

VI. *An sit confirmandum, vel concedendum Indultum pro excipiendis fidelium confessionibus, sive in Ecclesia beneficii, sive in alia Ecclesia; vel Monasterio, vel vacantibus exercitio SS. Missionum, aliisque pietatis operibus.*

VII. *An, et quomodo sit concedendum Indultum Coadjutoribus sive ratione munerum, sive causa studiorum.*

VIII. *An sit concedendum Indultum addictis servitio particularium Personarum quavis etiam dignitate fulgentium.*

IX. *An, et quomodo sit providendum in futurum.*

Ad I. Affirmative in omnibus pro diebus, et horis, amissis distributionibus inter præsentes tantum.

Ad II. Negative exceptis Nunciis, et Internunciis.

Ad III. Affirmative pro diebus, et horis, amissis.

Ad IV. Affirmative pro diebus, et horis dummodo personaliter, et ex munere intersint, amissis distributionibus inter præsentes, onerata.

Ad V. Affirmative pro diebus, et horis, amissis.

Ad VI. Negative, excepto tantum casu veræ necessitatis.

Ad VII. Negative in omnibus.

Ad VIII. Negative exceptis Caudatariis S. R. E. Cardinalium ad formam tamen decreti diei 19. Augusti 1690.

Ad

Ad IX. Ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem: et mens est indulta adhuc concessa esse confirmanda, sive reformanda, sive revocanda ad formam præcedentium resolutionum, et supplicandum SSmo, ut in posterum non concedantur nisi per Sacram Congregationem Concilii sub pœna nullitatis, utque ea indulta non valeant, nisi obtento decreto exequutoriali Ordinarii, vel legitimi Superioris.

Ses. 2. cap. 6. de Reform.

TOLENTINATEN. SUSPENSIONIS ONERUM MISSARUM.

Dub. *An, et quomodo sit concedenda reductio missarum in casu etc.*

Negative.

Ses. 23. cap. 18 de Reform.

URBANIEN. REDUCTIONIS ONERUM.

Dub. *An, et quomodo sit annuendum precibus Fabii Guerra in casu etc.*

Negative in omnibus, et notificetur Episcopo, qui curet inscriptionem Legatorum ad formam novissimi Edicti.

TY-

TYBURTINA

Dub. I. *An duæ, vel potius tres Missæ in qualibet hebdomada celebrandæ sint ab oratoribus in casu etc.*

Ses. 22. de Sacrific. Missæ in Decret. de observ. et evil. in celeb. Mis.

Dub. II. *An, et quomodo sit concedenda reductio in casu etc.*

Ad I. Dub. Attentis peculiaribus circumstantiis, et in casu de quo agitur esse celebrandas duas Missas tantum.

Ad II. Negative quoad reductionem suspensa tamen celebratione unius Missæ hebdomadalis donec Religiosa familia compensetur de Missis ultra obligationem celebratis; et describatur in Tabella.

ANCONITANA NULLITATIS CONTRACTUS. Ut anno 1713. Alexander Bonaventura Archiepiscopus Nazianzenus cuidam Joanni Marinuccio in emphyteusim ad tertiam generationem dare posset bona beneficii simplicis, cujus rector erat sub titulo S. Veneris, seu Venerandæ erecti in oppido *Siroli* Anconitanæ Diœcesis sacram adiit Congregationem Episcoporum, et Regularium negotiis, et consultationibus præpositam, ut obtineret Apostolicum beneplacitum. Res tamen ablegata fuit ad tunc temporis Episcopum Anconitanum cl. mem. Card. Bussium, ut, si Ecclesiæ probaretur utilitas, postulatam veniam concederet, sed ita ut census annuus liber ac immunis ab omni onere sive reali, sive personali ab emphyteuta persolveretur, ac melioramenta solo cederent. Sequuti anno 1714. auctorante Episcopo, solemnes conscriptæ emphyteuticæ tabulæ fuere, annuusque canon in scutis annuis sex supra viginti, obolisque decem, nullo oneri, ac diminutioni subjectus constitutus

Ses.22 Cap.11. de Reform.

fuit. Cautum prætcrea est = *Che gli enfiteuti siano tenuti, ed obbligati . . . di piantare, o cavare cento cinquanta Canne di filoni di piantata, una coppa di Canneto, e coprire il Cortile, e renderlo accasato di Solaro, e Scalinati nel termine di anni quattro oggi cominciare, e così piantati, e respettivamente edificati mantenerli sino all' ultimo punto, che sarà per terminare detta terza generazione Mascolina, ed inoltre fare in detti Terreni altri bonificamenti soliti farsi da un fedele, e diligente Enfiteuta* =.

Marinuccius reapse, ut spoponderat, bona emphyteutica melioris reddidit conditionis brevi eo tempore, quo inter mortales vitam duxit. Novem enim post annos a tabulis subsignatis, exeunte nimirum anno 1723. fato cessit, ejusque filii jura omnia emphyteutica, ac melioramenta cesserunt cuidam Petro Fiorvelluti, quo defuncto hæredes emphyteusi valedixerunt, bonaque rectori reddiderunt solemni instrumento celebrato anno 1751.

Erat tunc beneficii rector quidam Abbas Andreas Vichius, qui illico novam emphyteusim excogitavit favore majoris oblatoris deliberandam, ut in edictis proposuit. Annua scuta 44. et obolos sexaginta obtulit Franciscus Xaverius Betti pro persona nominanda, qui cæteros oblatores superaverat.

Nova iterum affixa fuerunt edicta ad meliores oblatores intra sex dierum spatium excitandos, ac Antonius Matthæus Moscatelli obtulit scuta quadraginta quinque, adjecta tamen conditione ut omnia onera a rectore beneficii persolverentur. Vix Xaverio Betti innotuit oblatio Moscatelli, iterum persolvenda pollicitus est annua scuta 45. et obolos quinquaginta pro persona nominanda, ac juxta conditiones in prior oblatione propositas. Lis interea in Episcopali curia exarsit inter Betti, et Moscatelli, qui postremam oblationem a Betti propositam respuendam esse censebat, utpote factam post effluxos sex dies ad offerendum. Attamen Bettius = *a scanso di ogni lite, e per giuste ragioni, e legittime cause moventi l'animo della persona, che dovea nominare all' Enfiteusi dei Beni predetti rinunciò all' offerta da lui data* =.

Hinc Vichius haud sollicitus novæ ab Apostolica Sede im-

impetrandæ veniæ, sed tantum innixus antiquo beneplacito anni 1713. contractum emphyteusis inivit cum Moscatellio pro enunciato annuo canone scutorum quadraginta quinque, ita tamen ut onera imposita, et imponenda a canone essent demenda.

Præsul Joannes Soglia Pontificii juris in Romano Archigymnasio antecessor hodiernus beneficii rector usque ab anno 1808. contra hujusce contractus soliditatem instituit actionem.

Verum ob præteritas Sacerdotii, et Imperii calamitates in ipso primordio litis siluit judicium donec restitutis rebus instante eodem rectore causa a SSmo Sac. huic Congregationi commissa est cum omnibus facultatibus opportunis et necessariis. Rogatus tunc fuit Emus Anconæ Episcopus pro Informatione et voto, ut auditis præsertim successoribus in contractu Antonii Moscatelli, eisdem terminum unius mensis præfigeret ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione, utque transmissa investitura referret de quantitate, et valore bonorum, et annuo redditu per peritum ex officio. Singula ea qua diligentia, ac sapientia pollet, Emus Episcopus præstitit, uniusque mensis terminum præfixit Gregorio, Josepho, Pacifico, et Alexio Moscatelli, peritum elegit, qui valorem constituit in scutis 2193. 71., annuum redditum in scutis 131. 43. onera vero in annuis scutis 18. 7. Concordatis de more inter partes dubiis, statuta est hæc concertationi dies, in qua causa proponitur distributis juribus ex parte rectoris, silentibus vero Moscatelliis.

Nullitatem contractus urget in I. Dubio defensor rectoris innixus tum *Extrav. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.*, cum Constitutioni Urbani VIII., quæ incipit *Humanæ salutis*, ubi nedum alienatio interdicitur absque Apostolica venia, sed etiam renovatio, ac prorogatio alienationis alias peractæ non intercedente Apostolico Beneplacito. Neque dici posse contendit in themate meram *continuationem* potius emphyteusis stipulatæ ab Archiepiscopo Nazianzeno, auctorante Sac. Congregatione Episcoporum, et Regularium, quam *renovationem* ita ut opus non fuerit novo Apostolico Beneplacito juxta Pichler *in Jus Canon. lib. 3. tit. 13. num. 16.*, et *Card. Petra ad Const. Apo-*

 sto-

stolic. tom. 5. *pag.* 423. *num.* 54. Nam diversitas pactorum diversum innuit initum fuisse contractum. Nihil namque cavit Vichius de melioramentis, quæ ex rescripto Sac. Congregationis Episcoporum et Regul. et exequutoriali decreto Emi Episcopi Bussi solo cedere debebant; præterea canon conventus a Vichio non fuit immunis ab omni onere contra conditionem appositam a præfata Sac. Congregatione. Ne verbum quidem denique habuit Vichius, quoad conditionem appositam in priori contractu cum Marinuccio initum, ut scilicet quibusque viginti quinque annis arbores describerentur in fundis positæ, ac solemnis de iis conficeretur scriptura.

Quin aliquid præsidii sibi mutuari possint Moscatelli ex augmento Canonis anno scilicet 1714. constituti in scutis annuis 26.10., anno vero 1751. evecti ad sc.45., dissimilis namque erat utroque tempore fundorum status, et contractus utriusque conditio. Etenim fundi ab initio steriles, et infæcundi, domus quam plurimum meliorandæ erant, iisque de causis non nisi tenuis canon poterat constitui. At e contra major erat exquirendus canon a Vichio, cui tradebantur prædia jam meliorata, ac domus commodiores: diversa demum contractus utriusque conditio, et diversitas pactorum superius relata, ut ait rectoris defensor, ut meliorem reddebat emphyteutæ conditionem, ita majorem ab eo canonem rependendum suadebant. Atque ex his omnibus concludit constare de nullitate emphyteusis, ac proinde locum esse rescissioni contractus.

Agitur in *secundo dubio*, utrum, et in qua summa sint restituendi fructus. Hos restituendos a Moscatelliis esse probat Rectoris defensor, non a die motæ litis, sed a die qua celebratus fuit contractus, Cum enim actus, qui jure non subsistit, pro infecto haberi debeat, restituendi a prædiorum possessoribus sunt fructus indebite percepti ab ipsa die celebrationis instrumenti. Ita sane decernitur in L. *Jubemus Cod. de Sacr. Eccl.*, quam constitutionem pro una Constantinopolitana Ecclesia editam ad totius Orbis Ecclesias extendit Justinianus *Auth. de non alienan. §. Nos igitur, et infra §. Quia vero Leoni Coll.* 11. Idem sanxerunt Symmacus Pontifex

tifex in *cap.* 6. §. *ult. de reb. Eccl. non alien.* Paulus II in *Extrav. Ambitiosæ*, et Urbanus VII. in memorata const. *Humanæ salutis*, idemque docent Card. Petra *Com. ad const. Apost. tom.* 1 *sect.* 4. *num.* 17. Reiffenstuel in *Jus Can. tit. de rebus Eccl. non alien.* §. 3. *num.* 63. Rota in *Romana Domus* 13. *Jan.* 1623. *Cor. Coccino num.* 1. et S. hæc Congregatio in *Nullius seu Asculana* 6. *Martii* 1723.

Dubia dirimenda proponuntur

I. *An constet de nullitate contractus emphyteusis ita ut sit locus rescissioni in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An et in qua summa sint restituendi fructus in casu etc.*

Non preposita cum sequen.

PRAENESTINA REPARATIONIS ECCLESIAE. Causæ hujus speciem pandit folium Congregationis diei 18. *Septembris elapsi Anni*, in quo referuntur dumtaxat jura allata ex parte Administratorum Patrimonii Columna, quia allegatio pro Capitulo Pallianensi distributa fuit post exaratum *folium*: Cum tamen Ecclesia citissima egere reparatione retulerit Vicarius Prænestinus, ac vicissim cum haud spernenda visa fuerint EE. PP. quæ pro Capitulo adducebantur, factum hinc est ut maturiori examini rem voluerint subjicere, antequam definirent, cui incumberet onus reparandi Ecclesiam; unde proposito dubio = *An et cujus sumptibus consulendum sit reparationi Ecclesiae in casu etc.* responderunt = *dilata, non retardata interim sumptibus Patrimonii Columnæ reparatione Ecclesiæ nunc necessaria.* *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*

Illi-

IllicoCapitulum adiitEmumVirum, quiPatrimonium gentis Columnæ regebat, quique spopondit templi reparationem se jussurum. Hac de causa judiciali via minime postulavit Capitulum rescripti S. Congregationis exequutionem, licet procurator Patrimonii protestationem contrariam emisisset. Admotæ reapse reparationi manus fuere donec Emus Administrator Patrimonii illius partem liberam reddidit Eccmis Filiabus ultimo defuncti Commenstabilis Fabritii Columnæ, fideicommissariam Principi Aspreno Doria Columnæ amica inter partes conciliata transactione. Statim tunc orta est intermissæ reparationis quærela, ac inde iterum causa proponitur dimicantibus ex una parte Capitulo, cujus tantum jura mihi porrecta fuerant ex altera hæredibus Patrimonii Columnæ, qui nihil mihi novi exhibuerunt forsan ob jam distributam allegationem in superiori propositione causæ.

Totus est Capituli Defensor in facti quæstione, ut ostendat Columnensem Gentem nedum patroni jura, sed verum dominium exercuisse in Palianensi Ecclesia Sancti Andreæ. Deinde probat ejusdem Familiæ sumptibus hanc ædificatam fuisse assignatione nimirum vectigalium impositorum tum super transitu animalium, tum super venditione mobilium, et semo ventium, ut patet ex actis S Visitationis Anni 1584. quæ per annos 60. a duobus Sanctesiis fuere administra ta; illorum namque administrationem ad se revocasse Gentem Columnensem, et ex illorum redditibus plures reparationes Ecclesiæ eam fecisse pandunt acta Visitationis Anni 1627. Insignes quoque impensas in Ecclesiæ ejusdem restaurationem, et inposterum familiam Columnam peregisse per tria sæcula probat laudatus Defensor. Jam vero ea est communis doctorum, et Tribunalium sententia suspendi Sacrorum Canonum sanctiones, et Tridentini decretum quoad eos qui tenentur Ecclesias fatiscentes reparare, si qua adsit particularis consuetudo, ita ut, qui in præteritum Ecclesiam instauraverint, ii et in posterum ad id cogantur vi consuetudinis. Ita sane Frances. *de Eccl. Cathed. cap.*13. *num.*9. Kloch *de Contrib. Cap.*10. *Num.* 15. 16. Cambanil. *divers. Jur. Canon. Rubr.* 12. *Cap.*3. *num.* 94. Leuorex. *dissert. Canon.* 16. *num.* 4. *meam.*

Ob-

Observ. 602., Sa. Me. Benedict. XIV. *Inst. Eccles.* 100 *§. Doctores*, Sperell. *decis.* 67. *num.* 3. S. Rota *in Recent. decis.* 184. *num.* 2. *et seqq. part.* 17. *et decis.* 7. *num.* 9. *cor. Crisp.* et Sacr. Congr. *in Spiren. Reædificationis Eccles.* 30. *Maii* 1761. ubi exclusum fuit capitulum ab onere reparationis Ecclesiæ ob ei faventem consuetudinem, nec non in *Tudertina Restaurationis Domus Parochialis* 21. *Novembris*, *et* 19. *Decembris* 1772. *et in Senogallien. Reædificationis Aedium Parochialium* 13. *Septembris* 1806. ..

Hæc autem consuetudo cum non sit contra jus, sed tantum præter jus, ut legitima dicatur sufficiunt decem, et ad summum 40. anni ita Panimol. *decis.* 6. *annot.* 8. *num.* 43. *et Rot. decis.* 184. *num.* 7. *part.* 17. *recent.* Si vero centenaria consuetudo suppeditat meliorem titulum, ut ajunt, *de mundo*, ita ut nihili sint contra eam exceptiones *facultatis*, *liberalitatis*, *et pietatis*, Rot. in *Firmana Executionis Apocæ* 4. *Feb.* 1795. *cor. Priolo* eo magis in themate ipsam esse attendendam putat capitulum; cum sit trium sæculorum, ac proinde præsumptionem gignit *juris*, *et de jure*, quæ nullam in contrarium admittit exceptionem. Cæteras deinde præfatus defensor diluit objectiones deductas ex vectigalibus *del passo*, *e del contratto o sia piazzatico*, quæ numquam a capitulo genti Columnensi cedi poterant illorum dominio carente, quo tantum fruebatur familia Columna, quæque illa primum cessit in dotem Ecclesiæ, ut juspatronatus acquirere posset, ac deinde rursus ad se administrationis titulo revocavit, et quorum postremum vectigal *del contratto* possedit, ac locavit usque ad annum 1817. Nullius roboris esse affirmat protestationes emissas usque ab anno 1778. utpote pugnantes cum biscentenaria, et implicite revocatas subsequentibus reparationibus, ac deserto judicio coram Congr. Boni Regiminis, coram qua non amplius Capitulo, sed Comunitati Paliamensi attribuit cessionem vectigalium, et consequens onus reparationis Ecclesiæ. Nihil autem favere concludit Principi Aspreni Doria renunciationem jurium feudalium emissam sponte a postremo Duce Philippo Columna, in qua non continetur renunciatio jurium spiritualium, cujusmodi est juspatronatus Eccle-

Ecclesiæ ; nihili præterea faciendum esse, quod ille *proprio jure* successerit in bonis fideicomissariis familiæ Columnæ , ac proinde non affici a centenaria consuetudine reparationis , quandoquidem etiam fideicommissarii proprio jure vocati afficiuntur titulis , quorum præsumptio inducitur a centenaria , sicut his afficiuntur Princeps etiam , et Ecclesia , ut diserte docuit Rota in *Tudertina Immissionis* 13. *Martii* 2789. *cor. Emo Cesarei* , *et in Faventinæ Immissionis* 14. *Maii* 1790. §. 13. *cor. Resta.*

Cum nihil in præsenti propositione ex parte hæredum Familiæ Columna mihi exhibitum fuerit , Vestrum EE.PP. reassumpta allegatione, et folio diei 18. Septembris elapsi anni , ubi patrimonii jura habentur , dirimere dubium ; quod reproponitur.

An , et cujus sumptibus consulendum sit reparationi Ecclesiæ in casu etc.

Sess. 25. *Cap.* 4. *de Reform.*

ASCULANA REDUCTIONIS . In Congregatione diei 20. Novembris per *summaria precum* Vobis EE. PP. retuli instantiam Marchionis Odoardi pro reductione missarum , quæ rejecta fuit rescripto *Lectum*- Nunc autem instante Uxore , quæ nova adduxit rationum momenta , eadem renovatur instantia cum supplici fortasse Libello typis impresso distribuendo.

Inter ditiores Asculanas familias gens Odoardi numerabatur , cujus patrimonii valor in censualibus tabulis anni 1783. in scutis 54627. 96 conscriptus fuit . At in sequentibus annis , ut ab initio exponebat Orator, sive ob æs alienum contractum cum ejus Patruus ad Perusinam Cathedram assumptus fuit , sive ob nimium ultra vires splendidam Genitoris vitam , plurimum imminuta est ipsius Oratoris fortuna

na. Hinc illa impar evaserat ad sustinendum onus annuarum Missarum 1081. in diversis Ecclesiis, ac præsertim unius quibusvis festivis diebus celebrandæ in rurali Oratorio propriis ædibus adjecto in loco quem vulgo dicunt alla *Lama*. Reductionem proinde ob redituum diminutionem, et rei familiaris angustiam efflagitavit, excepto tantum onere missarum *alla Lama* implendarum.

Congregatione Rev. Fabricæ S. Petri cui primum delatæ sunt preces exquisita fuit Ordinari informatio, utque præterea perpensis Oratoris circumstantiis suum panderet Votum. Retulit Episcopus nunquam diversas fundationes, et acta ex quibus pendet ut plurimum gratiæ concessio, vel denegatio perlegere potuisse *tanto per la poco regolare custodia delle memorie di Famiglia, quanto per la difficoltà di sostenere il dispendio della reperizione, ed estrazione di copie dei relativi autentici atti .... Egli è indubitato che per morte del Marchese Ignazio Odoardi Padre del supplicante la sostanza Ereditaria paterna soffrisse una notabile diminuzione tanto per le moltiplici passività, quanto per le detrazioni, e delle doti appartenenti alle due superstiti Figlie, e degli assegnamenti dovuti in proporzione di legittima ai due Figli Cadetti parimenti superstiti, rapporto ai quali opinano persone Informate di essersi dal Primogenito in qualche modo largheggiato sull'usufrutto per l'assicurazione di proprietà delle corrispondenti quote ereditarie.*

Enorme era senza meno la massa dei debiti contratti pel soverchio lusso in cui è vissuta fin'ora la nominata Famiglia senza, che possa attribuirsene la cagione al defunto reputatissimo Vescovo di Perugia colle di cui singolari religiose prerogative non si ravvisò giammai sussistente quella rimarcata magnificenza di proprio mantenimento, che per l'opposto limitava egli costantemente con universale edificazione, erogando colla sua distinta carità gli annui redditi in sollievo della classe indigente.

Diminutionem fundorum repetit præterea Asculanus Antistes a costanti adhæsione familiæ Odoardi Pontificio regimini in præteritis rerum vicissitudinibus,

ac a dotali hypotheca favore Marchionissæ Catharinæ Bonandrini Oratori nuptæ; deinde ita prosequitur = *Fruisce peraltro il supplicante anche di una primogenitura purificata in esso, e resa libera del vincolo di conservazione sino all' ammontare di scus di 15000., e fruisce inoltre di una pingue Abbazia accordatagli per Indulgenza Sovrana a titolo di amministrazione senza che mi siano stati somministrati li mezzi di verificazione se gli obblighi di celebrazione delle Messe siano riferibili in parte ai beni Primogeniali, o di patronato dell'indicata Abbazia.*

Con una regolare amministrazione di si fatte diverse sostanze, e con una limitazione di spese, cui sembra volersi attenere il supplicante anzidetto, non si manifesta impossibile il conciliare con un sufficiente decoro della Famiglia l' adempimento degli obblighi di messe, delle quali s' implora l'assoluzione, nè io potrei con piena tranquillità di mia coscienza proporre l'esonerazione superiormente alla metà di esse, salva sempre oltre la stessa metà la celebrazione di quelle, che in tutti i giorni festivi nel publico Oratorio di Lama trovasi ingiunta dagli Antenati per l'utilità spirituale, e commodità di quella Popolazione, nel qual caso ravviso necessaria la destinazione di uno, o più fondi corrispondenti da iscriversi nell' officio dell' Ipoteche analogamente alle vigenti disposizioni, cui si attendono i legati pii per la loro indennità, e conservazione.

Nunc vero post passam contrariam Resolutionem Comitissa Bonandrini exponit, Missarum implementum non onerare viri bona quæ paucissima supersunt, sed suam dotem undecim scutorum millium, quam numerata pecunia in ipsa Conjugali pactione viro tradidit in cujus securitatem hypothecæ vinculo subjecta sunt viri bona tantundem valoris. Ad singula deinde respondet, quæ Episcopus habebat in sua Informatione; et primo quidem nil mirum esse dicit si Ignatio vita functo, qui patrimonium adeo deterioris reddidit conditionis, Odoardus primogenitus amplum constituerit fratribus vitalitium censum, ut scilicet sibi, suisque hæredibus tutam redderet fundorum proprietatem, cum illi æque ac ipse

ipse ob soluta primogenialia jura in hæreditate successerint; atque etiam quia eum latebat quantitas æris alieni a patre contracti. Deinde ex instrumentis constare dicit decem fere millia scutorum in tot census contraxisse Alexandrum Odoardi dum ad Perusianam fuit Cathedram Episcopalem moderandam evectus, quos tamen nunquam dimisit ceu ipsamet instrumenta censuum pandunt. Ad primogenituram Canti quod attinet, reponit pauca tantum bona derivasse in Odoardum Oratorem, eaque contineri in enunciata summa scutorum 13377. 98. reliqua enim ob jam dissoluta fideicomissaria vincula, dum fato cessit Francisca Canti dispersit Ignatius Odoardi Franciscæ vir. Abbatiam postremo reddere dicit deductis oneribus annua dumtaxat sc. 300.

Ex his concludit Oratrix universum superextans capitale ære alieno gravatum, ac hypothecis subjectum tum pro censibus vitalitiis favore fratrum Odoardi, tum in securitatem suæ dotis nedum substinere non posse onera Missarum 1081. sed illud conjunctum redditibus Abbatiæ ne alimenta quidem suppeditare posse oratoribus, ac proinde reductionem, petit, dum quibusvis festivis diebus nedum celebrationem spondet unius missæ in Oratorio publico *alla Lama*, sed etiam alterius in privato Sacello.

Ut autem ad commiserationem flectat EE. PP. animos, eorum oculis subjicit maximam, quam nunc familia Oratrix curam habet parcendi impensis; etiam iis, quæ juxta nobilis Familie conditionem forent necessariæ.

Nonnulla tamen obstant petitæ reductioni. Patet enim ex supplicibus libellis porrectis universum familiæ Odoardi caput juxta valorem ut ajunt *Catastralem* assurgere ad scuta 13377. 98. Jam vero valor fundorum in censualibus tabulis inscribi solet semper minor in tertia parte, idque in causa præsenti fatetur Oratrix. Adjungatur itaque altera tertia pars valori enunciato in *Catastro*, et patrimonium Odoardi ascendere constabit ad duo de viginti circiter millia Scutorum. Si hujus summæ redditus computetur juxta veterem taxam legalem, quatuor nimirum in singula centum; Erit annuus fru-

ctus septingentorum circiter scutorum. Huic redditui si jungantur alia scuta tercenta, quæ annuatim detractis oneribus percipiuntur ex Abbatia favore filii oratorum suspensa a SSmo, annuus integer redditus est fere scutorum mille. Ast pro celebratione Missarum 1081. ad taxam manualis eleemosynæ obolorum quindecim requiruntur annua scuta centum sexaginta duo, et oboli quindecim. Remanent hinc Oratoribus annua scuta 837. 85. circiter. Porro si denegari solet reductio ubi pares redditus sunt oneribus multo magis deneganda videtur in themate, cum supersint favore Familie Odoardi annua scuta circiter 800.

Verum animadvertendum est pro oratoribus ex hac summa scutorum 837. 85. demenda esse præter taxas, et vectigalia scuta 520. annuatim persolvenda fratribus Odoardi, ac proinde illis vix superesse scuta 317. 85. circiter, quæ ne alimenta quidem necessaria ipsis suppeditant, ut vivant, etsi parcius attamen honeste juxta eorum conditionem. Ponderandum præterea gentem Odoardi inter Familias bene de Ecclesia meritas recenseri; atque saltem ob Legatorum erectionem inter eos, qui jurispatronatus privilegiis fruuntur, numerari posse; jus hinc ipsis Ecclesiæ benignitas tribuit percipiendi alimenta ex redditibus ipsorum Legatorum. Neque hoc extraneum est a voluntate fundatorum; si enim ipsi prævidissent suos descendentes gravi laboraturos inopia, nunquam Christiana charitas permisisset ipsis ut potius in pios usus, quam in necessaria suorum alimenta proprios redditus converterent.

Quatenus EE. VV. annuant Oratorum instantiæ perfinire debebunt ad quam quantitatem sint missarum onera reducenda, et quousque sit hæc perduratura, non solet enim perpetuam reductionem concedere S. Congregatio dum fundi ex integro non perierunt, et dum spes affulget, ut patronus melioris conditionis evadat. Eorum etiam Sapientiæ, et Jurisprudentiæ erit decernere an sit præcipienda inscriptio hypothecaria unius, vel plurium fundorum in securitatem Legatorum, ut proponebat Episco-

pus.

pus, idque præsertim in casu ob metum ne Familia Odoardi sit adhuc deterioris conditionis evasura.

Dubium proponitur,

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

MAZZARIEN MISSÆ CONVENTUALIS. In civitate *Montis S. Juliani* Mazzarien. Diœc. auctoritate SS. D. N. Collegiata Ecclesia nuper erecta est. Missam conventualem quotidie applicandi pro Benefactoribus in genere juxta sacros Canones, et notissimam Benedictinam constitutionem *cum semper oblatas* orta Canonicis obligatione supplices instant apud S. Congregationem, uti attenta præsertim eorum reddituum tenuitate hac super re dispensare dignetur, et conventuales quotidianas pro benefactoribus missas ad dies tantum festos reducere. *Sess. 24. Cap. 12. de Reform.*

Porro certum est, quod ex memorata Benedicti XIV. constitutione in ecclesiis omnibus metropolitanis, cathedralibus, et collegiatis quotidie celebrari debet Missa Conventualis pro Benefactoribus in genere, at idem providentissimus Pontifex causam prospiciens exigui redditus Præbendarum expresse cavit quod earumdem inopiæ succurri deberet juxta præscriptum a S. Tridentina Synodo in *Cap.* 15 *de Reform. Sess.* 24. = *Si vero, addit, designatam Concilio viam, ut fere evenire solet, nequaquam iniri posse contingat, reliquum erit ad Congregationem Concilii recursum habere, cujus erit perspecto rerum statu auctoritate Apostolica a Prædecessoribus nostris eidem impertita, et a nobis etiam præsentium tenore confirmata quotidianam applicationem pro benefactoribus in genere ad festos tantummodo dies reducere* =

Hinc

Hinc S. Congregatio non raro ob inopiam Præbendarum Missas conventualis ad dies tantum festos concessit, ut in Amerina Missæ conventualis 12. *Martii* 1746. *in Placentina* 30. *Julii* 1785. *in Bonon. Missæ Conventualis* 15. *Decembris* 1795.

De Præbendarum autem tenuitate in casu de quo agimus hæc habent Canonici ab Episcopo auditi, qui asserunt = *Che tutte le Prebende de' Canonici esclusivamente a quelle delle tre Dignità non ascendano che a soli sc.* 12. *e quelle di queste ultime, cioè dell' Arciprete a sc.* 16. *dalla congrua, che gli paga la Chiesa Matrice, ed Onze* 4. *da frutti del Beneficio, come di Onze* 9. *per ognuna delle due Dignità Decano, e Tesoriere: Da queste Prebende se ne deve detrarre la terza parte da servire per le quotidiane distribuzioni corali giusta il prescritto del S. C. di Trento, e del Breve Apostolico permissivo per la erezione della Collegiata. Tutte queste prebende poi van soggette ugualmente all' annuo pagamento de' Dazj diretti, imposti per le reali urgenze dello Stato.*

La provenienza poi di tutte le tredici prebende incluse quelle delle tre Dignita si riconosce dalle scritture esarate per atti di publici Notari aver l'origine dai Censi di utile Dominio, e Bullali senza affacciarsi speranza ne aumento, poichè in tutte le Fondazioni gli assegnamenti rispettivi dicono di divenirvi sotto la Clausola tassativa di soli sc. 12. *cedendo il vantaggio di qualche aumento in favore del solo fondatore.*

Nemmeno per le sudette tre Dignità potrà esservi speranza di accrescimento, ove le terre del beneficio sono concesse a Censo irredemibile, e la Chiesa, che le ha assegnato la congrua, ne attualmente, ne per l' avvenire sarà in stato di crescerla per lo notabile cadimento delle annuali rendite; non solo per l' aumento delle derrate necessarie al decente suo mantenimento, che per li Dazii, che va soggetta soddisfare, e per le spese fatte per realizzare la sudetta Collegiata. La verità di quanto venghiamo di sommetterle potrà Ella lucidamente rilevarla dalle publiche Scritture riguardanti l' enunciato scopo; che si conservano nella di Lei vescovil cancellaria = Rerum veritatem

confirmet Episcopus in sua Informatione qui ita concludit = *Exposita ab enunciato Capitolo serio perpensa veritati consona dignosco, proptereaque attentis scripturis in hac Cancellaria existentibus vota mea pro gratia accedunt, ut Missa conventualis diebus tantum festis de precepto pro benefactoribus applicetur usquedum, mediis piis fidelium largitionibus, Massa distributionum choralium ad Annus redditus Onz. Triginta supra centum attigerit, quo casu singulis diebus juxta dispositiones canonicas Missa conventualis applicari debet pro benefactoribus. Ut autem effugiatur dolus, et fraus; teneatur dictum Capitulum singulis trienniis, præsertim tempore S. Visitationis rationem de omnibus pro massa distributionum choralium acquisitis mihi, et in munere meo successoribus reddere. Ut lustrato Collegiatæ statu opportune prospiciatur.* =

Quibus perpensis EE. PP. erit Dubium dirimere.

An, et quomodo sit concedenda dispensatio pro celebratione, et applicatione Missæ conventualis in casu etc.

THELESINA, ET CERRETANA = Dignitates, et Canonici cathedralis Thelesinæ, et Cerretanæ supplices sunt penes S. hanc Congregationem pro reductione Missarum eorum Canonicatuum ad Carolenos quinque pro unaquaque Missa, iisque inclusis, quæ in præsenti non celebrantur quia inhærent litigiosis fundis. Postulant insuper reductionem anniversariorum ad ducata quinque pro unoquoque anniversario, nec non reductionem ad medietatem festorum totius anni Missarum convetualium pro fundatoribus ap-

Ses. 24. Cap. 12. de Reform.

applicandarum. quæ usque ab anno 1788. auctorante Sede Apostolica ad solos dies festos fuere reductæ. Ablegatis de more precibus Episoopo, ita se habet in sua informatione = *Quatuor Præbendæ in hac Cathedrali Ecclesia constitutæ inveniuntur, quarum fructus satis mediocres sunt. Archidiaconus enim, qui primam in ea obtinet dignitatem, sexaginta circiter ducatorum (Regni) annuum redditum percipit a sua præbenda. Archipresbyter secunda dignitas præbendam possidet ducatorum circiter quatuordecim. Reliquæ vero suæ dignitates duobus primiceriatibus addictæ nullam adhuc obtinent præbendam. Ex Canonicis Theologus solus, ac Poenitentiarius præbendas possident ex quibus primus nempe Canonicus Theologus sexaginta circiter ducatorum redditum percipit, alter vero, nempe Poententiarius a sua Præbenda percipit ducata circiter viginti quatuor. Omnes vero hi quatuor, qui determinatis præbendis gaudent administrationem pariter suarum præbendarum retinent, et præter suæ præbendæ fructus, eos etiam quisque participat, qui ex cunctis Ecclesiæ Cathedralis redditibus tum in pecuniæ, quam frumenti præstationibus constitutis, et in unam communem Massam redactis eruuntur. Ex hac enim Massa ad 1146. circiter ducatorum summam accedit, decuctis oneribus (ducata nimirum 398. prout inferius planius explicabitur) quindecim portiones fiunt quatuor dignitatibus, et undecim Canonicis adsignandæ.*

Nullas item distributiones quotidianas propria dictas in hac Ecclesia constitutas inveni, sed omnes fructuum, quos dicunt grossos, proventus in unam Massam quotannis redacti æqua lance, ac portione inter dignitates, et Canonicos distribuuntur, quorum unicuique quinquaginta circiter ducatorum summa obvenit: Ex qua rursus demptis Missarum oneribus, et anniversariorum stipendiis sexdecim circiter ducatorum summa remanet, quam quisque percipit Missarum quidem, et anniversariorum oneribus immunem, sed pluribus aliis oneribus obnoxiam. Chori namque servitium, festorum celebratio, ad Pontificialia, cæterasque Episcopales, et Canonicales functiones interventus, et adsistentia; vestium canonicalium, cæterarum-

rumque suppellectilium, præsertim linearum, expensæque cum omnino sint necessariæ, non aliter suppleri queunt; Hæc omnia parce satis rependuntur prædicta summa ducatorum sexdecim, in quam etiam cadit Choralis punctatura. Quod si privatæ vitæ usum spectemus, graviores sane sunt sumptus, quibus vitæ necessitatibus quisque prospiciat in hac temporum, et pecuniarum inopia. Cumque in hac præsertim Civium cultura, ac exterior vivendi ratio requirat, ut decentiori habitu tam in Choro, quam domi, et alibi utantur canonici, ad suam dignitatem, decusque tuendum. Vix id fieri potest in præsenti rerum statu, ac fortunarum tenuitate.

Huic rei consuli poterit, si Missarum imminutio ex reductione fiet; lucrari namque tum possunt Canonici manuales eleemosynas pro Missarum adventitiarum celebratione, quarum tamen stipendium duos Carolenos pro qualibet Missa non excedit. Cum vero perraro aliud extraordinarium emolumentum a Christi fidelium pietate canonicis obvenire possit hisce solis eleemosynis manualibus in prædendæ, et distributionum quotidianarum defectu prospicit quisque vitæ necessitatibus, et ea sibi comparare potest, quæ ad chori, et vitæ usum sunt necessaria.

Nec redditus augeri posse congrua spes affulget. Cum enim bona ad regulare patrimonium pertinentia in hoc Regno deficiant, et Excmi concordatus Executores nil inde abstrai posse affirmaverit, quod detur in augmentum Massæ Capitulorum Cathedralium; Cumque in hac dioecesi satis exigui sint simplicium Beneficiorum proventus, ita ut parumper eorum adjectione communi Massæ hujus Capituli accrescere posset; nescio quo pacto adimpleri queat, quod sancitum est in Art. V. Conventionis initæ inter Sanctissimum Pium VII. Pontificem Maximum, Regemque nostrum Ferdinandum I. (quos semper sospitet Deus), ut scilicet singulæ dignitates Ecclesiarum Cathedralium ducata a minus Centum octoginta, reliqui vero Canonicatus ducata ad minus centum pro annuo redditu uniuscujusque habeant; quod vero ex incerto litium pendet eventu, non ausim inter actuales redditus recensere; eo vel magis quod etiamsi id recupera-

pera-

peratum fuerit, et sexaginta circiter ducatorum redditus annuos accrescat, Missarum tamen onera ipsis redditibus respondentia pariter crescere debent, quæ Missæ nunc ob non culpabilem redditus deficientiam non celebrantur.

Missæ pro Benefactoribus olim quotidie celebrabantur, et applicabantur. Cum tamen omitti cæpissent ob redditũum tenuitatem, anno demum 1788. Sede hac Episcopali vacante, ex Apostolicæ potestatis plenitudine non solum absolutio largita est ob Missas eo abhinc tempore non applicatas pro Benefactoribus in genere, sed etiam earum reductio facta est, cautumque tum fuit, ut de hinc quotidie Sacrum cum cantu celebraretur, libera cuique remanente intentione, quoad ipsius fructus applicationem: in solis vero festis diebus pro benefacientibus applicatio fieret; ita ut earum Missarum numerus ad octoginta per totum annum redigeretur, quod et hodie obtinet.

Onera, quæ nunc hujus Cathedralis Ecclesiæ redditum, imminuunt, hæc numerantur Ducatorum biscentum octoginta quatuor summa amittitur ob contributiones, quæ dicitur Fundiaria solutionem (2) ob quintam præstationis partem, quæ in Censibus Emphyteutis ex lege remittitur (3) et decimam annuæ præstationis partem quæ ex lege pariter remitti debet iis, qui annuos redditus Censuum ad formam Bullæ constitutorum persolvunt (4) In æditiuorum vero mercedem, et Sacristiæ minutas expensas tam in Cathedrali Ecclesia, quam in Ecclesia eidem subjecta sub titulo Sancti Josephi centum, et quatuordecim ducatorum summa plus minus impendi solet.

Status Ecclesiæ Cathedralis activus, et passivus ex superius dictis colligitur:

Quod reliquum est, mei animi sententiam Sacræ Congregationis calculo ea qua par est, reverentia, subjiciam Maxime sane mihi cordi est hujus Capituli Cathedralis decus, dignitatemque augere: et omnem movì lapidem, ut perspicerem, quonam pacto huic rei accomodatius providere possem. Cum vero nullam viam, rationemque adinvenire mihi licuisset, quo reddituum ejus Ecclesiæ status amplior, et cumulatior fieret: æquum nunc esse duco, hasce ob causas Missarum lecturum

re-

reductionem, et imminutionem fieri, ita tamen ut ex redditibus nunc existentibus, nec litigiosis quidem exceptis, tot Missæ celebrari et applicari debeant, quot quatuor Carolenorum eleemosinæ pro unaquaque Missa respondent. Stipendium vero pro quolibet Anniversario quatuor ducatorum constituatur, eorumdem numero imminuto; et Missæ pro Benefacientibus totidem celebrentur et in genere applicentur, quot remanent nunc dies Festi juxta Pontificiam constitutionem diei 10. Aprilis 1818. Hoc quidem pacto augebitur Massa Capitularis, et Canonici qui Altari, et Ecclesiæ inserviunt, vitæ pariter adjumenta suis necessitatibus, et præsenti rerum conditioni congruentia ab Ecclesia percipient, conscientiarumque tranquillitati consuletur.

Certum est, quod prius alia quam Missarum onera sint reducenda ut definivit S. Congregatio in *Romana Reductionis 6 Maii* 1803. Petitæ vero reductioni illud etiam obstare videtur, quod agitur de oneribus jamdiu acceptatis, et impletis, quo casu reductio concedi non solet, ut antiquioribus omissis Sacræ hujus Congregationis resolutionibus definitum fuit; *in Novarien. Reductionis Missarum* 16. *Junii* 1797.

Ad Missas vero Conventuales, quod attinet obstat alia regula hujusce S. Congregationis, qua cavetur, ne conceditur reductio reductionis, ut in *Neapolitana Reductionis Missarum* 19. *Novembris* 1729. *et in Interamnen. Reductionis Missarum* 30. *Augusti* 1733. quæ tamen non amplius suas exerit vires, si post concessam reductionem nova supervenerit fundorum diminutio, ut docuit S. Cong. in *Novarien. Reductionis Missarum* 7. *Septembris* 1793. eo magis autem in themate crescit difficultas, cum agatur de Missis conventualibus pro Benefactoribus applicandis, quarum adimplementum adeo solemniter præcepit S. M. Benedictus XIV. in celeberrima *Constitutione*. *Cum semper oblatas*.

At vero æquitatis ratio habenda videtur. Nam redditus canonicatuum nedum ad substinenda onera Missarum sunt impares, sed etiam ad congruam substentationem canonicis distribuendum, qui servitium chori præstant, quod onus in Ecclesia cathedrali

præcipuum haberi debet. Hinc Sacra Congregatio ab æquitate ducta hujusmodi reductiones concessit missarum, ut ii qui inserviunt Altari de Altari vivere possent, ac simul ne deficeret servitium chori. Ita sane peregit S. hæc Congregatio cæteris omissis exemplis in *Nullius S. Martini* 12. *Septembris* 1801. *ad III. Dub.* Quæ vero dicta sunt de missarum oneribus præbendis infixis, militant etiam pro anniversariis, et missis conventualibus; Videant præterea EE. PP. utrum nimia sit præbendarum tenuitas, quæ novam reductionem missarum conventualium mereatur. Perpendendum prætcrea erit, utrum hæc reductio concedenda sit omnibus canonicis indiscriminatim, an vero ab ea excludendi sint, qui præter fructus massæ communis, habeat propriam præbendam. Hisce itaque omnibus perpensis tum in *jure* tum in *facto*, ac præ oculis habito Episcopi voto Vestræ erit Sapientiæ dirimere tria, quæ proponuntur dubia.

I. *An Missæ Canonicalibus præbendis infixæ ad tot reducendæ sint, quot celebrari possunt ad eleemosynam Carolenorum quinque pro unaquaque in casu ec.*

II. *An sit locus reductioni Anniversariorum, ita ut eleemosyna ducatorum quinque sit assignanda pro unoquoque anniversario in casu etc.*

III. *An sit concedenda nova reductio missarum conventualium pro benefactoribus ad medietatem festorum in casu etc.*

Die Sabathi 27. Maii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA NULLITATIS MATRIMONII. Matrimonium celebratum die 28 Novembris 1798. inter *Cassandram Luci*, et *Vincentium Venturini* sub ementito nomine *Vincentii Bellonch*, validum dixit S. Congregatio die 9. Augusti 1817. A Cassandra, quæ nullitatis querelam proposuerat, instauratur hodie certamen, ac posthabitis, quæ in præterita actione afferebantur de *vi*, et *metu* mulieri illato ad extorquendum in nuptias consensum, totus est illius defensor, ut *dolo*, et ERRORE deceptam quasi uxorem, *liberam* tueatur. *Sess. 24. cap. 1. de Refor. Matrim.*

Certum *in facto* est, matrimonium, de quo agitur, tum ex depositione testium ad status libertatem probandam, tum ex dispensatione denunciationum, tum etiam ex particula libri parochialis, contractum fuisse a *Vincentio Venturini e Castro Novo Farfensi* sub falso nomine *Vincentii Bellonch filii quondam Stephani de Valentia*, tamquam nepotis cujusdam divitis Hispani Sacerdotis. Utrum inde oriatur error ille qualitatis, qui adeo in personam redundet, ut removeat consensum ab actu, irritumque ideo reddat matrimonium, hæc tota est quæstio, de qua fuse agitur hinc inde in distributis allegationibus.

Sane canonico jure sancitum est, ut si certo constet, aliquem in contrahendo matrimonio errasse *in persona*, eo ipso conjugium non intercedat ex defectu consensus. Ita in collectione Gratiani *Caus. 29. quæst. 1. = Error vero Personæ, et conditionis conjugii consensum non admittit. =* Hinc Ecclesia Catholica constanti sententia inter impedimenta matrimonium dirimentia recenset *errorem personæ*. E contra er-

error in simplici qualitate personæ *eodem canone* statutum est non vitiare matrimonium = *Error fortunæ, et qualitatis consensum non excludit* = .

Inde Theologi, atque Canonistæ communem amplexi sunt sententiam, ut *si qualitas redundet in personam*, tunc error etiam qualitatis matrimonium irritum reddat. Ita præ cæteris S. Thomas *dist inc. 30. quæst. 1. art. 1.* = *Error qualitatis non excludit consensum, sed si error nobilitatis aut dignitatis redundet in errorem personæ, tunc impedit matrimonium* = Huic innixus doctrinæ Cassandræ defensor, nullum intercessisse matrimonium dicit, ex quo consensus non simpliciter in personam Vincentii futuri viri, sed principaliter in eum tanquam nepotem divitis Hispani Sacerdotis ab ipsa præstitus est. Hanc siquidem qualitatem nepotis divitis patrui *primario*, ac *substantialiter* respexit Cassandra, ita ut ea deficiente, nunquam in matrimonium consensisset.

Quin necessarium sit, ut qualitas ab uno ex contrahentibus volita in expressam conditionem deducatur, ut in illius defectum irritetur conjugium. Distinguendum siquidem est inter casum, et casum, nimirum inter conditionem appositam, quæ etsi levis sit, si tamen licita, consensum impedit, quotiescumque expresse apposita conditio non verificetur. Alter vero est casus, in quo primario, ac substantialiter contrahens ad certam aliquam qualitatem respexit, sine qua minime contraxisset, et in hoc casu, licet qualitas illa expresse deducta non fuerit in conditionem, tamen, ea deficiente, deficit etiam consensus, ac per consequens matrimonium, quod nequit sine consensu celebrari. *Ita Ligorius in Theolog. Moral. lib. VI. tract 6. cap 3. de impedim. matrim.* dum *sub num.* 1003. ita præmittit = *Communiter, et recte docent Doctores quod error circa qualitatem personæ bene irritaret matrimonium, si qualitas redundaret in substantiam* = tres statim exponit regulas cognoscendi, utrum error qualitatis redundet in substantiam, quas referam ejus verbis = *PRIMA : cum quis actualiter intendit contrahere sub conditione talis qualitatis; et idem est, si contrahens ante matrimonium expressam habuerit intentionem, et eam non retractaverit, non contrahendi nisi sub tali conditione, quia*

tunc

tunc consensus ille, si non actualiter, est saltem virtualiter conditionatus. SECUNDA: quando qualitas non est communis aliis, sed propria, et individualis alicujus determinatæ personæ, unde errando in qualitate, erratur in persona, ac proinde nullum est matrimonium, etiamsi ille non habuerit expressam intentionem non contrahendi. TERTIA: quod si consensus fertur directe, et principaliter in qualitatem, et minus principaliter in personam, tunc error in qualitate redundat in substantiam, secus si consensus principaliter fertur in personam, secundario in qualitatem.

Defensor vero matrimonii dum ex superius allato Textu in *Caus.* 29. *quæst.* 1. concedit errorem *personæ*, non autem *qualitatis* matrimonium irritare; si vero res sit de errore qualitatis, quæ redundet in substantiam, sive in personam, tunc necessarium omnino protuetur interventum duplicis personæ, quarum *una absens*, ad quam dirigitur contrahentis consensus, *altera præsens*, quæ absentem simulans subrepsit ab altero contrahente consensum. Hanc personarum diversitatem erui dicit ex ipso laudato *Textu*, et ad inducendum errorem qualitatis, qui redundet in personam, et matrimonium irritet, necessariam esse deducit ab exemplis per Doctores allatis, ac præsertim per *Reiffenstuel in jus Can. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 342. *Wiestner in instit. Eccles. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 207. *et Tambur. de Sacram. lib.* 8. *tract.* 1. *Cap.* 2. *num.* 1. *et seqq.*

Alteram etiam conditionem exquirit Sacramenti assertor, ut nimirum persona, quæ effertur, incognita sit contrahenti, qui qualitati expresse innititur, ita ut implicitam conditionem ostendat non contrahendi, nisi qualitas illa subsistat. Unam, alteramque conditionem tuetur auctoritate *Edmundi Voet part.* 2. *de imped. dirimen. art.* 2. *num.* 1259. *Antoine tract. de Matr. Cap.* 3. *quæst.* 3. *num.* 1. *Basil. Pont. de Matr. lib.* 4. *Cap.* 21. *num.* 13. *Conink. de Sacram. disput. de imped. dub* 1. *num.* 12. *et Kugler. eod. Tract. tom.* 1. *Cap.* 2. *§.* 1.

His in jure præmissis, validitatis, vel nullitatis matrimonii quæstio ad *factum* transit. Nullitatis defensor totus est, ut ex plurium testium depositionibus probet;

bet, Cassandram non primario, et directe *in Personam* consensisse, sed in eam præcise *qualitatem*, ex qua tantum suum præbebat consensum, quem alias numquam dedisset. Scilicet eam illius fœminæ fuisse voluntatem, ut conjugale fœdus non vellet inire cum Vincentio Bellonch, uti simpliciter Vincentio Bellonch, sed uti nepote divitis Hispani Sacerdotis. Testium vero dicta confirmat ex publicis actis. *Tum* enim in probanda libertate status, *tum* in postulanda dispensatione denunciationum, *tum* demum in ipsa solemni nuptiarum benedictione Vincentius Venturini semper sub ementito nomine *Vincentii Bellonch* filii quondam Stephani *de Valentia* est nuncupatus.

Addit insuper, non potuisse Cassandram propositis assentiri nuptiis nisi ob *personam*, in quam ferebatur, aut ob *qualitatem*, quam concupiebat. Sed quoad *personam* tam longe aberat, ut in Vincentium Cassandræ inclinaret affectus, ut imo illum adversaretur, nec cum illo per nuptiale fædus commisceri vellet, ut ex ipsis Testibus probare conatur fœminæ defensor; atque inde deducit non primario dumtaxat, sed unice mulierem respexisse *simulatam qualitatem* nepotis Hispani Sacerdotis, unde commodam, et sumptuosam sibi vitam auspicabatur.

Quin aliquid officere putet, quod Cassandra noverit Vincentium, et quandoque ante initum matrimonium cum eo versata sit, eique aliqua signa quasi amantis dederit. Posito siquidem errore ex dolo ipsius Vincentii; nihil mirum, ut mulier quæ licet invita trahebatur ad nuptias ex parentum, et amicarum suasionibus sub spe melioris fortunæ, id egerit, quin tamen inde deduci queat voluisse nubere Vincentio; etiam si vera non fuisset illius consanguinitas cum divite patruo. Quod si Vincentius non occasione conciliandi matrimonii, sed biennio ante inter Pontificias cohortes adscriptus erat sub cognomine Bellonch ex civitate Valentiæ in Hispaniis, si apud omnes hoc salutabatur nomine, id ipsum quin errorem excludat, imo faciliorem aperuit viam ad incautam decipiendam mulierem.

Sed

Sed defensor matrimonii ex ipsis testibus deducit, non modo Cassandram personaliter novisse Vincentium, sed etiam mutuos eorum amores; unde colligit *personam* respexisse Cassandram, non vero *qualitatem*, quæ tantum accidentalis erat, cum præsertim nec assertæ consanguinitatis, nec divitiarum conditio vel apposita fuerit in matrimonii tractatu, nec de iis vel verbum Cassandræ excidit, dum eam parentes, et amici ad ineundum conjugium suadebant. Addit vero nullo in pretio habendos esse Testes, qui in pervigilio repropositionis causæ, biennio et ultra post absolutum, ac publicatum processum, et nullo præstito jurejurando in medium afferuntur,

Ne nimius sim in re præsertim *facti*, quæ fidelibus subjicitur oculis in utriusque allegationis Summariis, videant EE. Patres reassumpto etiam *Folio diei* 9. *Augusti* 1817. utrum ex tot depositionibus Testium certo deduci possit Cassandram ignorasse veram Vincentii qualitatem, et originem ex Castro Novo Farfensi, eamque tum ante matrimonium, tum in ipsa nuptiali solemnitate *primario*, et *unice* respexisse ad effictam qualitatem Nepotis divitis Sacerdotis, ita ut ea deficiente conditione consensus non voluntarie præstitus, ut essentia matrimonii requirit, sed per errorem extortus fuerit, quo in casu nuptias irritari indubium est. Dubium proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, et amplius.

Sapientissimum EE. VV. oraculum, quod sub die 6 labentis mensis ob temporis angustiam, et aliarum causarum gravitatem non prodiit in quinque causis mox describendis, collitigantes in hodierno consessu iterum implorant. Dignentur itaque reassumpto folio ea die distributo eadem, quæ reproponuntur dubia, dirimere

Sess. 22. Cap. 11 de Reform.

ANCONITANA NULLITATIS CONTRACTUS.

Dub. I. *An constet de nullitate contractus emphyteusis ita ut sit locus rescissioni in casu etc.*
Et quatenus negative
II. *An, et in qua summa sint restituendi fructus in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative.
Ad II. Affirmative a die motæ litis pro summa liquidanda.

Sess. 21. Cap. 7. de Reform.

PRÆNESTINA REPARATIONIS ECCLESIAE.

Dub. *An, et cujus sumptibus consulendum sit reparationi Ecclesiæ in casu etc.*

Dilata, et firma remanente provisionali resolutione diei 18. Septembris 1819. exhibeatur status activus, et passivus omnium præbendarum, et beneficiorum in Ecclesia S. Andreæ erect. nec non conficiatur, et transmittatur peritia expensæ necessariæ pro omnibus reparationibus, et causa reproponatur citatis omnibus interesse habentibus.

Sess. 25. Cap. 4. de Reform.

ASCULANA REDUCTIONIS

Dub. *An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda missarum reductio in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

MAZ-

MAZZARIEN. MISSÆ CONVENTUALIS

Dub. *An, et quomodo sit concedenda dispensatio pro celebratione, et applicatione missæ conventualis in casu etc.* *Ses. 24. cap. 12. de Reform.*

THELESINA, ET CERRETANA

Dub. I. *An missæ canonicalibus præbendis infixæ ad tot reducendæ sint, quot celebrari possunt ad eleemosynam carolenorum quinque pro unaquaque in casu etc.*

II. *An sit locus reductioni anniversariorum, ita ut eleemosyna ducatorum quinque sit assignanda pro unoquoque anniversario in casu etc.* *Ses. 24. cap. 12 de Reform.*

III. *An sit concedenda nova reductio missarum conventualium pro benefactoribus ad medietatem festorum in casu etc.*

BOVINEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Vix Bovinensem Ecclesiam regendam suscepit hodiernus Episcopus efferbuit lis inter canonicum Tiberium de Pompa decanum curatum cathedralis Ecclesiæ, et canonicum cantorem Josephum Santoro, quoad jus denunciationum matrimonialium, quam præsul ille *Ses. 24. cap. 1. de Ref. Matr.*

ita S. Congregationis judicio submisit = *Inveni in hac mea cathedrali Ecclesia Bovinensi excitatam quæstionem valde implexam inter decanum, et cantorem Ecclesiæ prædictæ super jure faciendi denunciationes ante celebrationem matrimonii. Quum enim dignitati decanatus sit adnexa cura animarum, contendit decanus jure proprio tamquam parocho ad se privative spectare ejusmodi denunciationes facere. Ex opposito contendit cantor se justum titulum habere ejusmodi denunciationes emittendi, cum agat nomine capituli, cujus est radicalis cura animarum, ipsi præterea favere possessionem centum quinquaginta annorum circiter, ac proinde manutenendum esse in ejusmodi jure ac possessione.*

Auditis partibus quoniam inveni cardinem quæstionis omnino versari circa intelligentiam, et interpretationem textus S. Concilii Tridentini sessione XXIV. de Ref. Matrim. cap. 1. quo statuitur denunciationes faciendas esse a proprio contrahentium parocho, necessarium duxi etiam de consensu partium, negotium remittere prout de jure remittendum est, ad istam S. Congregationem S. Concilii Tridentini interpretem, cui transmitto originales probationes, et documenta utrinque deducta, ut iis perpensis dignetur ista S. Congregatio decernere quod menti Tridentini est magis consentaneum =

Ex tribus potissimum fontibus rationum momenta deducit decanus curatus, ut probet ad se privative pertinere jus denunciationum matrimonialium, nimirum ex veteribus libris parochialibus, ex S. Visitatione ab Episcopo Justiniani peracta anno 1584. et ex juris dispositione. Et primo quidem ex libris parochialibus apparere dicit triplicem denunciationem matrimonialem anno 1608. emissam fuisse a tunc temporis decano curato Damiano de Luca, easque, et in posterum factas fuisse per decanos ad annum usque 1683. Fatetur tamen se ab anno 1684. expoliatum fuisse hujusmodi denunciationum jure. Jam vero libri parochiales in iis, quæ parochi officium respiciunt, plene probant, cum ad id electa fuerit a Concilio Trid. *Sess. 24. cap. 1. de Reform. Matrim.* parochi fides, et industria, ut docent Pax. Giordan. *tom. 3 de*

fid.

Id. Instr. num. 48. Genova *de Script. priv. cap.* 2. *qu.* 1. *et* 2. Mascard. *de prob. Concl.*673. *num.*1. *et seq.*

Addit deinde decanus jus istud confirmari ex Sac. Visitatione Episcopi Justiniani anni 1584. in qua cum erecta fuerit in novam paræciam, seu potius redintegrata fuerit ad veterem curam animarum Ecclesia S. Petri in eadem civitate Bovini extructa, statutum fuit = *che detto parroco* (scilicet Ecclesiæ S. Petri) *non possa affidare, e sposare, se prima non avrà avuto fede da chi prima siano state fatte le monizioni dalla Chiesa Cattedrale* = quod jus nonnisi decano curam animarum exercenti competere poterat.

Ad juris vero dispositionem quod attinet, profert decanus decretum Concilii Tridentini *Sess. XXIV. cap.* 1. *de Reform. Matrim.* ubi præcipitur = *ut in posterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum* = at parochi nomine ille intelligitur a Sac. Synodo, qui habet curam animarum actualem, et excluditur quicumque alius actualem curam non habens. Jam vero decanus curatus Ecclesiæ Cathedralis Bovinensis est verus, et solus parochus, qui per concursum, et canonicam institutionem assequitur decanatum cum jure perpetuo, ac privativo functiones omnes, titulo suo adnexas, ac præsertim munia parochialia exercendi; quique assumit sibi coadjutores in exercitio curæ, iisque de proprio mercedem laboris solvit, ut patet ex transmissa legali attestatione. Inter munera autem mere parochialia recensentur matrimoniales denunciationes ex Sac. Congregatione Episcoporum, et Regularium resolutione *in Firmana* 3. *Junii* 1615. ac proinde ad unum decanum spectare concludit jus hujusmodi denunciationes explere.

Totus deinde est, ut ostendat parœciam exortam non fuisse ex capitulo, sed quidem capitulum in illa suum ortum duxisse. Nam vel a sæculo tertio locum habere cæperunt parœciæ; in civitatibus enim primariis aderat Ecclesia, ad quam confluebant fideles; horum deinde aucto numero aliæ parœciæ fundatæ sunt in pagis, et minoribus civitatibus, quibus præficieban-

tur

tur secundi ordinis Sacerdotes, qui jure proprio, sed dependenter, et sub auctoritate Episcopi animarum curam gerebant. Ex his deducit præsumi non posse, capitulum, apud quod est cura habitualis, sibi reservasse jus istud denunciationum, de qua quidem reservatione nulla datur probatio, quæ imo numeris omnibus absoluta afferri deberet, ut legitimus parochus a suo certo jure detruderetur. Quin etiam passim receptum est, ac præsertim a Monacello *in formul. legal. pract. edit. Venetæ* 1751. *tom.* 2. *pag.* 367. *Barbos. de Parochis part.* 1. *Cap.* 1. *a num.* 56. *ad* 58. *et S. Rota in Mediolanen. Jurium Parochialium* 3. *Junii* 1673. canonicos, apud quos residet cura habitualis, non posse se intromittere in cura animarum invitis vicariis perpetuis, qui proprie habere dicuntur exercitium curæ.

Quo vero ad consuetudinem favore cantoris, eam in nullo pretio habendam esse putat decanus, etsi illa etiam centenarium cursum excedat. Acta enim denunciationum, si quæ facta sunt a cantore, aut ab illo expleta sunt tanquam subsidiario, et adjutore decani, quo in casu subsidiarius non præscribit contra principalem, cujus personam jure delegato repræsentat; aut illa proprio marte peregit, ac nulliter, et illicite parochialia jura invasit, et tunc consuetudo illa, cum sit contraria juris dispositioni, decretis Tridentini, utilitati, ac disciplinæ Ecclesiæ abusus, et corruptela est dicenda.

Negat e contrario cantor Santoro proclamationes matrimonii semper factas fuisse a decanis ad annum usque 1683. cum de his sileant parochiales libri, ac unum dumtaxat in medium afferatur exemplum emissarum denunciationum a decano Famiano de Luca anno 1608. Relata vero particula Sacræ Visitationis Episcopi Justiniani nedum decano haud prodesse dicit, sed præterea favere cantori, ut innuunt verba *da chi prima siano state fatte le monizioni*, cum jus istud semper penes cantorem fuerit, citatque alteram Visitationem anni 1680. peractam ab Episcopo Sancti Severi deputato a S. M. Innocentii XI., in qua (ut ait) declaravit decanus tunc temporis denunciationes matrimoniales a se emitti non proprio sed nomine cantoris, cu-

cujus præbenda tunc vacabat. Ostendit deinde paroeciam reapse exortam fuisse in cathedrali. A primis enim Ecclesiæ temporibus non in oppidis, aut pagis, sed in primariis civitatibus Episcopi suam cathedralem habuisse, in qua clericorum collegium adorat, *S. Basilius epist.* 319. qui illius erant Ecclesiæ adscripti *canoni*, seu *albo*, ex quo omnes illi canonici nuncupabantur *Thomassin. Vet. et nov. Eccl. disciplin. pag.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 2.

Et certe animadvertendum est, per tria fere priora sæcula nullam in ecclesiasticis monumentis parochorum mentionem occurrere. Una enim in principe dioeceseos civitate erat Ecclesia, ad quam Christiani omnes non modo urbis illius, sed etiam vicinorum pagorum confluebant; præsentibusque Eucharistia dispensabatur, absentibus vero per diaconos mittebatur. *S. Just. M. Apolog.* 1. *num.* 67. *pag.* 83. *edit. Maur. Parisis.*, qui in præfato Episcopi senatu sua munera gerebant. Aucto deinceps fidelium numero, aliisque in civitatibus ædificatis Ecclesiis certi presbyteri ad eas diebus festis mittebantur, quorum erat, sacra obire munera, populoque præesse, qui tamen perpetui non erant earum Ecclesiarum rectores. Serius autem constitutæ sunt parœciæ, primo quidem in vicis, et pagis, dein in civitatibus, si majores quædam Romani Imperii excipiantur urbes, ut probant Henric. Vales. *in Not. ad Sozomen. lib.* 1. *Cap.* 15. *pag.* 31. *edit. Taurin.* 1747. Petav. *in Epiph. hæres.* 69. *Arian. tom.* 2. *p.* 276. *edit. Col. et de Eccl. Hierar. lib* 2. *Theolog. dogmt. cap.* 12. *num.* 2. *et seq. tom.* 6. *pag.* 128. *seq. edit. Venet.* 1757. Thomassinus *loc. cit. cap.* 21. *et* 22. Muratorius. *dissertazioni sopra le antichità Italiane diss.* 74. *pag.* 324. *tom.* 3. *par.* 2. *edit. Romæ*, *et Marius Lupus de Parochis ante annum Christi millesimum.*

Cum itaque antiquior fuerit cathedralium erectio, sequiori vero ævo constitutæ fuerint parœciæ, ac usque ab initio cathedralibus, ac canonicis adhæserit cura animarum, autumat cantor, rectissime potuisse capitulum sibi reservare aliquod jus parœciale usque ab initio, sibi competens; quod in themate capitulum cessit cantori, ut hujus tenuis præben-

bendi ex denunciationum emolumentis aliquod augmentum acciperet. Licet autem ob commodum, et utilitatem animarum constituti fuerint vicarii perpetui in cathedralibus, attamen non desunt exempla Ecclesiarum, in quibus annuatim per turnum a canonicis cura exercetur, ut fit in cathedrali Ecclesia Arianensi; sicuti etiam non desunt exempla, ut alicui canonico reservaverit capitulum jus denunciationum; ut reapse apparet in cathedrali Ecclesia Marsicensi, ubi denunciationes ab Archidiacono fiunt, et in aliis Neapolitanæ ditionis cathedralibus Ecclesiis jus istud est penes primicerios, quos pro cantore accipi docet *Glos. in tit. 25. cap. un. de offic. Primic.* Ex his infert, quæ ex jure communi deducta fuere a decano respicere quidem parochialium Ecclesiarum rectores, non autem vicarios perpetuos, qui habituali carent cura animarum.

Ad consuetudinem vero respondit, cantorem suum titulum desumere ex dispositione Concil. Lateranensis IV. ubi in *Cap.* I. *cum inhibitio* 3. *de Clandest. sponsation.* §. I. præscribitur, *ut cum matrimonia fuerint contrahenda in Ecclesiis per presbyteros publice proponantur*, quod decretum non fuit sublatum a Tridentino, sed potius innovatum ut pandunt verba *Sess. 24. c.* I. *de Ref. Matrim. = Sacri Lateranensis Concilii sub Inn. III. celebrati vestigiis inhærendo =* unde præscriptum denunciationum emittendarum a proprio contrahentium parocho respicit potius parochialium Ecclesiarum rectores, quam vicarios ex superius dictis, posito autem hoc titulo licitam dicit introductam consuetudinem.

Licet vero hæc consuetudo sit contra legem non tamen est contra jus naturale, vel divinum positivum, neque contra utilitatem Ecclesiæ, aut bonos mores, ita ut peccandi licentiam, vel occasionem præbeat; unde rationabilis esse potest, et ex legitima centum annorum præscriptione stabilienda. Jam vero pro *abolenda, et abroganda lege Canonica, vel Ecclesiastica requiritur spatium quadraginta annorum Rot. recent. par.* I. *decis.* 497. *num.* 4., *Glos. in Cap. cum tanto.* II. *tit. de consuetud. verbo legitime*, quæ eo magis est atten-

den-

denda, cum numquam fuerit impugnata a tot, tantisque Episcopis spectatæ probitatis, et doctrinæ, ac novissimis temporibus ab Episcopo Ceraso, Molinari, et Ven. Lucci, unde dici potest superaccessisse etiam Superioris consensum.

Hæc ex utraque parte afferuntur, quibus nonnulla tum in jure, tum in facto superaddam. Et primo quidem, quæ ex Visitatione Episcopi Justiniani allata sunt, nil certi statuunt favore tum decani, tum cantoris, cum id in dubium veniat, a quo tunc emitterentur denunciationes, idque sit probandum, quod tamen a neutra parte demonstratur. Cantor quidem a capitulo reservari potuisse sui favore jus denunciationum presumit, et non tantum centenariam, sed immemorabilem consuetudinem conatur asserere, quin tamen documenta obtulerit. Parochus vicissim ex libris parochialibus erui affirmat, denunciationes emissas fuisse a decanis ad annum usque 1683. quo fuerunt tali jure expoliati, sed unam dumtaxat particulam exhibet, ne parochiali quidem sigillo munitam, triplicis denunciationis factæ anno 1608. ut initio retuli. Licet autem ex tritissima juris regula, actore scilicet non probante reus absolvitur, prima fronte videatur, parocho, qui restitutionem sui juris urget, incumbere onus probationis, attamen fallit in themate regula, quia pro parocho stat legis dispositio, et cantor debet ostendere quo jure emittat denunciationes *arg. Cap.* 2. *de rest. spol. in* 6. Et revera certum est a Tridentino sancitum fuisse *ut antequam Matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho ... in Ecclesia ... publice denuncietur* = quod ita interpretantur Doctores, ut scilicet denunciationes fieri debeant vel a parocho, vel ab alio sacerdote de ejus licentia; ita Barbosa *de off. et pot. paroch. par.* 2. *c.* 21. *num.* 17. = Fr. Emmanuel. *in summ. par.* 1. *c.* 217. *num.* 6. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 6. *num.* 4. Egidius de Koninch. *de Sac. et cens. tom.* 3. *disc.* 27 *dub.* 5. *num.* 50 Bonacina *de Matrim. quæst. in punct.* 6. *num.* 12.

Exploratum pariter in jure est, dum erigitur vicaria

perpetua, habitualem curam residere quidem penes capitulum, at actualem, sive illius exercitium transferri *omnimode* in vicarium perpetuum Vital. *in Clem.* 1. *num.* 18. *de excess. prælat.* Navar. *Cons.* 21. *num.* 7. *et seq. de Cler. non resid.*, Gonzalez *ad reg.* 8. *Canc. glos.* 5. §. 3. *num.* 23. *et seq.* Camp. in *divers. juris Can. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 114. quia dum vicarius dicitur habere curam actualem, *est habere cum effectu*, L. *nomen ff. de verb. signif.* Host. *in cap. nonnulli de Cler. non resid.* Hinc nullo modo potest principalis, spreto vicario, se ingerere cura animarum, sicut nec Episcopus invito rectore eam potest assumere, ut in terminis docent Abbas *in Cap. extirpan.* §. *Si qui vero num.* 15. *de Præbend. num.* 6. *in fine vers. Vicarii* Monacell. *in Form. legal. pract. edit. Venet.* 1751. *tom.* 2. *p.* 367., idemque firmavit S. Rota *in Barchinonen Vicariæ* 17. *Maii* 1624. *cor. Merlino*.

Post hæc decernent EE. VV. utrum locum habere possit ea distinctio proposita a cantore; ac præterea utrum, statim ac est electus vicarius perpetuus, ipse jus habeat ad exercendos omnes actus ad jura parochialia spectantes, cujusmodi sunt denunciationes ex S. Congr. Episc. et Reg. *in citat. Firmana* 3. *Jun.* 1615. vel potius has potuerit sibi, vel alteri personæ reservare capitulum. Certe hujusmodi promiscuitatem in exercendis juribus parochialibus, et curam animarum semper haborruit S. hæc Congregatio, ut videre est in *Card. de Luc. lib.* 14. *par.* 5. *Annotat. ad Conc. Triden. disc.* 9. *Sess.* 7. *cap.* 7. qui testatur de praxi S. hujus Congregationis, quæ dum respondit relationibus transmissis ab Episcopis occasione visitationis SS. Liminum, toties præcepit deputationem vicarii, quoties cognovit promiscuum curæ exercitium esse penes omnes de collegio.

Animadvertendum præterea est, quoad consuetudinem, quam immemorabilem asserit cantor, adeoque non revocatam ob defectum clausulæ *non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili*, non probari certis documentis, cuinam ex duobus concertantibus ipsa faverit ante Concilium Tridentinum.

Si

Si autem velint EE. PP. acquiescere illi particulæ a decano transmissæ, ex qua eruitur, triplicem denunciationem emissam fuisse anno 1608., tunc patet eversam fuisse præcedentem consuetudinem, si forte adfuerit favore cantoris, cum unicus actus sufficiat ad evertendam contrariam consuetudinem juxta *Rot. decis.* 162. *num.* 9. *cor. Ludovis. et decis.* 74. *num.* 16. *cor. Falconer. tit de Miscellan.* Insuper ponderandum est nullam contra Tridentinum dari consuetudinem, ut docet clarissimus Devoti *in Prolegomenis ad jus. Canon. cap.* 16. *§.* 6. *tom.* 1. *pag.* 326. . Cum enim ejus singula decreta vel ad dogmata fidei, hæresumque extirpationem, vel ad mores emendandos, habususque tollendos fuerint concinnata, ea ut *diligenter* observarentur ab Ecclesiarum Prælatis, quacumque dignitate fulgentibus, atque hi a suis subditis *inviolabiliter observari* facerent imposita contradictoribus pœna mandavit S. M. Pius IV in bulla confirmatoria ejusdem Concilii incipien. *Benedictus Deus*.... Hinc omnia, et singula decreta Concilii Tridentini, etsi non munita clausula irritanti, præscribi non posse sapienter advertit Bened. XIV. *in Inst. Ecclesiast.* 60. *num.* 7. pluribus citatis doctoribus; idemque fuso calamo probavit Piton. *in Controv. patron. alleg.* 5. *per totum*, ubi multa afferuntur argumenta, et auctoritates, ex doctoribus, et S. Rotæ decisionibus deromptæ.

Hisce omnibus tum in jure, tum in facto perpensis Vestræ Sapientiæ, ac jurisprudentiæ erit EE. PP. respondere Dubio.

An possit, et debeat decanus curatus Ecclesiæ Bovinensis emittere denunciationes matrimoniales, seu potius sit substinenda praxis favore cantoris in casu etc.

Sess. 22. cap. 3. De Reform.

VERULANA JUBILATIONIS: Cum constitisset de continuo, ac laudabiliter expleto quadraginta annorum chorali servitio a Dominico Butti Canonico Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Frusinonis in diœcesi Verulana, donatus ipse fuit jubilationis indulto 8. *Maii elapsi anni* 1819. licet a capitularibus inserventium paucitas, et choralis servitii detrimentum afferretur in medium, quod tamen Episcopus in sua informatione se conciliasse referebat = *non fore eum utendum indulto sine vera necessitate, vel saltem diebus festis accessurum ad chorum, et suppleturum paucitatem capitularium* = proinde juxta consuetam S. Congregationis praxim rescriptum est, = *pro gratia jubilationis arbitrio, et conscientia Episcopi cum solitis clausulis* = videlicet ut = *fructus omnes, et distributiones sui canonicatus percipere valeat, perinde ac si choro, et divinis officiis personaliter interesset* =.

Postquam indultum ita obtinuerat Buttius, preces instauravit tum mense Junii, tum mense Novembris elapsi anni, in quarum primis postulavit, ut exemptus declararetur a celebratione missæ conventualis; in altero vero supplici libello petiit, ut etiam percipere posset eam summam, quam loco tertiæ partis distributionum, ex inita conventione annuatim Capitulo persolvit canonicus Marcocci ex S. hujus Congregationis indulto absens causa studiorum, quæque summa inter reliquos capitulares partitur; nec non ut particeps fieret scutorum sex, quæ annuatim a municipibus penditur Canonicis, quia choralibus vestibus induti intersunt sacris novendialibus, quæ præmittuntur festis SS. Pontificum Silverii, et Hormisdæ. Super his omnibus exquisita est nova Episcopi informatio audito Capitulo in scriptis. Antequam tamen ulterius progrediar, ut animadvertam oportet primæ petitioni Canonici Butti quoad missam conventualem jam provisum videri ab Episcopo datis ad Capitulum litteris sub die 19. Maii elapsi anni 1819., quas definitivi decreti loco habendas esse voluit; de qua epistola inferius redibit sermo. Tota hinc quæstio reducitur, an jubilatus canonicus Buttius

tius percipere debeat pro sua rata summas, quæ a Canonico Marcocci, et municipibus persolvuntur, quæque inter præsentes Canonicos partiuntur.

En itaque verba informationis Episcopi = *Quæstionibus quæ nunc noviter deducuntur a Canonico Butti jam est sub die* 29. *mensis Maii anni præteriti responsum datum, atque provisum* (epistola nimirum superius memorata), *et nisi mea me fallit opinio cum declarationibus ejusdem S. Congregationis Concilii, quæ pariter submitto sapientissimis EE. VV. oculis, ut magis magisque innotescat cujus furfuris sit homo iste. Vestrum erit decernere, quod sancitum, nisi emendandum sit. Si Buttius non intervenit functionibus, quibus inest emolumentum inter præsentes distribuendum, quomodo conqueri potest de gravamine? Nisi suppleat vices Canonici Marcocci causa studii absentis, ut alias concordatum, quarum distributionum particeps esse vult?*

Pluries autem laudata epistola Antistitis ad Capitulum ita se habet. *Ho letto gli ammessimi foglj . . . . come ho tutta la venerazione per il decreto emanato dalla S. Congregazione del Concilio nella Ortana non posso dispensarmi dal dire, che mancando la Collegiata di Frosinone di consuetudine giacchè dalla non rimota sua erezione in poi credo sia il primo caso la giubilazione del Can. Domenico Butti, e non essendovi fin quì gli statuti tanto desiderati o costituzioni inculcate deve andarsi nella risoluzione dei dubbj, e difficoltà proposte colle leggi generali, e non può gravarsi l'indultario Butti senza un fondato principio, ed in conseguenza.*

God' Egli dell'esenzione del servizio corale a riserva di una casuale, ed urgente necessità in cui patisse detrimento, o danno la soddisfazione del medesimo, e questa circostanza richiede una prevenzione, ed intimo. Scarfantone in Ciccopiero, e la S. Congregazione, che così dispongono.

Non è tenuto l'indultario nel nostro caso alla celebrazione della messa conventuale nella sua eddomada; nè per la deficienza di consuetudine, o particolare statuto si può obligare a farla da esso lui celebra-

brare da un commissionato, o somministrare la limosina spettando ai Canonici ripartirla per turno. Monacel. Scarfant. in Ciccop. e la S. Congregazione del Concilio . . . . . .

Percepisce gl' interi frutti del Beneficio, non patisce diminuzione della quotidiana distribuzione, ed entra nella partecipazione delle fallanze altrui, quando nel rescritto vi è la clausula = ac si in choro præsens esset, et divinis officiis interesset = *Pignatell. cons.* 116.

Non può lucrare della somma che si rilascia da chi lontano per causa di studj, o età non può fare la sua eddomada col cantare la messa conventuale, e soddisfare gli altri obblighi di tabella ad esso addetti, non cadendo questa trà le distribuzioni quotidiane, ma riputandosi a sollievo di chi ne sopporta il peso; come

Non può pretendere la porzione dei mortorj, messe avventizie, se non interviene, e dell' emolumento di anniversarj assegnato dal Testatore da distribuirsi tra li presenti.

Gli conviene però la rata parte di quegli annivversarj fissi incorporati in massa, e segnati in tabella senza la disopra particolare riserva. La stessa S. Congregazione in Pisana 1. *Settembre* 1691. *e prima in Lunen. Sarzanen. Jubilationis* 20. *Giugno, e* 30. *Settembre* 1684.

Benchè esente l' indultario dagli officj, e pesi suddetti = veluti faciendi Officium in hebdomada sibi tangente cum similibus; attamen si eadem officia, et munia sibi incumbentia subire voluerit, eidem est licitum, et potest lucrari emolumenta, quæ predictis Officiis, sive functionibus sunt destinata = la Sag. Cong. del Conc. in Romana 10. *Maggio* 1692.

A queste basi dà forza la consuetudine di queste due antichissime Chiese della Cattedrale, e Collegiata di S. Erasmo, cui devesi ricorrere per li casi occorrenti in Diocesi, e prenderne norma all' opportunità di materia, che formano stato per il tratto successivo e le quali prescrivo da osservarsi, salvo dilucidazione se bisognasse per difetto di fatto.

La presente intanto, affinchè resti, e valga come un de-

definitivo decreto, oltre che sarà registrata nel libro del Capitolo di cotesta Collegiata, l' ho fatto inserire negli atti di S. Visita a regola per gli anni avvenire.

Nihil de missa conventuali habet Capitulum in suo voto, super qua jam videtur provisum ab Episcopo in excripta huc usque epistola, sed huic innixum conatur excludere Buttium a perceptione tum summæ, quæ persolvitur ab absenti Canonico Marcocci, tum alterius quæ penditur a Communitate Municipali ob sacra novendialia. Ait enim emolumentum hoc inter eventualia, non autem inter certa, et fixa esse numerandum, cum paucis abhinc annis suum exordium trahat isthæc solutio, a qua Municipes recedere possunt. Antea enim ceram pro laudatis sacris novendialibus persolvere solebant, quæ deinde in sacrarii beneficium cedebat; ex inita vero conventione loco illius quantitatis ceræ sex scuta Canonicis suppeditantur, quæ inter præsentes partiuntut; ac proinde cum in premium interessentiæ sit eventualis distributio, nullum super hac jus competit Buttio Canonico jubilato juxta præfatas Episcopi litteras.

Canonicus Butti e converso sibi deberi autumat utrumque emolumentum. Canonico enim jubilato debentur absentium fallentiæ quin Episcopus decernere valant jubilato vigore indulti non ea deberi, Ferraris *Verb. Canonicus art.* 9. *num.* 111., et quin eas denegare possit Capitulum, vel ob silentium constitutionum capitularium, vel quia hujusmodi in ea Ecclesia desint exempla; deficientibus namque Constitutionibus capitularibus non ad Cathedralis statuta particularia, sed ad generalem legum dispositionem, vel S. hujus Congregationis praxim est recurrendum. Jamvero ea est generalis regula, ut jubilatus de aliorum fallentiis particeps fiat nisi aliud cautum fuerit ab ejusdem Ecclesiæ constitutionibus; unde cum a Canonico Marcocci annua persolvatur summa loco fallentiarum, ad has jus sibi competere putat Orator ex indulto absens cum facultate percipiendi omnes fructus ac distributiones perinde ac si choro interesset, cum *portio accrescat portioni*,

non

non personæ ex Fagnano in *Cap. Cum percussio num.* 29. *de Cler. ægrot.* Idem jus sibi adstruit quoad alterum emolumentum scutorum sex a municipibus persolutum ob sacra novendialia, cum illa non dentur ob unum premium interessentiæ a qua præstatione possit suo lubitu recedere communitas. Etenim ipsomet fatente capitulo antea certa ceræ quantitas suppeditabatur sacrario, cujus favore cedebat, quiquid ceræ supererat post expleta sacra novendialia; atque hinc Canonici quotannis minorem pecuniæ vim impendebant pro cera in servitium Ecclesiæ, et vicissim majorem summam inter seipsos partiebantur; eodem igitur modo sex scuta ceræ suffecta inter omnes indistincte debent distribui, ad quæ ipse vigore indulti jus habet. Falsum omnino putat posse municipium a præstatione recedere, cum ab immemorabili fiant sacra ea novendialia, et summa scutorum sex descripta sit inter expensas ordinarias, et consuetas in tabella approbatas a S. Congregatione Boni Regiminis.

Indultum jubilationis nullo canone sancitum, sed ex benignitate Sacræ Congregationis sensim introductum est, ut Canonici, et Beneficiati post laudabile, et continuum quadraginta annorum servitium, ab inserviendo in posterum eximantur, quin quidquam de fructibus et distributionibus amittant. Hujus indulgentiæ rationes duæ potissimum fuere. Prima scilicet senectus et infirmitas, quæ impedit quominus in posterum præbendatus Ecclesiæ deserviat; ac proinde honesta dimissio ipsi conceditur post continuum et laudabile quadragenarium servitium cum omnibus juribus, honoribus, et emolumentis, exemplo ducto a veteranis militibus qui post multos labores ita vacatione donantur. S. Cong. *in Lunen. Sarzanen Jubilationis* 16. *Martii* 1737. *et in Civitatis Castellanæ* 20. *Septembris* 1766. Altera vero ratio fuit ut spe immunitatis a servitio, et perceptionis omnium redituum alacriores fierent Canonici, et Beneficiati in præstando Ecclesiæ famulatu, ut advertit Fagnan. *in cap. licet de prob. num.* 166.

Quid vero commodi hujusmodi privilegium jubilato afferat ex variis Sac. hujus Congregationis decretis col-

colligi potest. Ad rem præsentem quod attinet notandum sæpius actum fuisse de distributionibus, quarum percipiendarum facultas jubilato conceditur a S. Congregatione in ipsamet indulti clausula; et jamdiu firmatum est, Canonico jubilato deberi absentium fallentias, nisi obstent constitutiones particulares, aut consuetudo, nec non ipsum participare posse, sive præsens sit, sive absit nedum de omnibus distributionibus communis massæ, verum etiam de emolumentis adventitiis anniversariorum, et associationum cadaverum dummodo a testatoribus cautum non fuerit, ut actu tantum interessentes de iis participare debeant, ut re fuse discussa *in Aquipendien. Indulti* 1. *Aprilis* 1719. proposuit S. M. Benedictus XIV., dum S. hujus Congregationis a Secretis munere in minoribus constitutus fungebatur, et probavit Sacra hæc Congregatio. Idem quoad fallentias a jubilato percipiendis statuitur in *Leodien. Jubilationis* 17. *Augusti* 1776.

Dubia proponuntur.

I. *An Canonicus jubilatus Dominicus Butti vigore indulti absens particeps esse debeat de summa, quæ persolvitur quotannis a Canonico Marcocci absente ob causam studiorum in casu etc.*

II. *An idem quamvis absens participare debeat de scutis sex quæ annuatim a Communitate persolvuntur ob sacra novendialia in casu etc.*

Sess. 24. Cap. 23. de Reform.

ALATRINA. Jamdiu vigebat in Cathedrali Ecclesia Alatrina consuetudo singulis annis Capituli *officiales* per secreta suffragia eligendi, facta a Canonicorum seniore, quem decanum dicunt, idoneorum Capitularium canonicis suffragium laturis propositione. Unde, et a quo tempore ortum duxerit hæc consuetudo non satis colligi potest; sed certo videtur, consuetudinem illam pervetustam fuisse, nec contrariis actibus interruptam.

At cum ineunte anno 1817. die 18. Januarii de more capitulariter convenissent Canonici pro illius anni officialibus eligendis, orta est inter Canonicos contentio circa methodum in electione servandam. Siquidem nonnulli contendebant = *d'introdurre il bel costume, che si osserva in quasi tutti i Capitoli, di ballottare tutti i Canonici dal primo all'ultimo, e così sceglier quello, che sarà trovato avere avuto maggior quantità di voti favorevoli*, cumque novitatis hujus promothor Canonicus Pirri pro ea perorasset, propositum fuit, ut secreta exquirerentur suffragia, quorum septem favorabilia contraria quinque, inventa sunt.

Contra capitularem hanc resolutionem statim Canonicus decanus Franciscus Marra solemnem coram pluribus Canonicis in Sacristiæ ædibus protestationem emisit, quam inter acta capitularia relatam, sequuta deinde est alia contraria protestatio sub die 24. Februarii Canonici Pirri, qui postea oblatis precibus Sacræ huic Congregationi postulavit ab Emis Patribus, *che preso in maturo esame l'affare, si compiacciano ordinare l'osservanza della d. risoluzione capitolare dei* 18. *Gennaro* 1817.

Rogatus Episcopus super hisce precibus retulit = *Nonnullæ equidem circumferuntur capitulares constitutiones jam pridem scripto exaratæ, sed minime in forma obligatoria confirmatæ, neque rite publicatæ. Ex harum tenore robur accepit consuetudo, vel abusus, de quibus in precibus. Quæ sane praxis ob-*

ser-

servata, ut asseritur, constanter fuit usque ad capitulum habitum die 18. Januarii anni 1817. . . . . Meo judicio recte contra antiquam methodum assurgunt, qui cum Canonico Pirri sentiunt Canonici: in eo namque systemate nullum officium, munus nullum Canonico seniori potest demandari, cum non sit, a quo proponatur. Hunc vero vel prædilectionis in alios, vel aliqualis adversi animi in seipsos insimulabunt quos in designatione ad officia ipse quodammodo neglexerit, aut contempserit aut pro onere aliquo proposuer t sibipsis incongruo. Quæ absurda prorsus absunt in iis omnibus Capitulis, in quibus prædicta in circumstantia stylus communiter observatur, quem exoptat cum suis Canonicus Pirri.

Satis cum hæc non essent ad rectum, tutumque reddendum judicium, nova postulata est ab Episcopo informatio, ut distincte referret de tempore exarat. constitutionum, et de consuetudine quoad præteritum, transmissa copia earumdem constitutionum, prout asservantur in archivio capitulari, et an fuerint unquam approbatæ in S. Visitatione. Hæc iterum retulit Episcopus = *Cum fel. record. antecessor meus Petrus Stephanus Speranza advertisset, nullis in corpore redactis, et legitimi approbatis constitutionibus regi Canonicos Cathedralis Ecclesiæ abundantius emulatores existentes paternarum traditionum, in sua synodo an. 1790. celebrata decretis inhærens Concilii Romani an. 1725. præcepit = sub comminatione Interdicti, ut intra sex menses conficerentur juxta Ecclesiasticas regulas decreta, et constitutiones, quæ post maturum examen, et opportunas correctiones adprobarentur in forma obligatoria, et publicarentur, observandæ in posterum a Canonicis omnibus, prout mandat, religione interposita jurisjurandi coram universo Capitulo statim post captam possessionem emissi =.*

Hinc compilatus, quem exhibeo, libellus constitutionum, quæ centies coram meis decessoribus, meque ipso fuere relectæ, absque eo quod earum digestio,

et censura fuerit umquam completa, ac confirmatio superaddita.

Addendum insuper puto, Cap. 9. ubi de Capituli Officialibus, eorumque munere disseritur, nullam proponi electionis formam, sed innui tantummodo per indefinitas dictiones: Officiales de more capitulariter consueta adhibita methodo, per secreta suffragia, pervetustæ capituli consuetudini inhærendo esse eligendos.

Omnis igitur circa hanc quæstionem controversia eo equidem spectat, ut primo de vi, ac robore consuetudinis, quam in medium affert Canonicus decanus inquiratur; dein vero de capitulari resolutione diei 18. Januarii 1817. quam firmam, ratamque vult Canonicus Pirri et nullam, ac prorsus invalidam Canonicus Marra.

Porro consuetudinis, quam *jus diuturno usu, ac moribus introductum* definit *Justinian. §. 9. Instit tit. de Jur. Nat. Gent. et Civil.*: *jure* non vilis auctoritas est, imo aliquando eamdem vim habere, quam jus scriptum, ac ut legem legitime constitutam habendam esse tradunt post Text, *in Leg. De quibus 22. et seq. ff. de Legib. Cap. 18. de Præben. Cujac. Observ. lib. 10. Q. 1. Devoti Inst. Can. proleg. Cap. 4. §. 50.*

Ex facto constat consuetudinem, de qua in themate pervetustam esse, Ecclesiæ Alatrinæ constitutionibus (si hoc nomine vocari possunt regulæ manuscriptæ in archivio asservatæ, quas nulla confirmavit auctoritas) minime adversari. Cum vero nihil hac de re jus commune disponat, omnia libero singulorum Capitulorum arbitrio juxta tamen Ecclesiarum constitutiones, vel consuetudines relicta videntur.

At obstat Capituli Resolutio diei 18. Januarii 1817., quæ consuetudinem hanc penitus abrogavit, diversamque methodum in electionibus earum substituit. Enim vero resolutio hujusmodi capitularis recte expleta videtur *Leg. 3. et Leg. 4. ff. quod cujusque uni-*

univers. nom. 1. *Nominationum* 46. *Cod. de Decurionibus lib.* 10. *Rota part.* 17. *dec.* 79. *n.* 10. *et part.* 2. *decis.* 382. *n.* 3. eamque esse exequutioni mandandam. Consensus enim majoris partis Capituli in ea consensit, quin eam infirmare possit posterior protestatio decani, præsertim cum in ipsis constitutionibus, a quibus vim sumit consuetudo cautum etiam sit = *Id quod a majori capitularium parte statutum fuerit, firmum ratumque habeatur, nec sine nova capituli congregatione quidquid capitulariter deliberatum fuerit, irritum fieri valeat.* =

At enim cum hic agatur de actu capituli voluntario, non necessario, et contra antiquam consuetudinem, videtur proinde non majoris partis capituli, sed omnium Canonicorum concordem requiri voluntatem ad tradita a *Rota part.* 6. *Recent dec.* 20. *n.* 5. *par.* 16. *dec.* 244. *n.* 25. præsertim cum agatur de damno inferendo juribus, quibus Canonicus decanus ad hæc usque tempora potitus est.

Animadvertenda tamen sunt, quæ contra consuetudinem apponuntur ab Episcopo, præsertim quoad exemptionem, quæ necessario sequitur, Canonici decani a quocumque munere, ac periculum, ne nimia personarum acceptio, si ab unius tantum arbitrio pendeat eligendorum propositio, electionem ipsam minus Ecclesiæ utilem reddat. Sed e contrario maturum magis consilium, et magis innocua fides expectari potest ab eo, qui post longum Ecclesiæ præstitum servitium ad decanatum pervenit, qui jamdiu capitularia munia obivit, quique proinde tanquam veteranus miles a labore conquiescit.

Videant ergo Emi Patres quænam methodus servanda sit in electionibus, de quibus agitur, et quomodo cogendum sit capitulum ad legitimas constitutiones conficiendas, de quibus hæc præcipit Concilium Romanum Tit. 2. Cap. 4. = *Ecclesiarum capitulis definite præcipimus, ac mandamus, ut antiqua, si qua habent statuta, et capitulares constitutiones depromant; et ubi non adsint, sex infra saltem menses post præsentis Concilii publicationem, sub Ecclesiasti-*

stici *interdicti pœna*, *omnino conficiant*, et *suos respective per Episcopos accurate examinanda*, et *corrigenda deducant*, *atque approbanda præsentent*. =

Proponuntur Dubia.

I. *An resolutio capitularis diei* 18. *Januarii* 1817. *sit approbanda in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit providendum quoad constitutiones capitulares in casu etc.*

Die Sabathi 17. Junii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ASCULANA REDUCTIONIS

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

Dub. *An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda missarum reductio in casu etc.*

Dilata, et scribatur Episcopo, qui referat adhibitis diligentiis, an familia Odoardi ex primogenituris Cauti, et Malaspina, vel quocumque alio titulo. alia et quæ bona possideat sive Asculi, sive aliis in districtibus, et cujus annui reditus.

MAZZARIEN. MISSÆ CONVENTUALIS

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

Dub. *An, et quomodo sit concedenda dispensatio pro celebratione, et applicatione missæ conventualis in casu etc.*

Dilata, et exhibeantur Bullæ erectionis nec non status activus, et passivus, hodiernus, et de tempore dictæ erectionis omnium redituum Capituli comprehensis distributionibus.

THELESINA, ET CERRETANA.

Sess 24. cap. 12 de Reform.

Dub. I. *An Missæ canonicalibus præbendis infixæ ad tot reducendæ sint, quot celebrari possunt ad eleemosynam carolenorum quinque pro unaquaque in casu etc.*

II. *An*

II. *An sit locus reductioni anniversariorum, ita ut eleemosyna ducatorum quinque sit assignanda pro unoquoque anniversario in casu etc.*

III. *An sit concedenda nova reductio missarum conventualium pro benefactoribus ad medietatem festorum in casu etc.*

Dilata in omnibus, et transmittatur status activus, et passivus Massæ, et præbendarum, et notula distincta onerum Missarum sive cum cantu, sive lectarum.

Sess. 24. cap. 1 de Ref. Matr.

BOVINEN. JURIUM PAROCHIALIUM

Dub. *An possit, et debeat Decanus curatus Ecclesiæ Bovinensis emittere denunciationes matrimoniales, seu potius sit substinenda praxis favore Cantoris in casu etc.*

Affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.

Sess. 22. cap. 3. de Reform.

VERULANA JUBILATIONIS

Dub. I. *An Canonicus Jubilatus Dominicus Butti vigore Indulti absens particeps esse debeat de summa, quæ persolvitur quotannis a Canonico Marcocci absente ob causam studiorum in casu etc.*

II. *An idem quamvis absens participare debeat de scutis sex, quæ annuatim a Communitate persolvuntur ob sacra novendialia in casu etc.*

Ad I. et II. Dub. Affirmative.

ALATRINA *Sess. 24. cap. 23 de Reform.*

Dub. I. *An resolutio capitularis diei* 18. *Januarii* 1817 *sit approbanda in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit providendum quoad constitutiones capitulares in casu etc.*

Ad I. Negative

Ad II. Affirmative ad formam S. Concilii Romani, et decreti Synodalis Episcopi Speranza.

BALNEOREGIEN. Carolus Saraceni testamento, quod condidit anno 1697., primum scuta 200. reliquit *eroganda ad effectum terminandi, et perfectionandi fabricam unius ipsius testatoris ecclesiæ sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis dell' Ajuto jam per ipsum testatorem a fundamentis constructam in territorio Montis Clavelli . . . . juxta ordinem, et commissionem Excellentissimi Domini Principis D. Joannis Baptistæ Pamphylii.* Dein collato hæreditatis usufructu Uxori suæ, quoad viveret: *Universalem hæredem instituit . . . . subscriptam Ven. Ecclesiam . . . . cum hac tamen expressa lege, et conditione, quod omnia ejus bona hæreditaria una cum pecuniis in dicta ejus hæreditate reperiendis, morte supradictæ ejus uxoris sequuta, idem Princeps Pamphylius, prævia eorumdem bonorum venditione, reinvestire faciat super censibus vel stabilibus tutis, et securis, et deinde vigore juspatronatus ejusdem Ecclesiæ ad ipsum testatorem spectan., et pertinen. (quod nunc prout ex tunc, et quando casus obitus ipsius testatoris evenerit, ad ejusdem Principis, ejusque domus, et familiæ favorem jure legati, ac alias etc. omni etc. reliquit, et qualenus etc. cessit, concessit, et renunciavit, una cum jure nominandi, et præsentandi modernos capellanos, et præbendarios, ac pro tempore in perpetuum in dicta Eccle-* *Sess. 21. cap. 7 de Reform.*

 sia

sia existentes) possit, et valeat unam, vel plures capellanias in præfata Ecclesia erigere, fundare, et constituere cum supradictis effectibus, et investimentis pro dote, et fundo præfatarum capellaniarum, et præbendarum . . . unum, vel plures capellanos . . . nunc, et pro tempore, ac semper et in perpetuum nominare, et præsentare sub obligatione, et pondere celebrandi missas in præfata Ecclesia imponendas taxan. et declaran. ab eodem Excmo Principe . . . . quotidie, vel infra hebdomadam, vel infra mensem, in perpepetuum juxta illius declarationem, et voluntatem.

Sequuta uxoris usufructuariæ morte Princeps Camillus Pamphylius anno 1714. testatoris voluntatem exequuturus declaravit celebrandas esse *missas sexaginta tres in perpetuum annuatim in præfata Ecclesia diebus dominicis, et pro remanentibus in aliis diebus festivis . . . . et in dotem assignavit loca quatuor centesima viginti duo, et obul. 10. Montis S. Petri provenen. ab hæreditate, et bonis hæreditariis dicti Caroli*; et capellani nominationem peregit; quibus omnibus super accessit Episcopi Balneoregiensis approbatio edito decreto sub die x. Decembris 1714. cum reservatione jurium-patronatus juxta mentem, et voluntatem testatoris.

Fructus capellaniæ ab institutione, usque ad annum 1784. exegerunt capellani a patronis nominati; a mense vero Septembris dicti anni 1784. usque adpræsens patronus hujusmodi fructus percepit, qui et missas fecit celebrare juxta vires, et reditus LL. MM. pro dote assignatorum. Hi vero fructus imminuti nunc sunt ad annua scuta 5. 92. tantum; ideoque facultatem a S. Congregatione petit Princeps ab-Auria; ut missæ reducantur ad num. 29. pro quolibet anno quot æquant reditus, ad eleemosynam obul. 20. pro qualibet missa.

Hac capta occasione, Princeps Ab-Auria postulat quoque, ut ab EE. VV. decernatur, utrum ipse tamquam patronus teneatur suis sumptibus reparare ecclesiam, quæ nullum habet dotem seu redituum, si excipiantur duo parva cubicula, et hortulum ab Eremitis ecclesiæ custodibus, nunc, prout ipse patronus putat, ab archipresbytero possessa, præsertim quum ob custo-

dis deficientiam a furibus sacra ornamenta sublata sint. Eo vel magis hoc præstat decernere, quod Episcopus in sacra Visitatione habita die 19. Junii 1816. nonnulla circa reparationem, et sacra supellectilia emiserit decreta.

Rogatus Episcopus de hisce precibus hæc retulit = *In actis hujus Curiæ reperitur quidem testamentum supradicti Caroli Saraceni, at minime inventarium hæreditatis, et solum ex assignatione dotis pro capellania erigenda patet omnia bona hæreditaria in quatuor LL.MM. cum centesimis 22. et ²⁄₈ conversa fuisse. Huic reditui exacte respondet calculus Missarum in precibus* (Principis ab-Auria Pamphilii) *exaratus, et ad judicium EE. VV. pro subsequenti tempore decernere pertinebit quot Missæ annuatim, et quo in loco celebrandæ sint, et an per Capellanum, an vero per Sacerdotem utcumque* =.

Quoad Ecclesiæ manutentionem affert Episcopus testatoris dispositionem, qua relinquitur Principi Pamphilio ejusque familiæ jus-patronatus = *Hoc posito*, prosequitur Antistes, *sicut, et honores, ita et onera in Patronos, qui suum jus per sæculum exercuerunt derivasse perspicuum satis videtur. Et reapse numquam in controversiam positum est, cui competat manutentio talis Ecclesiæ, et usque adhuc sive ex onere juris-patronatus, sive ex munificentia ab ipsis patronis restaurata, et de supellectilibus provisa fuit* =.

Promothor Fiscalis ab Episcopo juxta mandata requisitus asserit custodiam Ecclesiæ eremitis etiam nunc demandatam esse a fundationis tempore.. Præter Missas a Principe Patrono statutas = *per quanto si ha per tradizione vi si recitavano nei Sabati le Litanie, e per questo effetto si suppone una lascita particolare di un Campo comunemente chiamato della Madonna dell' Ajuto, che ora si coltiva dai Ministri del lodato Sig. Principe d'Oria, ma nel Catastro di Grotta S. Stefano, ed annessi, è descritto ed assegnato come appartenente alla Chiesa suddetta*, = prout ex particula Catastri mihi exhibita, campus hic valoris sc. 37. 25. *niente ha che fare coll' eredità Saraceni, e si vuole posteriormente lasciato da un Benefattore ad oggetto della recita*

cia come sopra delle Litanie . . . niente per altro rapporto a questo Campo ritrovai nella Cancelleria .

Quo vero ad Ecclesiæ constructionem attinet , decenter erectam asserit dictus Promothor , et præter Altare majus , in quo Deiparæ imago summa veneratione colitur , existunt duo Altaria similia alterum S. Vito , alterum S. Antonio dicatum , *e si capisce benissimo atteso la simetria essere stati costruiti collo stesso vaso della Chiesa voluti per conseguenza dal Fondatore Saraceni* , o *dalla Divozione del Sig. Principe Pamphyli che eseguì la pia volontà del medesimo .*

Ob noviter deducta requisitus Princeps Pamphylius non dubitavit asserere penes se fuisse ab anno 1787. administrationem fundi = *in Vocabolo Pesciarotto , che si dovea godere dal Cappellano pro tempore coll' obligo delle Litanie in ogni Sabato (o nelle Feste come dicono i Ministri dell' Oratore) non essendosi ritrovata alcuna notizia delle rendite di detto terreno dal* 1785. *dopo la morte seguita li* 19. *Agosto* 1784. *dell' ultimo Cappellano D. Domenico del Grande fino al detto anno* 1787.

Hujus terræ frustuli reditus ad annum 1818. fuere scutor. 178. 10. *onde* sic præ sua Religione concludit Princeps *la S. Congregazione deciderà ciò , che si deve fare di detto prodotto pronto l'Oratore ad eseguir quello dalla medesima Congregazione gli verrà ingiunto .*

Ab enarrata facti specie plura a sapientissimo EE. Patrum judicio definienda occurrunt . Et primum memoriæ repetere præstat , capellaniæ dotem assignatam fuisse in LL. MM. , quæ superiori tempore fructuum jacturam passa fuerunt . Duplex hinc dubium exoritur , et quoad præteritum , et quoad futurum tempus . Quoad præteritum ex distincta notula ab Oratore exhibita constat a mense Septembris 1784. (quo tempore ultimus decesserat Capellanus) ad totum mensem Julium 1818. exacta fuisse ex Locis Montium Scuta 202. 42. ex quibus ad eleemosynam obolorum viginti celebrandæ fuissent Missæ 1000. et duodecim . Attamen celebratæ sunt usque ad numerum 1398. , ideoque ex proprio ære Princeps Sacrificia 374. fecit offerre . Verum enim vero juxta fundationem Capellaniæ in annuis Missis 63. toto eo tempo-

re

re numerus Sacrificiorum assurgeret ad 2131. a quibus deductis 1 98., Sacrificia offerenda superessent 733. Videndum ergo, utrum necessaria sit, et concedi debeat absolutio.

Certe si a Testatore relicta fuissent Loca Montium, vel in suo ultimo elogio in illis capellaniæ dotem erigi jussisset absolutione Patronus non indigeret, quemadmodum a vobis EE. PP. decretum fuit *in Romana Capellaniarum* 25. *Maii* 1816. *ad II. Dub.* At in casu testator non solum non prescripsit investimenta in Locis Montium, sed voluit ut Princeps Pamphylius = *reinvestire faciat super Censibus vel Stabilibus tutis et securis*, ex quo deduci potest ad patronum pertinere jacturam seu diminutionem fundi in dotem assignati, quum sua, vel auctorum libera voluntate hæc dos fuerit constituta in LL. MM., præsertim quum testator universam hæreditatem gravaverit hoc Missarum onere, nec constat, Principem Pamphyli sollicitum fuisse de confectione inventarii, quo in casu tenetur supplere deficientiæ fundi, ut statuit S. Congregatio in *Romana Capellaniæ* 13. *Augusti* 1793.

Verum quid firmius, quid solidius excogitari poterat anno 1697. Locis Montium, super his enim, veluti rebus immobilibus Census constitui possunt. *Cencius de Censibus quæst.* 28. *num.* 13. *et seqq.* ab omni igitur negligentia, expers dicendus Princeps Camillus, si in hoc capitali capellaniæ dotem assignavit, et absque vel levi ejus culpa sunt reditus imminuti, quo in casu obtinet receptissima regula, ut ex inculpata redituum deficientia reducantur onera *Monacell. form. Legal.* 19. *tit.* 20. *part.* 1. *n.* 25. *et S. Congregatio in Romana Supplementi, et Reductionis* 23. *Januarii* 1802. *§. sin vero.*

Quæ de *præterito* dicta sunt, etiam recte aptari possunt circa *futurum* tempus, seu ad concedendam missarum reductionem. Certum siquidem in facto est, actualem reditum esse tantum scut. 5. 92., eleemosynam a capellaniæ institutione constitutam fuisse in obul. 20. Vestrum igitur erit decernere, utrum assentiri debeat petitioni hoc onus reducendi a 63. missis annuis ad 29., attento præsertim parvo sacerdotum numero. Nec prætereundum quod a sæculo, et amplius uni-

universum as hæreditarium in his LL MM. constare putatum est, et voluisse Testatorem, ut *Princeps Pamphylius ... possit et valeat unam; vel plures capellanias in præfata Ecclesia erigere, fundare, et constituere .... et capellanos .... præsentare sub obligatione, et pondere celebrandi Missas imponendas, taxandas, et declarandas ab eodem Exmo Principe .... quotidie, vel infra mensem in perpetuum juxta illius declarationem, et voluntatem.*

Quo vero ad reparationes pertinet, memoriæ repetere precor testatorem Saraceni jus-patronatus Ecclesiæ principi Pamphylio, ejusque domui, et familiæ cessisse, et renunciasse, cujus vigore semper patronus necessarias Ecclesiæ reparationes fecit, nunc vero præ sua religione a Vobis EE. PP. petit, ut decernatis = *Se un patrono d'una Chiesa, la quale non ha alcun fondo, non ha beneficiati, non ha Popolo, perchè non Parrocchiale, ma bensì ha il patrono, che sempre senza contrasto alcuno ha goduto di tutte le prerogative del patronato, debba, o nò esser dallo stesso patrono mantenuta* = Quid juris sit in hac questione breviter exponam. Jus-patronatus dicitur gratia, beneficium, jus, quia honoribus ornatur patronus, cui respondet Ecclesiæ patronæ servitus, onus, quod jus numquam concessum fuisset, nisi in evidentem caderet Ecclesiæ utilitatem. Verum si hujusmodi Ecclesiæ reparationes patronorum onus fuissent non erit amplius beneficium sed damnum, quotidie enim isti rem suam impendere deberent ad restaurandam, ornandam, et reparandam Ecclesiam ab ipsis fundatam, vel erectam, vel dotatam, ita ut ex beneficio damnum sentirent, quod lex non patitur. Nemo enim ex beneficio debet damnificari prout *in Gloss. Leg. 17. ff. Commodati, vel contra* habetur: hoc onus igitur aversari videtur Ecclesiæ menti, et voluntati in jure-patronatus inducendo habitæ; namque hoc modo pii homines retraherentur ab hujusmodi operibus præstandis, quod in perniciem Ecclesiæ verteretur, nec invenirentur, qui illas fundarent, vel dotarent *Cap. decernimus 10. quæst. 1. Cittadin. de jure-patronatus in 5. artic num. 173. Surd. consil. 62. num. 6. vol. 1.* = *Lambertin. de jure-patronatu*

tu lib. 3. *quæst.* 7. *artic.*2. *num.* 5. *Sac. hæc Congregatio in Nullius S. Martini* 8. *Augusti* 1801. *§. Neque leges.* Quod si hæc de omnibus patronis dicenda sint etiamsi lucrativo titulo universa fundatoris hæreditate gaudeant, multo magis valent in casu, de quo agimus, quum princeps Pamphylius nullum ab hæreditate Saraceni emolumentum senserit, sed totum as in fundanda Ecclesia, et dotanda capellania Montis Clavelli impenderit, cum igitur nihil ex fructibus sibi reservaverit patronus, prono alveo fluit tuto jure gaudere posse honoribus juripatronatus competentibus, quin obligetur ad Ecclesiam reparandam prout observat. *Pirringh. lib.* 3. *Decretalium tit.* 48. *numer.* 20. = ibi = *Non tenetur contribuere patronus, quia ex prima fundatione, constructione, aut dotatione acquisivit juspatronatus, ac proinde ad aliud non tenetur . . . Nec obstat, quod Concilium. Tridentinum Sess.* 21. *Cap.* 7. *De Reformatione præcipit etiam patronos ad Parochiales Ecclesias restaurandas compellendos esse, nam loquitur de illis patronis qui aliquos fructus, aut pensiones in prima fundatione sibi reservarunt, ut patet ex verbis sequentibus, et alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, ergo a contrario sensu, illi sive patroni sint, sive alii, qui nullos fructus ex talibus Ecclesiis percipiunt ad reparandas illas nihil tenentur contribuere,*

Præterea ad excludendum hoc onus Princeps Pamphylius nullius esse utilitatis sæpedictam Ecclesiam servare asserit, quia in agro sita est prope Pagum Montis Clavelli, ita ut incolæ, et rusticani facillime ad Ecclesiam Matricem convenire possint; His additur, quod in patronata Ecclesia a furibus pluries sublata sint ornamenta, illisque asylum est, et magnum patronus damnum pateretur, si ornamenta ab ipso essent reparanda. Verum si Ecclesia isthæc servari deberet, ut incolarum pietas expleri possit, tunc commodum erit populi, ideoque isti onus hoc sustinendum videtur, *qui enim sentit onus sentire debet commodum, et e contra*, prout legitur in *regula* 55. *juris in Sexto*. Quidquid autem decerneretur de Ecclesia generatim loquendo videtur saltem Parochus, vel populus concurrere debere in aliqua parte ea potissimum ratione = *che* (sic Orator) *gli altri due altari*, *che*

che ora si trovano in essa di S. Vito , e di S. Antonio non si sà da chi siano eretti , hinc patronus ad horum manutentionem, ornatumque cogi minime poterit, eo vel magis quod nihil interest si serventur, quum sufficiens sit altare majus, et ad devotionem explendam, et ad missarum celebrationem, quo in casu possit quoque destructio concedi *Pignat. tom. 6. consult. XV* n. 2.

E contrario argumenta præsto sunt quæ Ecclesiæ favent. Et revera jus-patronatus est jus honorificum, onerosum, et utile concessum alicui ob Ecclesiæ constructionem, fundationem, vel dotationem, *Fagnan. lib. 3. Decr. in cap. Quoniam 3. de jure patronatus n.* 31. honorificum quia patronus plures habet honores, et nominandi rectores, et sedendi in loco Ecclesiæ selecto, et hujusmodi: onerosum vero quia Ecclesiam defendere tenetur, nec non reparare, atque impensis necessariis regere = *Patronus tenetur Ecclesiam reficere, et reperare* = sic *Sperell. aliique plures, et præsertim S. hac Congregatio in Nullius S. Martini* 8. *Augusti* 1801. §. *Neque prætereundum*; Utile, quia patronus ab Ecclesia alimenta petere potest, si ad inopiam redactus sit. Correspectivum igitur est onus, et honor prout habet *Lex.* 10. *ff. de* Reg. *Juris* = *Secundum naturam est commodo cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda ut cit. Cap.* = Qui *sentit* 55. *De reg. juris in* 6. = Neque huic generali regulæ obstare videtur, quod a patrono afferebatur. Rector enim, vel Beneficiati concurrere nequeunt ad hanc reparandam Ecclesiam, quum omnino desiderentur, qui vero, si adfuissent tenerentur supplere, quando a patrono statuta fuisset portio fabricæ, cujus redditibus reparandam esse Ecclesiam nemo dubitat. Si verò fabricæ reditus non sint sufficientes, vel non sint omnino constituti, prout est in casu, in quo princeps Pamphylius nihil pro manutentione statuit, tunc solius patroni hoc onus est. *Panimoll. decis. VI. annot. VIII. num.* 19. *Reiffenstuel. lib. III. Decretal. tit.* 48. *num.* 23. imo cogi patronus potest ad faciendam dictæ dotis seu fabricæ portionis assignationem, cujus ratio evidens est ex paritate. Patronus namque quasi pater est Ecclesiæ a se constructæ, et sicut pater tenetur filium dotare, ita et patronus dotem hanc assignare debet Ecclesiæ = *Gloss. in cap. nemo Ecclesiarum de consecr. dist.* 1. *et in cap. cum sicut de consecrat. Eccles., vel Altar.* Præterea et dispositioni Tridentini *sess.* 21. *cap.* 7.

de reformat. patroni reficere debent Ecclesias, quia jus honorificum, quo gaudent fructuum perceptioni æquiparatur *Reiffenstuel loc. cit. ubi Pirringh. superius allato aliisque respondit*; ideoque ex hac S.Concilii dispositione doctores quam plurimi conveniunt, posse Episcopum in sacra visitatione patronos compellere ad Ecclesias reparandas, seu providendas, quod certe non opponitur voluntati, et spiritui Ecclesiæ in jurepatronatus constituendo, quoniam patronus scire debet quod onus sibi imponit, quum Ecclesiam ædificat. His omnibus quoque addenda est consuetudo, quæ semper servanda est, si legitime introducta sit, etiam in hac quæstione = *Ante omnia attendendam esse consuetudinem loci* = *ait* = *Reiffens. loc. cit.* cui consonant *Lambertin Lib.* 3. *Artic.* 2. *quæst.* 7. *num.* 2. *Fagnan. lib.* 3. *de jurepatronatus part. V. con. IV. cap.* 1. *num.* 3. *Panimoll. loc. cit. aliique*, et jure quidem. Consuetudo enim habet vim legis, quando legitime est introducta etiamsi contra jus, vel præter jus sit *Devot. instit. canonic.* §. 50. *prolegom.* quæ consuetudo habetur in casu, quum semper principes ab Auria Ecclesiam hanc reparaverint, vel ornaverint, ut ait Episcopus in sua informatione = *usque adhuc sive ex onere jurispatronatus, sive ex munificentia ab ipsis patronis restaurata, et de supellectilibus provisa fuit.* = urta vero justa, et rationabilis causa non videntur excludendi obligationem tum ob media jam executioni mandata transferendi supellectiles in pagum Montis Clavelli, tum ob Eremitæ moram, cujus nominatio ad patronum pertinet, qui res possit, et debeat custodire. De altaribus autem ab utroque latere Ecclesiæ promothor fiscalis refert = *si capisce benissimo atteso la simetria esser stati construiti con la medesima Chiesa*. Si igitur cum Ecclesia sunt ædificata, quæ a patrono ipso fuit constructa, videtur, illius obligationem ad hæc ornanda, et reparanda extendi. Tandem terræ frustuli fructus ipse princeps patronus percepisse fatetur per annos circiter triginta in.scutat. 178. 10. Adest bona fides, quum patronus ignoraret quo titulo, et quo onere ipse illam possidebat; quam quidem bonam fidem undique vindicat spectata omnibus præclarissimi patroni pietas, atque avita religio. Vestrum igitur erit decernere utrum absolutionem mereatur ob non adimpletum pium legatum, et quomodo summa illa sit impendenda. In usus pios certe fructus legati pii non adimpleti

verti debent, prout sæpius S. hæc Congregatio decrevit præsertim in *Florentina, seu Fesulana* 8 *Maii* 1819 *ad* 5. *dub.* Æquitas postulare videtur, ut in hujus Ecclesiæ beneficium impendantur, in qua legati pii deficit implementum; verum quocumque modo de præterito decernatis ambigi non potest de futuro, et ipsemet patronus illud adimpleturum esse promittit.

Dubia proponuntur

I. An sit consulendum SSmo pro sanatione, vel absolutione quoad præteritum ob Missas non celebratas, in casu etc.

II. An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.

III. An, et cujus sit onus reparandi, et ornandi Ecclesiam in casu etc.

IV. An, sit consulendum SSmo pro absolutione ob non adimpletum legatum Litaniarum quoad præteritum in casu etc.

V. An, et quomodo sint erogandi fructus percepti ejusdem legati in casu etc.

Ad I. Non indigere.

Ad II. Affirmative ad tot Missas, quot reditus ad rationem eleemosynæ obolorum viginti.

Ad III. Affirmative a patrono.

Ad IV. Affirmative.

Ad V. Affirmative facto investimento scutorum 178., et obolorum 10. ad effectum celebrandi tot missas, quot fructus ad perpetuam pro anima fundatoris legati Litaniarum facto verbo cum Sanctissimo.

Sess.21. Cap.12 et Sess.25 Cap. 9. de Reform.

SABINEN. JURISPATRONATUS. Tabulis, quibus decessit die 29. Martii anni 1616. Ambrosius Antonelli ex oppido Palumbariæ universalem sibi scripsit hæredem filium Joannem Marium, ejusque descendentes primo quidem masculos, dein vero fœminas, utraque vero deficiente linea voluit, ut universa bona venderentur = *da due più prossimi parenti di detto testatore, e s'investiscano in censi perpetui luoghi di monti non vacabili, o in beni stabili fruttiferi*

tiferi come parerà ad essi, e delli frutti di essi censi, luoghi di monti, e beni stabili deputino nella Chiesa di d. S. Biagio sua parrocchia tanti sacerdoti, alli quali si dia per loro provvisione etc. = et post enunciata capellanorum onera, rursus testator dedit = *alli detti due più prossimi parenti piena, ed ampla facoltà, e potestà di vendere detti beni, e rinvestire il danaro come si è detto di sopra come anche di deputare li detti sacerdoti, con patto però espresso, che essendoci sacerdoti della casa, e famiglia degli Antonelli debbano deputare ed assegnare detta provvisione per l'officiatura sopradescritta ai sacerdoti più prossimi del ceppo, e successivamente da mano in mano secondo, che vi saranno dell'istessa famiglia; ed essendo estinta la famiglia, e casa Antonelli tanto del ceppo del testatore, quanto degli altri della famiglia, e non essendoci preti in tal caso possano deputare sacerdoti, che parerà a loro, purchè siano di Palombara e non essendovi sacerdoti di Palombara possano deputare sacerdoti forastieri.*

Exaruit quam citissime Ambrosii linea: ejus namque filius Joannes Marius universalis hæres improles decessit, factumque hinc est, ut Joseph, et Antonellus Ambrosii ex fratre nepotes in Episcopali curia supplicaverint, ut tres pro tunc ex superextantibus bonis testatoris erigerentur capellaniæ, ne præscripta suffragia ulterius differrentur; quia cæterarum erectio difficillima tunc erat ob investimentum juxta fundationis leges peragendum. Anno itaque 1647. erecta fuere a Suffraganeo Sabinen; in cujus decreto hæc de jurepatronatus habentur = *Nos igitur attendentes primævæ dispositioni dicti quondam Ambrosii ipsis, suisque successoribus quibuscumque tamquam proximioribus modo, et forma ut supra dictum juspatronatus, et præsentandi personas, seu capellanos idoneos tum hac pro vice, quam quotiescumque de cætero illas vacare contigerit per præsentes concedimus, nominationemque prædictam approbamus: decernimus juspatronatus, et præsentandi hujusmodi vobis, et vestris successoribus de familia in dicta assignatione perpetuo compe-*

petere, et pertinere in omnibus, et per omnia ut plene mens testatoris adimpleatur etc. Eodem anno alterius Capellaniæ a Tutia Antonelli Ambrosii sorore præscriptæ erectionem curarunt præfati Joseph, et Antonellus, cujus juspatronatus tum activum, cum passivum reservatum fuit a Suffraganeo favore ejusdem familiæ.

Cum tractu temporis imminuti fuerint capellaniarum reditus ex tribus una coaluit, eaque est, super qua præsens controversia instituitur. Præmittendum præterea in facto, ex iis, qui capellanias erigendas curarunt scilicet Antonellum sine liberis decessisse, Josephum vero filium habuisse Angelum Antonium. Hujus unus fuit masculus, qui sine liberis decessit, et præterea tres fœminæ nempe Artemisia Francisco Tronti matrimonio juncta, Camilla Tiburtio Sofia nupta, et Anna Lucia Dominico Nenci matrimonio collocata. Anna Lucia mater fuit Annæ Mariæ, quæ jam fato cessit, quæque duas habuit filias Mariam Rosam demortuam, et Annam desponsatam Firmo Savelli. Ex Artemisia nati sunt Joannes, Maria Antonia, et Cecilia Tronti: Ex Camilla prodierunt Joannes Lucas nunc sacerdos, et procurator generalis Congregationis Clericorum Excalceatorum SSmæ Crucis, et Passionis J. C. D. N., Maria familiam Marcangeli ob nuptias ingressa, Theresia, et Sebastianus mense Julio anni 1817. fato functus. Ex Maria Marcangeli exorti sunt Paulus, Lucia, Anna Maria, et Annunciata, ex Sebastiano autem Tiburtius, Camilla Gertrudes, ceu clarius noscent EE. VV. ex genealogico schemate typis impresso, ac Vobis distribuendo.

Ad capellaniam, de qua est quæstio, quædam spectabat domus in terra Palumbariæ posita, quæ uberem reddebat ex locatione pensionem. Cum illius loci *magistræ piæ* nimis angustas, ac locatione conductas ædes haberent puellis commode instituendis impares, cl: me: Card. Litta Episcopus Sabinen., eo quo flagrabat pietatis zelo Summum Pontificem rogavit, ut præfata domus à capellania separaretur, et magistris piis concederetur. Petitam facultatem concessit Sacratissimus Princeps datis litteris in forma brevis die 17.

De-

Decembr. 1816. *dummodo expressus tum actualis possessoris* (capellaniæ), *tum patronorum vel medietatis eorum ad id consensus accederet.* Adfuit reapse consensus clerici Leonardi Testa actualis possessoris capellaniæ, nec non patronorum Joannis, Cæciliæ, et Mariæ Antoniæ Tronti, quæ tamen postrema licet præstiti consensus palinodiam cecinerit, attamen nova retractatione quod antea dixerat, confirmavit; At reliqui patroni preces dederunt Præsuli Tassoni b. m. tunc Auditori SSmi, ut antequam perageretur dismembratio, eorum jura deducendi facultas fieret. Non tamen felici exitu: eorum namque istantia dimissa fuit rescripto diei 18 Septembris 1817. *SSmus perpensis expositis, opportunisque receptis relationibus, et habita præsertim ratione litterarum Apostolicarum in forma brevis diei* 17. *Decembris superioris anni, cum compertum habuerit in dismembratione domus, de qua in precibus adesse explicitum tam actualis capellani, quam majoris partis patronorum consensum cum evidenti civium Palumbariæ utilitate conjunctum, benigne focultates indulsit necessarias et opportunas Emo Domino Cardinali Episcopo Sabinen, ut memoratas litteras Apostolicas in forma brevis plenariæ executioni committere valeat, quolibet prætensorum patronorum dissensu, cæterisque in contrarium non obstantibus.*

Tanti hæc minime fuerunt, quin familiæ Antonelli Nenci, et Antonelli Sofia apud ipsum Summum Pontificem omnia huc usque acta insanabili obreptionis, et subreptionis vitio accusarent, ac de illato passive vocatis damno conquererentur. Nec spem fefellit eventus. His enim novas preces SSmus remisit = *a Monsig. Uditore, che prenda l'istanza in considerazione, e provveda nella migliore maniera possibil* = Tunc novum prodiit rescriptum die 18. Januarii 1818. his verbis conceptum = *SSmus perpensis expositis, opportunisque acceptis relationibus, preces benigne remisit Sacræ Congregationi Concilii cum facultatibus necessariis, et opportunis, etiam cum clausula de aperitione Oris prout, et quatenus de jure; contrariis quibuscumqne non obstantibus.* =

Exqui-

Exquisivi votum Emi Episcopi quod transcribendum duco, ut rationum momenta ab ipso adducta EE. VV. perspiciant. Ex parte vero familiarum Nenci, et Solia distribuentur jura typis impressa. Cl. Mem. Card. Episcopus post narratam facti seriem hæc habet „ Nihil . . . mihi fuit antiquius, quam ut Patronorum saltem pro medietate consensum obtinerem. Testamentum Ambrosii Antonelli ac ejus descendentiam inspicere necesse fuit, ut a primo quis nominandi jure polleret, a secunda quinam ex superstitibus facere id possent innotesceret. Porro duo ex testamento manifestissime eruebantur, primum *masculos* tantum ad fideicommissum ab Ambrosio institutum vocatos fuisse, fœminisque locum in eo solum casu datum, quo nulli prorsus masculi superexstarent: *alterum*, nominandi jus *proximioribus* tantum consanguineis concessum fuisse. Patet id clarissime ex testamenti particula, quam exhibeo. „

„ Ex his, quæ in facto certissime constant, duo profluunt: 1.° cum ex vulgatis juribus a fideicommisso ad juspatronatus recte arguatur, cumque a fideicommisso Ambrosii Antonelli fœminæ, extantibus masculis, arceantur, sponte sua descendit, easdem a jure etiam nominandi excludendas esse, ubi masculi non deficiant. Deinde, cum fundator nominandi potestatem non indistincte suis consanguineis, sed iis dumtaxat qui gradu proximiores essent, concesserit, contra rationem, qui gradu remotiores sunt, proximioribus jungi contendunt. Deest enim *proximioritatis qualitas volita ad effectum præsentandi*, ut verbis utar S. Rotæ *in Auximana Capellaniæ* 21. *Aprilis* 1752. §. 1. *et seq coram Cortada*, *et in confirmatoriis dierum* 26. *Januarii* 1753. §. 6. *coram Vicecomite*, *et* 29. *Martii* 1754. *coram Elephantutio*, *et* 7. *Martii*, *ac* 9. *Julii* 1755., *coram Borrull.*, *ac tandem* 5. *Maii* 1756. *coram Cannilliac.*, in quibus sane decisionibus sententiam hanc pro remotiorum exclusione in proximiorum concursu S. Tribunal doctissime constabilivit. „

„ Por-

Porro si arborem genealogicam descendentium Ambrosii Antonelli inspiciamus . . . . manifesto apparebit Joanni Tronti una cum P. Luca Sofia jus nominandi competere. Ii enim et *masculi*, et fundatori *proximiores* sunt; qualitatibus idcirco pollent ab ipso præscriptis. Hinc ubi unius Joannis Tronti consensus pro domus dismembratione accederet, satis id foret ad eam recte perficiendam, cum literæ Apostolicæ medietati vocum in patronis derogassent. Ast una cum Joanne ambæ etiam ipsius sorores Maria Antonia, et Cæcilia suum dismembrationi consensum nitidissime præstiterunt . . . His Clerici Leonardi Testa consensus accessit . . . Leges ergo omnes, conditionesque a Summo Pontifice imperatæ plenissime observatæ sunt. Executioni ergo literæ Apostolicæ, nulla interposita mora, committi poterant. . . . . . „

Literas Apostolicas, postquam annus jam fere effluxerat a die, qua fuerant expeditæ, executioni committendas existimavi, datis Vicario foraneo facultatibus pro rei totius implemento. Summa tunc civium totiusque cleri gratulatione in præfatam domum, non levis pecuniæ vi a me instauratam, ornatamque magistræ piæ translatæ sunt, datusque eis locus pro puellis in eadem recipiendis, educandisque. . . . . . „

Quidquid autem . . . . sit, cum EE. VV. certiores facere debeam super precibus isti Sacræ Congregationi porrectis nomine familiarum Nenci, et Sofia, aperte profitebor me omnia persequi non posse, quæ in libello putidissime proferuntur, cum Cardinalis Episcopi dignitas pessundetur, facta immutentur, ac nonnulla etiam mendacia libello inserantur. Paucis tamen rem omnem perstringam. Duo præsertim ejusdem auctor insectatur. 1. Patronorum jura læsa fuisse, 2. defunctorum animas piacularibus Sacrificiis orbatas: utrumque autem a veritate quam longissime abest. Quoad primum, demonstravi superius *masculis* tantum in concursu fœminarum jus nomiminandi competere: demonstravi etiam jus istud non masculis quibuscumque, sed iis dumtaxat qui fundatori *proximiores* essent concessum fuisse: demonstravi insuper *Ioannem Tronti*, una cum P. Lu-

Luca Sofia hoc jure pollere, cæteris uti remotiorum graduum, exclusis: demonstravi insuper *Joannem Tronti* cum *Maria Antonia*, *et Cæcilia Sororibus in dismembrationem domus convenisse.* Quare cum Summus Pontifex defectum medietatis vocum patronorum sua potestate sanaverit, cumque in consensu pro dismembratione obtento medietas patronorum intervenerit, frustra P. Lucæ, et Mariæ Sofia jura redintegrare studet libelli extensor. Aut enim solis masculis ab Ambrosio descendentibus præsentandi jus tribuitur, aut masculis una cum fœminis. Si primum, cum duo tantum extent masculi Joannes Tronti, et P. Lucas Sofia, unius consensus medietatem consensus constiterit, idque satis est, ut literæ Apostolicæ in suo robore debeant permanere. Sin autem fœminis etiam jus istud impertiri velit (quod nunquam profecto concedam) cum præter Joannem Tronti, Maria Antonia, et Cæcilia ipsius Sorores consenserint, ab horum conspectu exulat dissensus P. Lucæ cum unica ejus sorore Maria: Nam ex quinque partibus patronorum tres in dismembratione consensissent, id quod medietatem superat patronorum a literis Apostolicis requisitam.„

„Quin ullo in pretio haberi debeat prætensum jus Mariæ Rosæ Pochetti, et Annæ Imperiali Savelli: istæ enim utpote gradu *remotiores* a fundatore nominandi potestate destitutæ sunt, neque repræsentationis titulo juvari possunt, veluti superius demonstravi.„

„Idem dicendum de consensu a Maria Antonia revocato. Nam in primis, nunquam aliquod Mariæ Antoniæ jus præsentandi competere adstruo: Deinde cum de ejus consensu in actis exhibito una cum illo a fratre edito constiterit, neque illius dissensum ullus unquam mihi comunicaverit, frustra nunc, rebus omnibus absolutis, revocatio isthæc in scænam prodit. Cæterum, quæ sit constans ac determinata Mariæ Antoniæ voluntas, quis eam impulerit, ut contra animi sui vota consensum revocaret, patet ex folio, quod est *Lit. N.* ubi se dismembrationem domus iterum probare declarat. Patet ergo manifestissime nullius juribus damnum vel minimum irrogatum fuisse.„

De-

Defunctorum animas expiationum sacrificiis privatas auctor libelli multis verbis, ac sane acerbissimis, conqueritur. Non injusta sane querimonia si et a veritate non aberraret, et pietatis intuitu proderetur. Cæterum vix huio operi manum applicui illud in primis mihi conficiendum præcepi, ne quid defunctorum animæ detrimenti caperent. Hinc reducendi capellaniæ onera amplum mihi Summus Pontifex facultatem impertitus est. Nisi autem per summum nefas auctoritatem id concedendi, ac de Ecclesiæ thesauro supplendi Pontifici deneget libelli auctor, nunquam profecto defunctorum animas suffragiis orbatas fuisse conqueri poterit ,, .

, Hinc probe intelligent Emi Patres, num justa, ac prudens me impulerit causa, ut dismembrationem domus a Summo Pontifice implorarem. Si enim nihil societati utilius, nihil hominum vitæ accomodatius, nihil religioni ipsi salutarius, quam recta puellarum institutio, quis non jure succenseat dum privati lucri causa opus hoc sanctissimum exturbari viderit, præsertim cum nemo ullam ex eo injuriam patiatur ,, .

, Consensum a Leonardo Testa libere emissum destruere conatur libelli auctor, dum maledici conviciatoris partes sumens turpem cum eo negotiationem factam fuisse impurissime effutit. Si scuta vigintiquatuor quotannis capellano Testa traduntur, id ex eo evenit quia supputatis rationibus, tantundem sibi superesse, deductis oneribus, ingenue affirmavit. Id autem ita se habere non ex unius Testa ore didici, sed ab eo insuper qui plures annos capellaniæ fundos conduxerat, quique scuta circiter viginti quatuor, atque etiam ultra rependere eidem solere in annos singulos, postquam onera jam Apostolica auctoritate reducta impleverat, testato confessus est ,, .

, Duo nunc libelli mendacia vobis ob oculos ponam ac paucis refellam. Primum est familiæ Nenci nomen ab ipso exhiberi cum tamen familia isthæc amplius non existat, prout arbor genealogica evidentissime ostendit. Annæ enim Luciæ Antonelli, cum in manus convenit Dominici Nenci, unica adnata

est Anna Maria, quæ Stefano Imperiali nupsit, ex qua Maria Rosa cum Bernardino Pochetti, et Anna cum Petro Savelli prodiere. Ubi nam ergo Familia Nenci quæ jura sua sumat vindicanda „?

„ Alterum, et quidem putidius mendacium est, dismembratione domus, de qua agitur familias Nenci, et Sofia jus amisisse, *a tutte le quattro Cappellanie Antonelli*, ut ipsismet utar libelli verbis, cum *primo* tam in literis Apostolicis, quam in meo executionis decreto patronorum jura sarcta tectaque servata fuerint. 2.° tres aliæ capellaniæ Antonelli nihil atque omnino nihil amiserint, sed iis, eorumque bonis integre, et pacifice perfruantur Sacerdotes Petrus Tronti, Franciscus Petrucci, et Blasius Cricchi, sua unicuique capellania assignata „.

„ Aperitionem oris a literis Apostolicis, et rescripto SSmi urget ultimo libelli extensor. Eam tamen concedendam non esse manifestissima jura conclamant. Cui enim ignotum aperitioni oris tunc solummodo locum esse, cum aut falsum Pontifici narratum fuerit, aut id reticitum quod ejus animum a concedenda gratia alienaret? Nihil horum in precibus Sacratissimo Principi a me porrectis intervenisse, vel ipsæ literæ Apostolicæ ostendunt. Clarius autem evidentiusque patet ex iis omnibus, quæ in his literis exposui. Exulet ergo necesse est somniata illa de aperitione oris querela uti incompetens, atque a justitia alienissima, quæque summam meæ dignitati injuriam irrogaret „.

„ Præterea quid aperitionem oris adversus litteras Apostolicas diei 17. Decembris 1816. tanto studio flagitat libelli auctor, cum de ipsarum viribus disputatum jam fuerit coram Auditore SSmi eodem libelli auctore familiarum Nenci, et Sofia nomine alias instante, cognitumque nihil iis a rectitudine alienum, nihil a jure deflectens, nihil rationi adversum deprehendi? judicatum idcirco, Summo ipso Pontifice imperante, easdem executioni esse committendas: ceu videre est ex rescripto cujus exemplar exhibeo. Jamvero si a Supremo Principis Magistratu literarum Apostolicarum justitia, parte acriter contradicente, cognita est ac definita, quis non vi-

videt quam ipsius Principis dignitati ac, rectæ rationi injuriosa sit nova isthæc de iisdem literis disquisitio? Idque præsertim cum in negotio versemur quod amplius integrum non sit, sed penitus absolutum, ac consummatum. Vix enim Sacratissimus Princeps, causa intime explorata, instantias familiarum, Nenci ac Sofia nomine propositas rejecit, literasque Apostolicas exequendas voluit, *non obstante*, *quolibet prætensorum aliorum patronorum dissensu*, illico controversæ domus instaurationi, ornatuique consulendum censui; quod ubi, non levi impensa, confectum fuit, sub die 17. Aprilis nuper elapsi, magistræ omnes una cum puellis post Sacrum in parochiali Ecclesia celebratum, in eam solemniter, Deumque exorantes, summa cleri, Civiumque frequentia, ac lætitia translatæ sunt; Atque ubi in sequenti Mense Maii illuc accessi, novam hanc institutionis domum non sine magna animi voluptate commendavi, puellisque omnibus jam probe edoctis Eucharisticum Panem primitus impertivi. Postquam res omnes ita compositæ sunt, ac non leve bonum christianæ Reipublicæ hinc obventurum, Deo opitulante, confidimus, quisque plane intelligit quam jure despiciendus sit libellus cum justitia pugnans, ac temeritatis insolentiæque plenissimus. „

Nullitatem vero dismembrationis urget familiarum Antonelli, et Sofia defensor; quandoquidem tum ex literis in forma brevis, tum ex rescripto præsulis Tassoni bo. me. patet falso expositum fuisse, adesse consensum medietatis, aut majoris partis patronorum, cum reapse unica familia Tronti consensum præstiterit, non autem familia Sofia. Jam vero in familia Tronti, quæ consensum præstitit tres tantum patroni, quatuor vero in familia Sofia reperiebantur, dum literæ in forma brevis die 17. Decembris 1816. datæ sunt, quandoquidem Sebastianus Sofia decessit die 12. Julii anni 1817., quod quidem in præto est habendum, cum vocum dispensatio fuerit petita, adeoque patroni in capita non in stirpes admissi fuerint. Deinde tuetur præfatus defensor admittendas esse voces tum liberorum Mariæ Sofia Marcangeli

geli, ac Sebastiani Sofia, cum etiam Annæ Mariæ Nenci Imperiali. Licet enim actu exercere juspatronatus descendentes isti non possint, quia sunt remotiores; attamen evenire poterit, ut tractu temporis proximiores evadant; ac proinde quamquam ipsi modo jus non habeant nominandi, attamen jus habent assentiendi, vel dissentiendi, ut domus dismembretur, ad quam et ipsi jus habere possunt. Verum hic consensus, qui necessario intercedere debuisset nec ante nec post Breve datus est unquam; excluditur proinde consensum saltem medietatis patronorum intercessisse.

Sed præterea reticitum est descendentes familiæ Antonelli, frui jurepatronatus passivo; ita ut si in qualibet stirpe reperiatur Sacerdos is debeat nominari: Quod si rescivisset SSmus, qui patronis sarctum voluit expositum jus præsentandi capellanum, eo magis abhorruisset a tollendo jure passivo, neo umquam concessisset dismembrationem domus in præjudicium passive vocatorum *Castropal. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 1. *sub num.* 17. *Piton. de controv. patr. Alleg.* 1. *num.* 7. *et seq.*, atque ex hoc iterum deducitur necessarium fuisse consensum nepotum tum Camillæ Antonelli Sophiæ, cum Annæ Luciæ Antonelli Nenci, utpote ad capellaniam passive vocatorum, et interesse habentium, ac præsertim cum ageretur non de dispensatione medietatis vocum ad obtinendum beneficium præsentato concedenda, sed de perpetuo damno capellaniæ, et passive vocatis patronis inferendo per dismembrationem, ut sapienter advertit post allegatum *Card. de Luc in Sum. jur. patr. et Lotter de re benefic. Pitonius loc. cit. alleg.* 47. *num.* 46. Ex quibus concluditur corruentibus litteris Apostolicis ob vitium obreptionis, et subreptionis, corruere pariter accessorium rescriptum Præsulis Tassoni b. m. diei 18. Settembris 1817.

Refellitur deinde, jus nominandi sequi naturam fideicomissi a quo fœminæ arceantur, si masculi adsint; licet enim id valeat quando capellaniæ sunt una eademque res cum fideicomisso; attamen in themate locum non habet cum clara sit fundatoris voluntas, qui fideicomissum instituit durante linea Joannis Marii, hac vero deficiente capellanias erigendas præcepit:

pit, quorum jus patronatus activum proximioribus consanguineis, passivum vero primo loco Sacerdotibus ejusdem familiæ concessit sive e masculina, sive e fœminina linea ortum duxerint.

Sed fusius hæc pertractata noscent EE. Patres in allegatione typis impressa, ut possint dirimere, quæ proponuntur

Dubia

I. *An intret arbitrium pro aperitione oris tum adversus litteras Apostolicas in forma brevis diei* 17. *Decembris* 1816. *cum alterius rescripti* 18. *Septembris* 1817. *in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An substineatur dismembratio domus ad capellaniam pertinentis in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

ASCULANA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

Sub duplici dubiorum formula proposita fuit hæc causa in Congregatione diei 26. Februarii proxime præteriti; datumque est responsum = *Dilata, et scribatur Episcopo pro nova Informatione ad Mentem* = Mens autem fuit, ut S. Congregationem instructam redderet, et referret, an, et quæ missarum onera beneficiis favore oratorum unitis adnexa essent, an mansionarii distributionibus, aliisque gaudeant emolumentis, a quo tempore, et an post annum 1737. imminuti sint reditus; an præsentes Mansionarii cum oneribus, quorum nunc reductionem exorant, beneficium acceptaverint, et quot sint numero actu ipsi Mansionarii.

Cum singulis accurate satisfecerit Episcopus in nova sua Informatione, eam verbis ipsis EE. Patrum oculis subjicio.

Jus-

" Jussis, ut par est obtemperans, cum ad quinque quæ-
" sita redigantur, nempe.

I. *An, et quæ Missarum onera Beneficiis favore Oratorum unitis adnexa erant.*

II. *An Mansionarii distributionibus, aliisque gaudeant emolumentis.*

III. *A quo tempore, et an post annum* 1737. *imminuti sint reditus.*

IV. *An præsentes Mansionarii cum oneribus, quorum nunc reductionem implorant, beneficium acceptaverint.*

V. *Quot sunt numero actu Mansionarii.*

" En ad singula responsiones. Ad I. Clericatus *Boni Jesu* anno 1766. unitus fuit uni ex dictis Mansionariis absque ulla onerum diminutione, et propterea in ejusdem rectore transivit onus celebrandi unam missam qualibet hebdomada, quod unicum erat onus eidem clericatui adnexum. "

" Petium terræ adjunctum alteri ex dictis Capellaniis, seu Mansionariis anno 1737., non erat beneficium antea erectum, seu constitutum, sed excerptum fuit e bonis hæreditariis Jo. Francisci Alvitreti, qui ultimo, quo decesserat testamento, instituto de suis bonis fideicommisso favore suorum filiorum, et descendentium masculorum, et his defectis fœminarum, jussit, quod in harum quoque defectum de suis bonis collegiata erigeretur in loco ab Episcopo, et aliis de eadem nobili familia Alvitreti eligendo, cum onere Canonicis eligendis adjuncto celebrandi pro anima Fundatoris tot missas, quot ab Episcopo statuerentur.

" Evenit casus, quo defectis masculis, et exinde fœminis descendentibus, collegiata erigenda fuisset. Verum cum reditus illius hæreditatis impares omnino reperti fuissent ad testatoris voluntatem exequendam Episcopus Marana cum consensu Dominorum de Alvitretis prædictam hæreditatem Seminario attribuit cum onere construendi mansiones pro Ecclesiasticis, qui eo secedunt ad spiritualia exercitia peragenda; nec non subministrandi quolibet anno duodecim rubra frumenti æqua lance dividenda inter tres Capellanos

in

„ in Cathedrali institutos ad excipiendas diebus festi-
„ vis pœnitentium Confessiones, et ad Sacramenta ad-
„ ministranda agricolis, qui extra civitatem moran-
„ tur, addito quoque singulis onere celebrandi unam
„ Missam in qualibet hebdomada. Ut his etiam
„ *quarta Missa adderetur*, et sic voluntas testatoris
„ meliori, quo fieri posset, modo servaretur, *dis-*
„ *membravit* ab ejus hæreditate *petium terræ situm*
„ *in territorio Asculi*, *et contrada Gualli etc.*, *quod*
„ *sic dismembratum univit etc. uni ex Mansionariis*
„ *valde tenui in Ecclesia Cathedrali Asculi etc. cum*
„ *onere Mansionario pro tempore celebrandi*, *et appli-*
„ *di ad altare S. Emidii pro anima dicti benefa-*
„ *ctoris Missam unam qualibet hebdomada etc.*ut ha-
„ betur in Bulla expedita die 21. Jnnii 1737. Hoc
„ igitur pacto adjunctum fuit mansionariæ, de qua
„ agitur prædictum terræ petium, et una cum eo
„ onus celebrandi alteram in hebdomada Missam.

„ Ad II. in quo quæritur num Mansionarii oratores di-
„ stributionibus, aliisque gaudeant emolumentis; re-
„ spondetur, distributionibus nullatenus gaudere; et
„ solum de anniversariis participant, si intersunt.

„ Ad III. Ignotum est tempus, quo reditus harum Man-
„ sionariarum imminui cœperint. Certum tamen est
„ etiam post annum 1737. attenuatos illos fuisse tum
„ ex deficentia sortis principalis, et fructuum unius
„ census, tum ob supervenientiam onerum camera-
„ lium, aliorumque, quæ bona Ecclesiastica non se-
„ cus ac sæcularia æqualiter premunt.

„ Ad IV. Mansionarii oratores Capitulo electi mansiona-
„ riam acceptarunt, quin antea expenderint, quinam
„ essent eorum reditus, et onera cuncta.

„ Ad V. Mansionarii omnes non sunt numero plures,
„ quam undecim, et ex his unus longævus, ac jubi-
„ latus. Hic vero animadvertere licet, primum funda-
„ toris scopum fuisse chorale servitium, et tum hac
„ forte de causa, tum ob tenuem Canonicorum nu-
„ merum, quo Capitulum constat (cum præter Archi-
„ diaconum Canonici duodecim tantummodo sint)
„ prædecessores mei potius aliis reditibus augere dictas
„ binas Mansionarias curarunt, quam in unam re-
„ digere. Quod si fecerunt pleno Capitulo, quid non

modo

„ modo peragerent, cum ex duodecim Canonicis vix
„ sex choro intersint, dum duo sunt jubilati, quorum
„ unus cum tribus aliis adversa teneatur valetudine,
„ et hebetudine, et a choro propterea abesse cogan-
„ tur, sextus tandem ex annuentia S. Sedis studio-
„ rum causa in Urbe moratur. Illud quoque adden-
„ dum, quod ex Canonicis, qui ad inserviendum
„ choro apti sunt, unus senectute gravis difficulter
„ canit, et reliquas peragit sacras functiones. Alter
„ tribunali pœnitentiæ loco Pœnitentiarii adsistere fre-
„ quenter cogitur. Et tertius Presbyter ex defectu æ-
„ tatis nondum est.

„ Hæc recensenda existimavi, ut pateat quam necessa-
„ rium foret Mansionarios non minui, sed augeri;
„ et quam æquum pariter sit, ut qui chori sustinet
„ onus, quod quantum sit nemo, nisi expertus per-
„ pendere potest, si non pinguem, saltem non tam
„ tenuem habeat præbendam, dignus quippe est ope-
„ rarius mercede sua, qua de re oratorium postulatis
„ annuendum putarem pro reductione Missarum „

Nihil addendum superest, nisi ut dignentur Emi Patres reassumpto folio diei 26. Februarii, in quo rationum in jure hinc inde momenta expendi, jam tum proposita dubia dirimere.

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Die Sabathi 15. Julii 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SABINEN. JURISPATRONATUS.

Sess. 21. cap. 12. et Sess. 25. C. 9. de Reform.

Dub. I. *An intret arbitrium pro Aperitione Oris tum adversus Literas Apostolicas in forma Brevis diei 17 Decembris 1816., cum alterius rescripti 18. Septembris 1817. in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An substineatur dismembratio domus ad Capellaniam pertinentis in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus.

Ad II. Ad Emum Præfectum cum SSmo.

ASCULANA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS.

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

Dub. I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Missarum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Affirmative utrique Mansionario ad unam Missam in hebdomada pro Mansionaria Vannarelli, et unicam in quolibet Mense pro Beneficio adnexo.

Ad II. Affirmative celebratis ab unoquoque Missis quinque pro omnibus omissionibus.

Sess.22.cap.11. de Reform.

LUCANA REMOTIONIS, ET RESTITUTIONIS ALTARIS. Labente Sæculo XIV., dum tota fere Europa gravibus affliciebatur ærumnis, gens quædam *de Bianchi* nuncupata, suscepta ad placandam Divini Numinis iram peregrinatione, ex Hispaniis Lucensem civitatem petiit, ibique dono reliquit simulacrum SSmi Crucifixi. Sacræ hujus effigiei causa ab eo usque tempore templum extructum fuit, ac Sodalitium canonice erectum, cui nomen *de Bianchi* datum est. Ut pietate, ac religione, ita et magnificentia excelluit Societas illa, quæ sequiori ævo Templum, et Altare prætiosa supellectili, ac marmoreo opere ditavit, posito lapide JESU CHRISTO CRUCIFIXO SACRUM.

Ast ubi etiam Lucensis Civitas, licet invita, communi cedere debuit fato, Sodalitium illud suppressum est, ejusque bona *Demanium* usurpavit publicæ licitationi exponenda. Id prævidens Lucanus Antistes, ut SSmi Crucifixi effigiem in tuto collocaret, eam deposuit penes parochialem Ecclesiam S. Michaelis in Foro. Hoc accepto deposito parochialis Ecclesiæ deputati postularunt a tunc dominante Regimine concessionem Altaris, septi marmorei, ac integræ molis existentis in Ecclesia suppressi Sodalitii, ac jam addictæ simulacro SSmi Crucifixi. Voti compotes facti hæc omnia ad Ecclesiam S. Michaelis operis pii sumptibus transtulerunt, et in Sacello, in quo SSmum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, veteri destructo altari, collocarunt.

Rebus ad pristinam tranquillitatem revocatis Sodalitium auctoramine Archiepiscopo revixit, ejusque Confratribus data est facultas recuperandi SSmam Imaginem cum aliis rebus Sodalitii, quia hæc depositi tantum titulo concessa ab Archiepiscopo fuerant parœciali S Michaelis Ecclesiæ. Simulacrum tamen unum post aliquod temporis restitutum fuit, non cætera ornamenta. Id itaque in causa fuit, cur deputati Sodalitii Regiam Majestatem Mariæ Aloysiæ Borboniæ, interim Lucense dominium adeptæ, pro restitutione Altaris, aliarumque rerum jam ab Archiepiscopo decreta. Tunc quoque Administratores Operis pii,

seu

seu parœciæ S. Michaelis opposuerunt non leves sumptus erogatos pro translatione, et collocatione altaris in Ecclesia S. Michaelis, ubi hac de causa eversum fuerat præexistens Altare; se tamen paratos exhibuerunt ad restitutionem, modo Sodalitium aliud decens Altare ibi extrueret ad SSmum Sacramentum asservandum, quod conforme esset Ecclesiæ structuræ. Verum summa, qua pollet, religione, Regia illa Majestas a quovis ferendo judicio sese abstinuit, ac dissidentes partes remisit ad Archiepiscopum, qui eas æqua conciliatione componeret, sin minus ad competens forum remitteret.

Nulla obtineri potuit compositio; hinc Sodalitium coram curia Archiepiscopali in jus vocavit administratores Operis pii S. Michaelis postulans, ut damnarentur ad restituendum = *l'Altare di Marmo*, *la Balaustrata*, *il parato di Damasco Cremisi ec.*, *e generalmente tuttociò*, *che ritrovasi*, *e che ivi deve ritrovarsi di pertinenza della Confraternita suddetta*.

Prænotandum in facto est, Reginam Mariam Aloysiam, summo, quo undique fulget Religionis zelo, ac eximia pietate, adepto vix Lucensi dominatu, ad suppressa loca pia in pristinum statum revocanda oculos convertisse. Quia tamen invenditum illorum patrimonium, licet a sua munificentia non parum adauctum, insufficens erat ad illa omnia redintegranda, Confraternitatibus in suppressionis statu relictis, ad Paræcias, Collegiatas Ecclesias, ac nonnulla Cænobia primario suum intendit animum, quibus bona illa æqua, et convenienti adhibita proportione assignare excogitavit. Rem probavit SSmus datis Apostolicis Litteris anno 1818. Lucensi Archiepiscopo tribuens facultates opportunas, ac ita decernens *volumus singula Capitula*, *Paræcias etc. tam reditus*, *et bona sibi respective assignanda*, *tamquam sua possidere*, *etiamsi ad alia loca pia*, *et personas Ecclesiasticas antea pertinerent*.

Prodiit curiæ Archiepiscopalis sententia, in qua condemnati fuerunt administratores Operis pii S. Michaelis ad restituendum deputatis Sodalitii Altare, et septum marmoreum, atque ornatum sericum rubri coloris sub his conditionibus, *primo* ut amotio, et

 asper-

asportatio fieret expensis Sodalitii, *secundo* ut hoc teneretur exolvere summam necessariam pio Operi pro reconstructione alterius altaris, quod forma, et bonitate vetus adæquaret ad eamdem Ecclesiam pertinens modo destructum, et insuper pro repositione Capellæ SSmi Sacramenti in eo statu, in quo erat ante erectionem Altaris, de quo agitur; *tertio* ut amotio, et asportatio incohari deberet post tres menses proxime decurrendos a die, qua præfato Operi pio prædicta summa fuisset soluta.

Ab hac sententia fuit utrinque interposita appellatio. Sed præivere preces oblatæ ab administratoribus Operis pii S. Michaelis, quibus rescriptum est = *Archiepiscopo pro informatione, et voto auditis præsertim confratribus Sodalitii SSmi Crucifixi, eisdem præfixo termino duorum mensium ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione* = Cum Sodalitii deputati ab Archiepiscopo intimati (qui tamen a quovis ferendo voto se abstinuit) in jus vocaverint administratores pii Operis S. Michaelis duo concordata fuerunt dubia, ac hodie causa proponitur distributis ex utraque parte allegationibus.

Altaris remotioni, de qua quæritur in *primo Dubio*, locum non esse dicit, qui Operis pii jura tuetur. Legitimo enim titulo Altare quæsitum fuit a Magisterio *delle Finanze*, ac legitime nunc ab eo possidetur, quia tunc suppressum erat Sodalitium, ac modo etiam in suppressionis statu manet ob non sequutam ejus redintegrationem, qua stante capitis diminutione nequit remeare jure postliminii ad primævam status conditionem quoad civiles effectus; ac proinde nulla ei competit actio ad rem vindicandam, cum nequeat judicii limina ingredi *Donell de jur. civil. lib.*21. *cap.* 5. §. 21. *tom.* 2. *edit. Lucen. col.* 1071. Quod præsertim in themate locum habet, cum Sanctissimus voluerit Confraternitates in suppressionis statu manere, ac ipsarum bona redintegratis locis piis assignari, ad quæ ista jus nullum habebant; unde multo magis ipsis jus tribuit retinendi ea, quæ ex justo, et oneroso titulo jam sibi quæsiverant: jamvero Opus pium Altare sibi quæsivit publicæ licitationi exponendum, et propriis sumptibus illud transtu-

stulit, et Ecclesiæ S. Michaelis aptavit, veteri destructo Altari. Officit præterea ejus remotioni deformitas Ecclesiæ, quæ non est permittenda; cujus imo splendori S. Pontifex bonorum assignatione ipsi facta consuluit; Quod si legibus civilibus sancitur avelli non posse, quæ ædificiis adhærent, et ornatum præbent, licet aliena, omnisque vindicatoria actio denegatur, ne urbis ornatui detrimentum afferatur, ut ex gr. de tigno cautum est *in text.* §. 29. *Instit. de rer. divis, et acquir. ipsar. domin. ibique Vinn. Com. n.* 3. *Voet. in pandectas tit. de rei vindicat.* §. 29. multo magis id de Ecclesia est sentiendum, quam utpote Deo dicatam squalore deturpari indignum est.

Additur aliud argumentum ex rei mobilitate petitum, quæ jure belli ab hoste distracta a quocumque potest acquiri *Tex. Inst.* §. 17. *loc. cit. et Voet. loc cit.* §. 9.; quin in facto obstet, Altare esse rem sacram, ab hominum commercio exemptam; nam id jure Cæsareo, et Canonico locum habet, ubi Altaris nulla facta fuerit amotio; contra vero si fuerit destructum, desinit esse sacrum, et redditur execratum ad Text. *in can.* 19. *Si motum dist.* 1. *de consecrat.*, et sancivit *Alex.* III. *in Cap.* 1. *de consecrat. Eccl. vel Altaris ibique Gonzalez n.* 15. *Reiffenst. eod. tit.* §. 2. *n* 38. et S. Rituum Congregatio teste Ferrario in append. suæ bibliothecæ sub rubrica Decret. *S. Rit. Cong. n.* 876. jam vero altare, de quo agitur jam occupatum, amotumque fuerat, ab invasoribus, potuit ergo licite acquiri, et retineri, in loco tamen honesto, et decenti ex laud. *S. Rituum Congregatione in Reatina* 9. *Maii* 1606.

Ex his concludit Operis Pii defensor, inutilem esse disputationem super *altero Dubio*, quod inquirit, cujus sumptibus facienda sit illius remotio, et respectiva ædificatio, seu subrogatio alterius Altaris in Ecclesia S. Michaelis.

Contra vero Sodalitium *de' Bianchi* sibi restituendum esse Altare cum ornamentis contendit, cujus dominio fruita est a vetustissimo tempore, ac proinde sibi competere actionem rei vindicatoriam ex ipso dominio profluentem: *Text. in leg.* 1. §. 1. *ff. de rei vindicatione, leg.* 21. *Cod. mandati, Voet. ad pandect. lib.* 6.

tit.

tit. de rei vindic. n. 2. Ad singulas deinde exceptiones ab adversariis propositas diluendas descendit. Primo enim advertendum est, administratores Pii Operis sine ulla dominii translatione Altare, et ornamentum accepisse, sed provisorie, ac tantum depositi titulo, ut patet ex eorum supplicatione Magisterio *delle Finanze* porrecta, quæ in Summario favore Sodalitii distributo refertur. Deinde cum injusta fuerit suppressio, ac bonorum usurpatio, ad horum vindicationem jus habuit jure postliminii præsertim cum Sodalitium ad pristinum statum illico post restitutas res revocatum fuerit ab Archiepiscopo, qui illi facultatem fecit reserandi Ecclesiam, et res proprias recuperandi, quam redintegrationem non semel adversarios fassos fuisse probat Sodalitii Defensor. Deinde Bullæ Summi Pontificis sensum interpretatur, quam presenti controversiæ non obesse dicit; ac demum Ecclesiæ deformationem excludit, quæ talis non est, ut remotionem Altaris, et adnexæ molis impediat.

Quoad secundum dubium probare contendit mala fide peractam fuisse Altaris, et ornamentorum translationem, nec non illorum erectionem in Ecclesia S. Michaelis; ex quo consequitur, altare ac ornamenta sumptibus adversariorum esse restituenda, Text. *in L. 2. ff. de rei vindicat.* Sumptibus etiam administratorum operis pii novum Altare esse substituendum, cum ex arbitrio tantum ipsorum hæc fuerint peracta; non enim dono acceperant SSmi Crucifixi simulacrum, quod hujus constructionis causa fuit, sed, *depositi* tantum titulo. Fusius quæ ab utraque parte afferuntur ex allegationibus noscent EE. PP. ut respondere possint concordatis dubiis

I. *An sit locus remotioni, et restitutioni Altaris in casu etc.*

II. *An, et cujus sumptibus sit facienda remotio, et subrogatio alterius Altaris in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative in omnibus.

Ad II. Affirmative quoad remotionem sumptibus Sodalitii *dei Bianchi*, quo vero ad subrogationem alterius Altaris sumptibus Operis Pii S. Michaelis.

TY-

TYBURTINA. In Tyburtinæ dioecesis Pago, cui nomen Rivi-frigidi quædam extat sub invocatione Sancti Georgii Ecclesia, cujus post annum 1500. moderatores fuerunt Regulares SS. Ambrosii, et Barnabæ ad *Nemus*. Hac Congregatione a S. M. Innocentio X. extincta, Ecclesia cum suis reditibus, inter quos decimæ numerantur, unita fuit Abbatiæ S. Pancratii de Urbe commendatæ cl. me. Card. Maidalchino, deinceps separata rursus, ac in novum Abbatiale titulum erecta quo tamen tempore ignoratur. Nedum memorati Regulares, sed et Cardinales pro tempore Abbates de Ecclesiæ S. Georgii reditibus diversos iniere contractus; quorum novissimus est emphyteuticus anno 1750. inter cl. me. Cardinalem Ricci Abbatem, et Familiam Roberti. *Sess.* 25. *Cap.* 12. *et* 20. *De Reform.*

Hæc S. Georgii Abbatia post obitum cl. me. Card. a Porta a SSmo concredita fuit Emo Georgio ab Auria Pamphili *cum adnexis* (ut legitur in litteris Apostolicis collationis) *omnibus juribus*, *et pertinentiis* . . . (voluitque de ejus) *fructibus*, *reditibus*, *proventibus juribus*, *et obventionibus universis integre* (Emo Abbati) *responderi*, *contradictores auctoritate nostra*, *appellatione postposita*, *compescendo*.

Anno 1817. ob imperatam cæmeterii constructionem a S. Congregatione *Consultæ* Municipes Rivi-frigidi illud designarunt in Ecclesia S. Georgii, ac præexistentes sepulturas ad id redigi curarunt. Vix id accepit Emus Abbas illico conquestus est de violatis juribus, ac Ecclesiastica immunitate tum primum apud S. Consultam, tum etiam apud S. Congregationem Boni Regiminis quoad illata damna.

Anceps aliquandiu hæsit S. Consultæ judicium, quæ demum rescripsit, ut firma remanente, ac non retardata tumulatione in Ecclesia S. Georgii partes uterentur juribus suis. Ne quid muneri suo deesset Emus Abbas in tuendis Ecclesiæ sibi commendatæ juribus postulavit, obtinuitque a SSmo, ut causa ablegaretur S. huic Congregationi, in cujus religione, ac sapienti judicio tutus conquiescit. Statim exquisivi Episcopi informationem, et votum, qui sibi allatas ab utraque parte rationes transmisit. Quia ta-

tamen ignorabatur, ad quem spectaret Ecclesiæ controversæ proprietas, de qua ab initio Episcopum requisieram, novam informationem postulavi. Ex actis sacrarum visitationum erui dixit Episcopus, eam initio fuisse Monachorum SS. Ambrosii, et Barnabæ *ad Nemus*, deinde fuisse unitam Abbatiæ S. Pancratii, et postea in novum Abbatiale titulum erectam, ex quibus conclusit, a quocumque ferendo suffragio se abstinens = *Ex his patet proprietatis enunciatæ Ecclesiæ S. Georgii Martyris ad Abbates pro tempore rectores spectare jus a nullo, ut noverim, contradictum, et in Bullis Summorum Pontificum confirmatum* = Quia vero interea Communitas nonnullos sepulchrales lapides abscissos removit, novosque ibi posuit cum inscriptione *sumptibus Communitatis Rivi-frigidi*, horum amotionem novis porrectis precibus postulavit Emus Abbas.

Ecclesiæ proprietatem ad Abbates pro tempore spectare vindicat Emus ab Auria ex libera ejus collatione sibi a SSmo facta cum omnibus juribus, et pertinentiis absque ulla cujusvis servitutis mentione, unde sequitur, ut Communitas, quæ jus in ea sepeliendi sibi competere autumat, debeat hanc servitutem ex legitimo titulo sibi acquisitam evincere ad *Text. in leg. cum eo ff. de Servit. Urban. Præd. Rota coram Molinos decis 235. num. 1. et in Firmana Manutentionis 21. Martii 1755. §.6. coram Figuero*. Refellit deinde, quod penes S. Congregationem Consultæ exposuerunt Municipes, Ecclesiam S. Georgii (quæ antiquitus ad Monachos Sancti Benedicti spectasse fertur) post horum discessum ad Communitatem pertinuisse, quæ per duos Sanctesios redituum illius curabat administrationem, ceu patet *ex lib. 1. Cap.* 16. Statuti reformati anno 1500., ac licet municipium cum cesserit regularibus SS. Ambrosii, et Barnabæ *ad nemus*, quæ una erat ex parœciis illius pagi, nihilo tamen secius Sanctesii a Priore, postquam hoc munere functus erat, redditionem gestæ administrationis, et consignationem bonorum novo Priori ope inventarii curabant. Non potuit enim ad Communitatem spectare Ecclesia si prius ad Monachos Ordinis S. Benedicti pertinebat; Laica

eus enim jus in Ecclesiam acquirere potest jurepatronatus dumtaxat, de quo non constat favore Communitatis. Deinde subobscuri statuti, quod suprema auctoritate probatum non ostenditur, particulam refutat, cum nullum inventarium, nullaque redditio rationis inveniatur peracta; nec non statutum anno 1500. fuerit reformatum, dum scilicet nec Monachi Benedectini aderant, qui tunc discesserant, nec Ambrosiani, qui anno 1570. illuc convenerant; ac proinde fieri utique potest, ut ex Apostolica auctoritate redituum illius Ecclesiæ administrationem haberent municipes, quæ tamen proprietatem non secumfert.

Post probatam Ecclesiæ proprietatem descendit ad ejus libertatem protuendam nedum quoad Episcopum diœcesanum, qui eam visitavit tantum diebus 22. Aprilis 1681., 7. Junii 1690., et 6. Junii 1993. *auctoritate delegata*; sed etiam quoad servitutem tumulationis; quamvis enim S. Consultæ exposuerit Communitas quasi possessionem tumulandi in ea Ecclesia probari *con un atto del Fontichia Not. dell' A. C. sotto il dì* 30. *Agosto* 1630. attamen numquam ipsum inveniri fas fuit tum Romæ, cum Tybure, ac Rivifrigidi.

Ad consuetudinem deinde descendit. Ac primo quidem refert anno 1681. paulo nimirum post extinctionem cænobitarum SS. Ambrosii, et Barnabæ, Cl. Me: Card. Marescottum Episcopum Tyburtinum antequam S. visitationem inchoaret post delatum jusjurandum interrogasse Joannem Paulum Arandini parochum Rivi-frigidi, utrum Ecclesiæ cæmeterium caute servaretur, ita ut ab eo arcerentur animalia, qui respondit = *Non vi è cemeterio alcuno, ma una sepoltura, che serve a tutti, e stà chiusa nell' Oratorio dei Confrati del Rosario; vi sono altre sepolture in una Cappella dedicata a S. Catarina* = Publica hinc sepultura pro populo non aderat in Ecclesia S. Georgii. Nullam deinde fidem adhibendam esse censet libris parochialibus anni 1581., ex quibus probat Communitas duobus adductis testibus nonnullos tumulatos fuisse in Ecclesia Abbatiali, quæ antea dictitatur parochialis, primo enim testes id de-

ferentes sunt injurati, deinde libri sunt informes, qui miscent in uno eodemque volumine baptismata, matrimonia, et mortuos. Seclusa vero informitate constat, neminem amplius ab anno 1664. in Ecclesia S. Georgii fuisse humo traditum, et qui antea ibi fuerunt tumulati perpauci sunt, quod quidem nullius est momenti, cum substineat Communitas, tempore cænobitarum eam Ecclesiam fuisse parœciam. Quod si quis ibi sepultus fuerit, postquam illa parochia esse desiit, numquam concludi poterit ejus servitus favore Communitatis, sed potius jus sibi competere recipiendi cadavera eorum, qui ibi sepulturam elegerant. Constat præterea ex ipsis parochialibus libris die 15. Maii 1650. Clementem Bruchi Cappellanum S. Georgii non electa sepultura demortuum ibi sepultum fuisse, ob donationem cadaveris ab archipresbytero factam, sine præjudicio tamen suæ parochialis, et anno 1651. die 24. Martii cadaver cujusdam Matthæi in platea S. Georgii defuncti ex mera concessione, et liberalitate donatum fuisse dictæ Ecclesiæ, persolutis tamen parocho concedenti funeralibus in integrum; quæ donationes, et funeralium integra persolutio locum non habuissent, si in ea Ecclesia quilibet sepeliri potuisset. Translatio vero ossium anno 1803. ex Oratorio veteri ad Ecclesiam S. Georgii, dum expurgata fuere sepulchra, nihil officere plusquam centenariæ consuetudini, unicumque contrarium actum non inducere in Ecclesia servitutem, etsi in ea translatione probaretur scientia Emi Abbatis, quæ tamen utrum adfuerit non evincitur a municipalibus, sed potius ex eorum confessione eruitur saltem implicita venia, cum Ecclesiæ clavis ipsis fuerit tradita, donec perficeretur translatio.
Exemptionem vero Ecclesiæ denegat Communitas primo quia in Bullis collationum non solent exprimi omnia jura, onera, ac servitutes beneficii, secundo quia Episcopi visitarunt Ecclesiam S. Georgii ad annum usque 1806. ordinaria jurisdictione, adeout decreverint solutionem annuam scutorum triginta Capellano ab Emis Abbatibus faciendam. Affert præterea relatum superius caput 16. lib. 1. Statuti reformati anno 1500., ubi Sanctesii constituuntur pro Ec-

Ecclesia S. Georgii. Dicit ab anno 1581. usque ad 1643. et ab anno 1650. ad 1691. defunctos tumulatos fuisse in controversa Ecclesia, ut patet ex libris parochialibus, quorum vindicatur fides; quamvis enim in uno volumine contineantur baptismata, matrimonia, et mortui, non id promiscue factum est, cum quodlibet volumen in tres partes dividatur, in quarum una inveniuntur descripta baptismata, in altera matrimonia, in tertia mortui, atque hinc Episcopus in sua informatione ad S. Consultam transmissa die 31. Decembris 1818. informitatem librorum, quos inspexerat, excludit, ac proinde, cum fidem faciant libri parochiales, nil refert, testes, qui de ipsis retulerunt, fuisse injuratos. Multo autem minus interest utrum pauci, vel multi sepulti fuerint in Ecclesia S. Georgii, quandoquidem ad probandum jus in ea sepeliendi sufficit reminisci ab anno 1581. ad 1643. et ab anno 1650. ad 1691. in ea humatos fuisse demortuos, qui ibi sepulchro gentilitio carebant, quemadmodum sunt advenæ, interfecti, et qui in agris vita functi reperti fuerunt; quod jus etiam exercitum fuit anno 1804. ossium translatione. Quin juri comunitativo officiat, parochum, qui tunc post suppressionem Regularium SS. Ambrosii, et Barnabæ redintegrabatur in suis juribus, duo cadavera donasse ex mera liberalitate, potius enim Emo Abbati id lavisset, si de sua licentia ibi illa humo tradita fuissent. Tempore enim illorum cænobitarum exercitium curæ promiscue a Regularibus, et Archipresbytero exercebatur in utraque Ecclesia, atque hac de causa non prædiales, ut asserit Emus Abbas, sed sacramentales decimas persolvebat, atque etiam nunc persolvit populus Ecclesiæ S. Georgii, et vicissim Abbas Commendatarius nonnullis oneribus erat subjectus, quibus tamen paulatim exoneratus est. Ex his concludit Communitas nedum jus tumulandi in Ecclesia abbatiali antea parochiali sibi competere, sed etiam construendi in ea cæmeterium.

E contra posito etiam jure tumulandi, non inde sequi posse, putat Emus Abbas Ecclesiam in cæmeterium converti, res namque diversissima est jus tumulandi in Ec-

clesia aliqua, et jus convertendi eam in verum proprium, ac stabile cœmeterium. Nova enim hæc est servitus et gravior priore, quæ jurisdictionem Abbati tollit, cum cæmeteria sint sub immediata Episcopi jurisdictione. Scitum autem, eum, qui in alieno fundo servitute fruitur, nil agere posse, quo servitutem ipsam duriorem, ac graviorem reddat juxta *Text. in leg. si manifestæ* 7. *Cod. de servit. in leg. servitutes* §. *si antea ff. de servit. Urban. Prædior. Rota in Firmana Territorii* 16. *Martii* 1750. §. 7. *coram Canilliac, et in Auximana Manutentionis* 19. *Aprilis* 1782. §. 12. *coram Riminaldo*.

Ut res tamen suo lumini restituatur, nonnulla animadvertam in jure, et in facto. Agitur hic de jure activæ, et passivæ tumulationis vel in Ecclesia tantum paræciali, vel etiam in Ecclesia S. Georgii, ita ut hæc tali servituti obnoxia sit, ac in ea possit cæmeterium constitui. Id est in jure certum Ecclesiam præsumi liberam, atque in quolibet dubio standum esse pro ejus libertate, ut pluribus auctoritatibus adductis firmavit S. Rota *dec.* 197. *n.* 68. *p.* 5. *tom.* 1. *recent. et part.* 17. *dec.* 150. *num.* 9. Jamvero inter servitutes (quæ ut docet *Spicileg. in lex. jur. ver. servitus*, sunt jus, quo amittitur aliquid libertatis a domino, quod conceditur alteri) recenseri posse videtur jus in aliqua Ecclesia tumulandi, atque hinc nedum apud veteres Romanos nemini licebat inferre mortuum in locum, cujus pleno dominio non fruebatur, sed etiam hodie parochis non licet defunctum deportare in Ecclesiis Regularium si ipsi dissentiant. *Donat. pag.* 3. *tract.* 9. *quæst.* 19. *Saning. de Sepult. Cap.* 5. *num.* 7. Hinc etiam fit, ut parochiani possint cogere parochum ad eos recipiendos in sua Ecclesia ad sepulturam, non vero idem jus eis competit contra Ecclesias regulares, aliasque non parochiales. *Franc. in Cap.* 1. *de Sepult. num.* 2. *et* 3. Nisi ergo probet Communitas Rivi frigidi jus habere populum, ut in Ecclesia S. Georgii sepeliatur, et parochum posse, reluctante Abbate, in ea demandare humo cadavera, standum erit pro Ecclesiæ libertate, etiam in dubio. Quæ ex utraque parte afferuntur tum in petitorio, tum in possessorio superius habent EE. PP.. A quo etiam tempore desumat

con-

consuetudinem sibi faventem Emus Abbas, et vicissim Communitas, ibi inspicient: Judicare præterea EE. VV. debebunt, utrum ossium translatio peracta an. 1804 tanti fuerit, ut consuetudinem favore Abbatum interruperit, vel potius præsumendum sit adfuisse tunc temporis Abbatis veniam, cum contrarium non demonstrat Communitas.

Quatenus autem judicet Sacer Vester Ordo, constare de bono jure favore Communitatis quoad tumulationem cujuslibet de populo in Ecclesia S. Georgii, perpendendum erit, an ex hoc descendat etiam jus favore publicorum repræsentantium construendi in Abbatiali Ecclesia cœmeterium, ut sui favore putat Communitas. Emus ab Auria vero id negat firmiter, ob qualitatem novæ servitutis, quæ gravior est, cum non agatur de *discontinua* tumulatione in ea vel ad decedentis, vel ad Parochi libitum facienda, sed de quotidiana, imo etiam quandoque pluries qualibet die facienda, si ibi cæmeterium constituatur; quæ quidem servitus secumfert læsionem suæ jurisdictionis; quandoquidem Ecclesia, quam nunc exemptam defendit, subjecta erit ordinariæ et immediatæ jurisdictioni Episcopi ob novam indutam cæmeterii qualitatem. Nec municipibus suffragari potest lex S. Consultæ, voluit enim, ut cæmeterium a Communitate suo ære constitueretur; numquam vero præcepit, ut aliorum jura læderentur. Post hæc judicabunt quid sentiendum sit de lapidibus sepulchralibus abscissis, quos amovit Communitas, ac de novis ibi collocatis cum inscriptione: *Sumptibus Communitatis Rivi-frigidi*.

Pro meo tandem munere addam an sit municipibus impertienda absolutio, quatenus constet de violata Ecclesiæ libertate. Si enim in Extravaganti *ambitiosæ* vetantur administratores Ecclesiam inusitato oneri subjicere, multo magis censendum est quoad hoc vetari extraneos: atque hinc inhærens *Sess. 25, Cap. 20. de Reform. Concilii Ibid.* jamdiu definivit S. Rota, judices violantes Ecclesiasticam libertatem esse ipso facto excommunicatos, ut videre est in *recentior dec. 10. sub num. 2. part. 4. tom. 1.*

Du-

Dubia itaque sunt

I. *An constet de bono jure favore Communitatis tumulandi cadavera in Ecclesia S. Georgii in casu etc:*

II. *An substineatur designatio, et constructio cæmeterii in eadem Ecclesia in casu etc.*

III. *An sint removendi sepultuarii lapides cum inscriptionibus a Communitate ibidem positis in casu etc.*

Ad I. Negative

Ad II. Negative

Ad III. Affirmative, et municipes consulant conscientiæ suæ.

Sess. 22, Cap. 4. et Sess. 24. Cap. 15. de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ REDUCTIONIS, ET DISPENSATIONIS, *Quæ* fuerit causæ hujusce species pandit *folium diei 20. Novembris* elapsi anni. Verum quia ob aliarum causarum gravitatem ea die definiri non potuit, in sequenti Congregatione diei 18. Decembris ejusdem anni reproposita fuit sub eadem dubiorum fomula videlicet. I. *An, et quomodo sit concedenda reductio canonicatuum, et præbendarum beneficialium in casu etc.* et quatenus negative. II. *An, ad quod tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem præbendarum in casu etc.* III. *An, et quomodo sit locus reductioni servitii choralis in casu etc.* IV. *An, et quomodo sit locus reductioni binæ missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu etc.* V. *An sit concedenda dispensatio erigendi montem in casu etc.* Redditum tamen non fuit ea die definitivum judicium, quia cum ex Canonicorum precibus et Episcopi informatione innotuerit R. C. A. nedum congruam Archipresbytero, et Præposito suppeditare, sed etiam expensas pro fabrica Ecclesiæ et utensilibus, hinc antequam causa absolvetur, rescriptum est = *Dilata in omnibus, et audiatur R. Camera Apostolica patrona* = utrum scilicet qui-

quidquam suppeditare posset, quin præbendarum, choralisque servitii reductio, vel suspensio concederetur, quorum unumquodque remedium divini cultus detrimento, populique incommodo non vacat.
D. Commissarii R. C. A. responsum EE. VV. oculis subjicio = *La mancanza di alcune notizie, che con molta fatica si sono dovute rintracciare dall' Archivio Camerale, non ancora esattamente riordinato, hanno obligato il Commissario della Camera a differire sin quì di dare qualche riscontro sulle diverse istanze avanzate alla Sagra Congregazione del Concilio dal Capitolo di S. Andrea di Vallerano. Nel soddisfare ora a questo dovere, altro nan può Egli significare, se non che la Camera nell' anno* 1750., *sebbene avesse in Vallerano una tenue possidenza fece a sue spese ricostruire la Chiesa, e da questa epoca in appresso ha la medesima nominato sempre tanto l' Arciprete, quanto il Proposto, ed all' uno, e all' altro ha pagato un fisso assegnamento di annui scudi trentotto al secondo, e di scudi quaranta al primo, assegnamento però, che rapporto all' Arciprete nell. anno* 1809. *dalli scudi quaranta fu per grazia accresciuto sino alli scudi sessanta. Da ciò può ben conoscere, che non avendo la Camera le nomine dei Canonicati non solo non è al caso di prestarsi ad alcun supplemento alle loro rispettive prebende, ma non potrebbe accordarlo, ancorchè lo domandassero, all' Arciprete, ed al Preposto attesi li tanti altri pesi, de quali è gravata* =.
Postquam hoc responsum accepi, pandidit mihi Capitulum, Rev. Cameram frui jurepatronatus præbendarum Archipresbyteri, et Præpositi, atque Ecclesiæ non vero cæterarum præbendarum, quæ a diversis fundatoribus erectæ fuere, relicto jurepatronatus familiis sibi prædilectis. Ex his sperat attenta redituum exiguitate accepturum Capitulum Chori levamen aliquod, potiusquam ob paucitatem inservientium annuatur nonnullis Canonicis postulantibus ob expletum quadragenarium servitium jubilationis indultum. Exorat proinde, ut S. Congregatio dignetur, utsolet, tam super hac causa, quam super reliquis Jubilationis indulta respicientibus, suum proferre ju-

judicium æquitati, simul ac Ecclesiæ dignitati magis consonum.

Precor itaque EE.PP., ut reassumpto folio diei 20. Novembris elapsi anni, ubi excripta fuit causæ series, ac perpensarationum momenta, nec non ratione habita ad sequentes causas jubilationum, dignentur dirimere, quæ reproponuntur dubia.

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio Canonicatuum, et præbendarum beneficialium in casu etc.*

Et qualenus negative

II. *An, ad quoad tempus, et quomodo sit concedenda suspensio collationis earumdem præbendarum in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit locus reductioni servitii choralis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit locus reductioni binæ missæ quotidianæ ad binam in hebdomada in casu etc.*

V. *An sit concedenda dispensatio erigendi montem in casu etc.*

Ad I. Provisum in secundo

Ad II. Affirmative ad decennium pro duobus Canonicelibus, et tribus Beneficiatis, ad effectum conciatendi multiplicum ex superextantibus reditibus, satisfactis Missarum oneribus deputato per Epum Ecclesiastico administratore, non retardata interim provisione præpositurae, et notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ.

Ad III. Affirmative ad decennium ad omnes dies festos etiam reductos, cum solitis clausulis.

Ad IV. Affirmative per decennium ad unam tantum quotidianam.

Ad V. Affirmative ad decennium, et ad Secretarium cum SSmo quoad omnia.

Sess.24. Cap.12 de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ JUBILATIONIS. Inter Collegiatæ Ecclesiæ Vallerani Canonicos, qui Jubilationis indulto donari petierunt, numeratur Canonicus Joannes Baptista Ercoli, qui omnium primus die videlicet 17. Aprilis 1819. exponens tum præstitum laudabiliter, et continuo suæ Ecclesiæ servitium 40. annorum ab ipsa erectione Collegiatæ, tum adversam valetudinem præfatum indultum exoravit. Quia tamen facto calculo nondum expletum erat servitium quadragenarium: rescriptum fuit, *recurrat expleto qua-*

quadraginta annorum servitio. Ineunte anno 1820. preces easdem instauravit, super quibus Episcopi informatio, et votum audito Capitulo exquisita sunt;
Eadem tamen die, qua nova isthæc postulata est informatio, pervenit ad Sacram Congregationem Capituli votum, ac animi sensus ab Episcopo panditus, qui hæc habet = *Respondit* (Capitulum) *prædictum Canonicum Ercoli non mereri jubilationem juxta rationes expositas in adnexa copia congregationis capitularis, quæ veritati, et rationi absque dubio innituntur. Ipse enim est floridæ ætatis ad differentiam seniorum trium canonicorum, qui rite jubilationem petere possent, ac præterea, quatenus Orator illam obtineat, etiam supradictis Canonicis senioribus majori ratione esset debita, et sic chorale servitium evanesceret. Verum saniori judicio EE.VV. me remitto* =
Capitulum itaque nedum paucitatem inservientium exponit, sex tantum enim superessent choro inservientes, jubilato Canonico Ercoli, inter quos numerandi sunt tres octogenarii Canonici, qui pariter sunt jubilatione digni, sed ulterius exponit a quadragenario servitio Canonici Ercoli subducendos esse quatuor annos, quibus a Gallis deportatus abfuit a choro, et residentia; visus incomoda non impedire quominus choro intersit; postulat deinde capitulum, ut onera missarum, et alia hujusmodi jubilatus debeat vel per se, vel per alium adimplere.

Etsi in jure sancitum non sit Canonicis, et Beneficiatis deberi jubilationis indultum post continuum, ac laudabile præstitum quadragenarium servitium, attamen duobus ab hinc sæculis constans inducta est consuetudo concedendi hæc indulta, ubi certo constet de continuo, ac laudabiliter expleto quadraginta annorum chorali servitio; unde cum orator Canonicus Ercoli per quadraginta annos Ecclesiæ suæ laudabiliter deservierit, jure hinc, meritoque rude donari postulat cum omnimoda fructuum perceptione. S. Cong. *in Leodien. Jubilationis* 17. *Aug.* 1776., *et in Signina Jubilationis* 4. *Feb.* 1786.

At plura contra ipsum opponit Capitulum, quorum præcipua sunt. Primum florida ætas non gravibus proinde incommodis subiecta, quæ regulariter exclu-

 de-

dere solet ab indulto jubilationis, ut docuit S. hæc Congregatio *in Ripana Jubilationis 29. Novembris* 1710., Alterum choralis servitii notabile detrimentum, cum sex tantum supersint præbendati choro addicti, qui choro inservire tenentur alternis vicibus ex constitutionum Capitularium sanctionibus, et quorum alii duo, ut inferius patebit jubilationis indultum petunt, quo beneficio privari non poterunt, si jubilatio Canonico Ercoli concedatur. Atque hoc in casu penitus evanescet chorale servitium alternativis hebdomadibus adimplendum. Ubi autem constet de cultus divini detrimento locus non est jubilationi ex doctrina S. Congregationis *in Brictinorien. Jubilationis 12. Maii* 1792. Tertia vero oppositio desumitur ex non adimpleto servitio continuo annorum quadraginta; quandoquidem quatuor annis a choro, et residentia abfuit Canonicus Joannes Baptista Ercoli, dum fuit deportatus.

Attamen Orator probat ex fide baptismatis sexagesimum tertium numerare a nativitate annum, quæ quidem ætas pluribus incommodis, iisque gravibus vacare non solet; ex fide autem tum medicæ, tum chirurgicæ artis peritorum constat ipsum graviter laborare visus organo, adeout prope illum fistula sit efformata, ad quam curandam opus fuit eum Romæ manere, ut deponit alter Chirurgus, qui ejus curam suscepit. Excluditur hinc florida ætas incommodis carens. Non desunt vero exempla in quibus S. Congregatio jubilationem concessit deficiente senectute, et mala valetudine, ut *in Feltren. Jubilationis 11. Januarii* 1721. et docuit in *Derthusien. Jubilationis 14. Maii* 1768.

Quo vero ad divini cultus imminutionem eam dimetiendam esse putat a qualitate Ecclesiarum. Nam etsi in *Civitatis Castellanæ 17. Aprilis* 1666. jubilatio fuerit denegata Canonico Ecclesiæ Cathedralis, quia a Capitulo opponebatur per illius absentiam divinum cultum deficere, licet adesset Præpositus, duodecim Canonici, et duo Beneficiati; attamen in *Ripana jubilationis 29. Novembris* 1710. S. Congregatio precibus Canonici Cruciani Concetti jubilationem petentis benigne annuit quamvis Ecclesia novem Canonicos comprehenso Præposito numeraret, et opponeretur,

quod

quod demptis Ministris Altari inservientibus, atque altero Canonico organum pulsante, nec non Præposito, qui confessiones excipere tenebatur, tres tantum Canonici possent interesse. Nihil vero sibi obesse putat instantiam duorum Canonicorum ejusdem Ecclesiæ jubilationem petentium oblatam S. Congregationi postquam jam rescriptum fuerat Oratoris præsenti instantiæ = *Ponatur in folio*, ac proinde cum ipse sit prior in tempore, potior habendus est in jure juxta tritissimam juris regulam; hinc si uni tantum concedi poterit jubilatio ipse præferendus erit, qui prius lapidem movit. Paucitatem inservientium ex Capituli negligentia repetit, qui nunquam sollicitus fuit, ex limitrophis regionibus programmatum ope concurrentes vocare ad vacantes præbendas, et præposituram, quarum omnium fructus Capitulares suos faciunt ex venia obtenta ab administratione spoliorum.

Nec silentio prætereundum est juxta juris disposionem, si exigat necessitas præsertim ob imminutionem divini cultus, Episcopum posse indultarium, non obstante jubilatione, revocare ad servitium, quemadmodum Gregorius IX. scripsit Patriarchæ Antiocheno *in cap. cum ad hoc de Cleric. non resid.*, ubi Pontifex mandavit a Patriarcha revocari ad residentiam absentes ex Apostolicis indulgentiis; et in terminis de Indultis jubilationis docuit *Bened. XIV. de Syn. diœces. lib* 13. *cap.* 9. §. 15. *et Scarfant ad Ceccoper. addit.* 3. *num.* 19. ac firmavit S. Cong. in *Derthusien. Jubilationis* 14. *Maii* 1768.

Tandem deportatos frui omnibus privilegiis, et reditibus voluit Sacratissimus Princeps, iisque omnes reditus præbendarum a reliquis Canonicis, qui eos inter se partiti, fuerant restituendos esse decrevit. Absentia Canonici Ercoli non fuit voluntaria, sed per vim coactus est ab Ecclesia, patriaque exulare, quod quidem in ejus damnum vergere nequit. Tuno enim ex præstita Summo Pontifici obedientia damnum sentire deberet; et vicissim, qui vetitum præstiterunt jusjurandum, ut sibi familiæ commoda, et Ecclesiasticos reditus servarent ex proprio crimine utilitatem sentirent. Hinc S. Congregatio in *Fabrianen.* proposita in Comitiis præteritis per *summaria*

 pre-

precum hoc tempus tamquam legitimæ absentiæ consideravit.

Pauca de secundo, et tertio dubio. Capitulum optat, ut jubilatus per se, vel per alium adimpleat onera tum Missarum, cum canonicatui adnexa, quod certe contrarium est pluribus resolutionibus S.Congregationis, et novissime in *Verulana jubilationis* proposita *in folio* præteritæ Congregationis diei 27.*Junii ad II.Dub.* Videant tamen num quidquam concedendum sit paucitati inservientium, in quos nimium onus redundaret. Postulationem respicit tertium dubium Canonici Ercoli, quoad absolutionem a punctaturis, et participationem distributionum a die 5. Februarii, qua se Romam contulit tuendæ valetudinis causa; Porro non ignorant EE. PP. infirmitatem corporis legitimam esse causam *ex cap. un. de cler. non resid. in* 6., ut absens lucretur omnes præbendæ fructus, nec non quotidianas distributiones, minime vero eventuales, et eas omnes, quæ inter præsentes tantum sunt dividendæ.

Dubia sunt

I. *An sit concedendum Indultum Jubilationis Canonico Io: Baptistæ Ercoli in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An, et quæ onera tum Missarum, tum Canonicatui adnexa debeat per se, vel per alium adimplere in casu etc.*

III. *An sit concedenda gratia sanationis in casu etc.*

Ad I. Affirmative salvo jure Episcopi revocandi ad servitium in casibus urgentis necessitatis.

Ad II. Affirmative quoad onera Missarum lectarum infixa præbendæ.

Ad III. Affirmative, onerata.

Sess.24.Cap.12. De Reform.

CIVITATIS CASTELLANAE JUBILATIONUM. Præter Canonicum Joannem Baptistam Ercoli, de quo actum est in superiori causa, sacerdotes Carolus Orlandi, et Paulus Pacelli ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ

siæ terræ *Vallerani* Canonici indulta jubilationum postularunt mense Aprilis proxime præteriti ob expletum quadragenarium servitium, ac adversam, qua laborant, valetudinem. Canonicus enim Pacelli est quasi septuagenarius, et auribus gravis, Canonicus vero Orlandi octogenarius, et claudus. Episcopus remisit Capitularem resolutionem ambobus Canonicis contrariam ob easdem causas, quibus Canonico Joanni Baptistæ Ercoli jubilationem a Sac. Congregatione denegandam esse censuit, quarum præcipua est choralis servitii, cultusque divini non leve, sed notabile detrimentum; si enim post hos alius Canonicus ejusdem Ecclesiæ Franciscus Ercoli, qui jam præstitit quadragenarium servitium, idem efflagitet indultum, tres duntaxat præbendati supererunt chori servitio addicti, quod confirmat Episcopus in sua informatione,in qua ita = *Utrique instatiæ minime annuendum esse reliqui Canonici putant, ac ego quoque existimo, quoniam, aliis Canonicis deficientibus Chorale servitium valde imminueretur, et aliquando prorsus deficeret, quod non est permittendum* =

Quatenus autem et hos voti compotes fieri censeat Sac. Congregatio, orat Capitulum, ut decernatur onera missarum, et alia præbendis infixa per jubilatos esse adimplenda. Cætera quæ tum in jure, tum in facto viam sternere possunt ad rectam causæ definitionem habent EE. PP. in duobus superioribus causis in hoc folio relatis,a quibus iterum referendis me abstineo,ne inutili repetitione Vos morer, duo igitur proponuntur controversiæ capita

I. An Canonicis Orlandi, et Pacelli sit concedendum jubilationis indultum in casu etc.

Et quatenus affirmative

II. An, et quæ onera tum Missarum,tum Canonicatui adnexa debeant adimpleri a duobus jubilatis vel per se, vel per alios in casu etc.

Ad I. Affirmative salvo jure Episcopi revocandi ad servitium in casibus urgentis necessitatis.

Ad II. Affirmative quod onera Missarum lectarum infixa præbendis.

PI-

Ses. 25. cap. 11. de Reform.

PISAUREN. EMPHYTEUSIS. Cum in Congregatione diei 18. Martii proxime præteriti *quatuor* in hac causa proposita fuerint dubia, ut pandit folium illius diei; *primum*, *secundum*, et *quartum* resoluta fuerunt. Quo vero ad *tertium* his verbis conceptum = *An, cui, et quomodo sit deliberanda Emphyteusis* = placuit Emis Patribus novum præscribere licitationis tentamen, ut si fieri posset melior evaderet beneficii, de cujus bonis agebatur, conditio. Rescriptum hinc fuit = *Dilata, et affigantur nova edicta super oblatione scut.* 147.

Mandatis obtemperavit Episcopus, qui in novissimis litteris testatur, edicta per cursores ad publica consueta loca affixa fuisse = *nullus tamen* (ita refert) *intra terminum dierum decem, ut moris est, præfixum comparuit, qui vel obulum unum obtulerit, imo qui nec quidem quid sibi vellent edicta illa quæsierit.* = Dum hæc Pisauri agebantur Vincentius Perfecti, qui in præterita causæ propositione totus fuerat, ut Comitem Alphunsum Montani ab Emphyteusi detruderet, vita functus est. Superest ergo Alphunsus sine contradictore. Videant proinde Emi Patres, quos precor reassumere folium diei 18. Martii præteriti, an, et quomodo sit ejus favore deliberanda emphyteusis sub *dubio*, quod iterum proponitur

An, cui, et quomodo sit deliberanda emphyteusis in casu etc.

Non proposita cum sequen.

Sess. 22. Cap. 6. et cap. 11. de Reform.

SENEN. Volvente sæculo decimo quarto Præsul Donus Deus de perinsigni Malavoltorum prosapia Senarum Episcopus Hospitium instituit, publicisque funda-

dationis tabulis sub die 10. Julii 1348. præclara dotatione de propriis bonis munifice ditavit.

Institutionem hujusmodi, quam in honorem, et sub invocatione hospitæ S. Martæ dicatam esse voluit, eo præcipue præordinavit pius fundator, uti Episcopi, et inopes sacerdotes, qui per Senarum civitatem transitum facerent, commode hospitarentur. Alia insuper adjecit opera ex reditibus assignatæ dotis præstanda. Hospitium autem voluit = *uti esset sub protectione perpetua filiorum fratrum suorum, et hæredum ipsorum in perpetuum* = quibus proinde defensorum, et patronorum titulo, et prærogativa decoratis jus demandavit hospitii ministrum eligendi, qui illius bonorum curam, et administrationem gereret, et rectoris obiret munera, adjecta etiam lege = *ut minister prædictus debeat quolibet anno tenere de suprascriptis bonis, reditibus dicti hospitii pro communi necessitate dictorum patronorum centum libras denariorum Senensium expendendas per ipsum ministrum in omnem necessitatem ipsorum patronorum*.

Sequiori tempore plura hospitii tum rustica, tum urbana prædia Malavoltorum familiæ in emphyteusim, seu a *Livello*, rectoribus pro tempore annuentibus, et Apostolica interposita auctoritate concessa sunt, et jam ab anno 1600. annua centum librarum summa, quæ ad formam fundationis Malavoltis præstari debebat, imputari, et compensari cæpta est annuis canonibus, quos iidem patroni ob emphyteutica sibi concessa bona quotannis hospitio e converso debebant.

Veruntamen cum Canonum quantitas annuatim rependenda in scutis 57,18. longe superaret præstationem librarum centum Senensium, quæ scutis quindecim Romanis respondet, cumque Malavoltorum familia jamdudum ad inopiam vergens, impar facta fuisset ad debitum hospitio solvendum bis implorata est supremæ Sedis benignitas sub Benedicto XIV. anno 1753. et sub Pio VI. anno 1782. qui omnem debitum cum hospitio eousque conflatum Oratrici familiæ condonarunt.

Non ideo melior evasit Malavoltorum fortuna, imo in pejus ruens, et ad extremum redacta, publica aucto-

ritas

ritas Comiti Donus-Deo de Malavoltis curatorem designavit Equitem Thomam Petrucci.

Hic preces instauravit SS. D. Nostro, quibus exponens extremas familiæ Malavolti angustias postulavit condonationem æris alieni erga hospitium contracti duplici ex titulo tum ob canones non solutos, tum ob male gestam administrationem, quam actualis Comes Donus-Deus retinuit a mense Martio 1799. ad mensem Septembris 1800. hospitii, et bonorum ejusdem, ac insuper ita exoravit.

E poichè presentemente le spese per il ricevimento de' Vescovi, e Sacerdoti Pellegrini sono ben piccole, ed in conseguenza l'Ospizio fa sempre qualche avanzo, per cui anche non correndo le annue corrisposte della Casa Malavolta suol conferire a mente del pio Istitutore dei sussidj dotali a povere fanciulle della Città, l'Oratore predetto si fa coraggio di supplicare umilmente il clementissimo cuore della Santità Vostra, perchè avuto riguardo allo stato povero dei Signori Malavolta, alla qualità residente in essi di patroni, e discendenti dal pio istitutore, e desiderio dal medesimo dimostrato, che in ogni circostanza si prestasse loro dall' Ospizio favorevole soccorso, voglia degnarsi accordare la sospensione delle predette annue corrisposte sino a che la famiglia siasi bastantemente rimessa dai sofferti disastri, e di condonare alla medesima ogni sopravanzo, che l' Ospizio in seguito possa fare per cumularlo, ed erogarlo in sussidj dotali dell' tre figlie dell' attual patrono, in vece che sia erogato in doti a favore di altre fanciulle =

Supplicem Oratoris libellum ad Eminentissimum Archiepiscopum remisi, qui hæc retulit *Cum ad inopiam vergat eques Donus-Deus de Malavoltis de nobilissima, et antiqua familia, et progenie Donus-Dei Malavolta Episcopi Senarum fundatoris Hospitii S. Marthæ in hac civitate pro Episcopis, et Presbyteris peregrinantibus, eques Thomas Petruccius uti curator, et administrator patrimonii dicti equitis Donus-Dei Malavolta patroni præfati Hospitii, petit à S. Sede Apostolica in adjunctis precibus condonationem debiti, quod habet cum Hospitio propter canones, et præstationes antiquas non solutas, et insuper suspensionem pro tractu temporis solvendi dictos*

ca-

canones, et præstationes una cum condonatione omnium redituum, qui annuatim supersunt Hospitio satisfactis oneribus. Antonius Zamperini rector Hospitii in sua relatione diei 19. *Aprilis labentis anni una cum calculis refert debitum dicti æquitis Malavolta patroni proveniens ex non solutis annuis canonibus, et antiquis præstationibus censuariis in summa sc.*48. 48. $\frac{1}{4}$ *ad totum mensem martii proxime præteriti adscendere ad summam scut.* 1454. 33. $\frac{1}{2}$ *reditus vero Hospitii esse annuorum scut.* 247. 03. *et expensas enumerandas esse in annuam summam scut.* 157. 90. *ideoque superesse summam scut.* 79. 13.

Promothor fiscalis in suo voto proponit condonationem debiti, quod habet patronus per totum mensem Maii in dicta summa scut. 1454. 33. $\frac{1}{2}$ *una cum debito propter residuum suæ administrationis, et sanationem nullitatum, si quæ fuerint provenientium ab expositione in precibus porrectis S. M. Benedicti XIV. et Pii VI. Ast cum agatur de patrono inope censerem quod prævia condonatione debiti prædicti, et dicta sanatione, firmo tamen onere solvendi quotannis præstationem censuariam sc.* 8. 70. *provenientem ab instrumento diei* 13. *Maii* 1816. *absolvendus sit eques Donus-Deus Malavolti patronus a solutione debiti prædicti in summa sc.* 1454. 33. $\frac{1}{2}$ *et a solutione tantum canonum, et præstationum antiquarum ad totum mensem Decembris* 1822. *decurrendarum, et cum conditione quod non habeat locum subsidium sc.* 15. *annuorum nec recognitiones annuæ patrono debitæ dummodo residuum annui reditus erogetur per totum ann.* 1822. *quoad tertiam partem in melioramentis prædii nuncupati = Le Poggerine = fundi dicti hospitii, reliquæ vero duæ partes in expensis pro honesta familiarum patroni educatione.*

Porro quod ad reditus huc usque perceptos spectat, de quibus condonationem, et absolutionem postulat Orator, notum est eos, qui Ecclesiæ, vel piorum locorum bona, vel reditus occupaverint ad omnimodam restitutionem teneri *Conc. Lat. sub Leone X. sess.* 9. *et* 10. *cap. Prædia cum seq.* 12. 9. 2. quod confirmavit, declaravitque dein S. Tridentina Synodus *Sess.* 22 *cap.* 11. *de Refor.* hisce verbis = *Si quem Clericorum,*

 vel

vel laicorum . . . . . . cupiditas occupaverit, ut alicujus ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis, vel regularis Beneficii, Montium Pietatis, aliorumque locorum Piorum bona, census, ac jura etiam feudalia, et emphyteutica fructus, emolumenta etc ... in proprios usus convertere, et usurpare præsumpserit . . . . in anathemate tandiu subjaceat, quamdiu bona, res, fructus, et reditus, quos occupaverit, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive Beneficiato integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit

Verum in themate non quæstus cupiditas quæ jure optimo omnibus ecclesiasticis pœnis a SS., Canonibus coercetur, sed realis ac vera indigentia ad pii hospitii fructus sibi adducendos impulit Malavoltas, et modo vera, ac realis impotentia impares reddit ad ejusdem fructus restituendos, ut testatur Emus Archiepiscopus, et satis constat ex statu activo, et passivo familiæ, nec non ex deputatione curatoris facta a publica auctoritate. Rationabilis hinc causa adesse videtur indulgendæ condonationis, qua quidem extante sæpe sæpius S. Congregatio illam concessit, quemadmodum videre est in *Lucana* 17. *Januarii* 1789 *in Bononien. Commutationis Voluntatis* 17. *Septembris* 1791. *in Mantuana* 2. *Martii* 1818. *in Florentina, seu Fesulana* 27. *Martii* 1819.

Quo vero ad reditus in posterum percipiendos, Oratoris petitio quamdam secum fert pii fundatoris voluntatis commutationem; siquidem reditus, qui eo disponente in varios pios usus erogari deberent, Orator sibi, suæque familiæ applicari postulet. Hinc cum a SS. Canonibus cautum sit pias defunctorum voluntates inviolabiliter esse servandas, et non nisi justa, ac legittima accedente causa, nec in melius posse converti *Can. ultim. voluntas caus.* 17. *quæst.* 2. *Concil. Trident. sess.* 22. *cap.* 6. *de reform. et S. Congregatio in Romana Commutationis voluntatis* 14. *Junii* 1808. rejicienda prorsus videretur instantia: videant tamen EE. PP. utrum causa hujusmodi justa, ac legitima in casu mutuari possit ex Oratoris, ejusque familiæ paupertate, ex ejus cum fundatore propinquitate, nec non patroni qualitate. Novum quidem haud

haud est, ut ex canonica æquitate defunctorum voluntates vel suspendantur, vel commutentur, ut succurratur iis, qui superius relatis pollent requisitis, ut post *Canonem* 35. *Concil. Tolet IV.* tradunt *Lambertin. de j re patron. lib.* 3. *quæst.* 2. *art.* 3. *n.* 8. *Pirrinh. lib.* 3. *decret. tit.* 38. *n.* 37. *Reiffenstuel. ibid. n.* 115.. quam sententiam pluries amplexa est S. Congregatio, ac præsertim in *Camerinen.* 21. *Augusti* 1784, *in Asculana dispensationis* 20. *Maii* 1786. *et in Aquen. Capellaniæ* 20. *Januarii et* 5. *Februarii* 1787.

Quin necessaria sit extrema illa paupertas, quæ necessaria etiam adimit alimenta, præsertim in patronis cospicua nobilitate fulgentibus, satis enim superque est ea, quæ dicitur paupertas respectiva, qua nempe fiat, ut familia minime possit decenter ea, quæ necessaria sunt, sibi comparare, ut in peculiaribus casibus patronorum indigentiæ opituletur, ita censuit eadem S. Congregatio in superius laudata *Aquen. Capellaniæ* 20. *Januarii et* 5. *Februarii* 1785. *et in Ariminen. Capellaniæ* 22. *Julii* 1815.

Dubitari etiam potest, an in casu vera intercederet fundatoris voluntatis commutatio sive *expressæ*, qua volvit ille, uti superextantes reditus beneficio pauperum erogarentur, *sive præsumptæ* in suorum consanguineorum favorem, nam cum disposuerit pius institutor, ut reditus hospitalitatis operi superextantes vel in pauperum eleemosynis, vel in *pauperibus nobilibus verecundis virginibus Christo desponsandis*, *vel hominibus maritandis* erogentur, consonum expressæ ejus voluntati videtur, ut pauperes ejus consanguinei, et consanguineæ pauperes puellæ vel in sæculo, vel in Domino proxime nupturæ effectum liberalitatis, et caritatis ejus consequantur.

Expressæ quodammodo voluntati etiam præsumpta opitulari videtur desumpta ex quo fundator suos propinquos, et hæredes in perpetuum, prerogativa patronatus decoravit, mandavitque ut iidem in perpetuum Hospitii rectorem, et administratorem eligerent, nihilque is facere posset sine patronorum consensu, et auctoritate, imposito eidem onere singulis annis

centum libras monetæ Senensis (quindecim scut. mon.Rom.) pro communi eorum necessitate, iisdem patronis solvendi. Quæ quidem summa centum librarum pro iis temporibus, quibus facta est prima Institutio, nimirum sæculo vertente decimo quarto tenuis certe dici non poterat.

Dubia itaque proponuntur.

I. *An, et quomodo condonandi sint reditus jam percepti in casu etc.*

II. *An, quomodo, et pro quo tempore concedenda sit suspensio solutionis canonum, et præstationum in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

Die Sabathi 26. Augusti 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

PISAUREN. EMPHYTEUSIS.

Sess. 23. Cap. 11. De Reform.

Dubium.

An, cui et quomodo sit deliberanda emphytheusis in casu etc.

Affirmative favore Comitis Alphunsi Montani pro annuo canone scutatorum 147. salvo jure vigesimae, et sextae; et praestito per Montani intra tempus ab Episcopo designandum idoneo fundo libero pro securitate canonis justa votum Emi Relatoris per Bullas.

SENEN.

Sess. 22. Cap. 6. et 11. de Reform.

Dubia.

I. *An, et quomodo condonandi sint reditus jam percepti in casu etc.*

II. *An, quomodo, et pro quo tempore concedenda sit suspensio solutionis Canonum, et praestationum in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

Dilata in omnibus, et scribatur Emo Archiepiscopo, qui dignetur referre de singulis contractibus emphytheuticis, eorum legitimitate quoad interventum necessariae auctoritatis, eorumque justitia quoad quantitatem canonis, et de existentia fundorum penes Malevoltos.

CA-

Sess. Cap. 4. De Reform.

CATANEN. DISPENSATIONIS MATRIMONII Matrimonium servatis omnibus solemniis a SS. Tridentino Concilio præscriptis, ac mutuo, liberoque utriusque partis consensu celebratum est Cataniæ die 28. Februarii 1808. inter Nobilem Puellam Antoniam Guttadauro ex Principibus Reburdone, et æque nobilem Juvenem Ignatium Paternò ex Principibus Biscari. Fœdus, quod adeo felici omine initum videbatur, paucos post menses inimica turbavit discordia. Hinc Sponsa relicta Sponsi domo, relictoque nuptiali thalamo (quem communem cum Ignatio habuerat) apud Patrem secessit; quod non semel, sed una alteraque vice renovavit, frustra tum Episcopo, tum ipsa Regia Majestate adnitentibus, ut sepositis, si quæ fuerant, jurgiis iterum amice sociarentur Conjugum animi.

Cum igitur post octo supra decem menses nihil profecerint mutuus ante nuptias affectus, floreus utriusque Conjugis ætas, longa in eodem lecto condormitio, Episcopi suasiones, et Regis imperium, institutum a Principissa Antonia est Judicium coram Episcopali Curia de Mense Septembris 1809. postulans - *Si dichiari nullo quoad vinculum il riferito Matrimonio non consumato ec. e se all'incontro il detto Matrimonio non consumato sarà dichiarato valido, si prescriva juris, et facti remediis opportunis l'esatta esecuzione di quanto viene inculcato dalle Leggi Canoniche in simili casi* „.

Quid actum fuerit in hoc judicio exhibet illius Processus in Summariis relatus, ex quo constat, Sponsam in supplici libello interposita jurisjurandi fide asseruisse, nunquam fuisse Matrimonium consumatum Sponso præfixum fuisse terminum ad emittendum super non consumatione juramentum, quo elapso haberetur juramentum tanquam præstitum, et reapse terminum effluxisse, nulla a Sponso contraria facta declaratione; Constat, exhibita fuisse totidem Epistolia in locum septimæ manus, quin tamen (ut contigit de utroque Sponso) unquam Propinqui formali subjecti fuerint examini. Constat insuper, decretam, exequutamque fuisse recognitionem corpo-

poris Viri a judicialibus Peritis, qui ita suam patefecerunt sententiam „ *Firmiter arbitramur, D. Ignatium ex parte sui Corporis ad coeundum esse habilem, atque idoneum* „ E contra sub die 14. Decembris 1811. postulata est, juxta SS. Canonum sanctiones, decreta inspectio corporis Mulieris per obstetrices, quæ de statu ejus Virginitatis referrent; et tamen eadem die, mense, et anno, hoc neglecto judiciali decreto, indicta est Conjugibus triennalis cohabitatio.

Urgebat Vir indictæ cohabitationis tentamen, renuebat Sponsa, quæ tandem sub die 9. Maii sequentis anni 1812. Judicio super nullitate solemniter valedixit, reservato sibi jure implorandi a S. Sede dispensationem a Matrimonio rato, et non consumatio. Non tamen acquievit Vir, qui contra hujusmodi renunciationem insurgens, aut cohabitationis exequutionem, aut nullitatis declarationem postulabat; donec interea temporis defuncto Episcopo, ac renovatis actis coram Vicario Capitulari, is sub die 4. Septembris 1814. decretum pro cohabitatione triennali revocavit *tanquam nulliter, et indebite expeditum*, atque ita judicium super nullitate conticuit.

Tunc idem ipse Vicarius Capitularis preces SSmo dedit, ut Suprema auctoritate ab hoc infausto Matrimonio dispensationem concederet; quibus precibus ad S. Congregationem remissis prodiit Rescriptum die 17 Decembris 1814. „ *Desunt probationes justae causae ad dispensandum, et non sequutae consumationis* „ quod repetitum est ad preces, quas nomine proprio renovavit Princeps Paternò rescripto 12. Julii 1817. „ *In decretis sub die 17. Decembris 1814.* „

Non tamen præconceptam dimisit spem Princeps Paternò, qui iteratis precibus enixe a SSmo dispensationem a Matrimonio rato, et non consumato exoravit. Tunc die 30. Maii 1818. datæ sunt literæ novo Cataniæ Antistiti, *ut judicialem conficeret Processum et probationes inducendas reciperet super non consumatione, et Canonicis causis dispensationis Matrimonii, servata in omnibus forma Constitutionis San. Me. Benedicti XIV. Dei Miseratione sub poena nullitatis*

talis „ At promotis a Principe instantiis in Episcopali Curia pro confectione Processus Principissa solemniter suum patefecit dissensum , et aperte declaravit „ *che nessun motivo Canonico si rinviene per cui implorare lo scioglimento* „ Hinc nec Conjuges , nec septem eorum Consanguinei ad formale examen vocati sunt , nec tentata est recognitio Corporis Mulieris ; sed paucis collectis actis Episcopus suam relationem trasmisit , in qua probatam dicit non sequutam consumationem , nihilominus denegandam esse Apostolicam Dispensationem *ex defectu Causae, et Uxoris dissensu* .

Causa hodie proponitur Dispensationem a Matrimonio rato , et non consumato postulante Principe Paternò, contradicente Principissa Gottadauro ; distributis ex utraque Parte Allegationibus , quibus superaccedunt Defensoris Matrimonii Animadversiones . De his nonnulla summatim referam, ne inutili labore,quæ fusius in prædictis Allegationibus , et Animadversionibus tractata sunt , repetam .

Quæ duo omnino requiruntur ad obtinendam Apostolicam dispensationem a Matrimonio rato , et non consumato , nimirum certa non sequutæ consumationis probatio , et legittima dispensandi causa , hæc sibi adstipulari putat Defensor Principis Paternò. Quoad primam in medium adducit pluries repetitas Principissæ Reburdone confessiones de non sequuta consumatione , quæ cum in præsenti judicio Viro postulanti dispensationem opponatur , contra se ipsam testatur , ac proinde plurimum illius testimonium valere dicit. Addit hanc Mulieris declarationem non semel , sed pluries confirmasse Virum , et Supremum addere calculum Septimam Propinquorum manum . Plurima vero simul colligit argumenta , ut Viri , ac Mulieris confessionem magis confirmet , petita *tum* ex iteratis usque ad tertiam , et quartam vicem inter Conjuges dissidiis ob non praestita obsequia matrimonialia ; *tum* ab instituto a Muliere judicio super nullitate , putans, virum, qui nunquam ad conjugales amplexus accederat, esse impotentem; *tum* etiam ex Vicarii Capituralis , et Moderni Episcopi relationibus , a quibus

bus deducitur, omnibus certam de non sequuta consumatione invaluisse sententiam.

Ex his arbitratur, haud claudicare probationem adeo necessariam, ex quo facta non fuerit inspectio corporis Mulieris, vel quia septima Propinquorum manus non fuerit formali examini subjecta. Siquidem inspectionem Corporis semper dubiam dicit probationem, quemadmodum nonnulli inter Medicæ artis Doctores opinantur, et insuper non necessariam, si aliunde ex aliis factis, aliisque argumentis certo constet de nunquam sequuta consumatione. Quod vero de Septima Propinquorum manu judiciale periculum factum non fuerit, id putat non sui Clientis vitio tribuendum esse, cum ipse hoc examen juxta articulos a Muliere propositos exequi postulaverit apud Curiæ Episcopalis Judices, qui illud prætermitti posse putarunt, quia satis apud ipsos explorata erat non sequutæ consumationis probatio.

Ad Causam Dispensationis gradum faciens idem Defensor Principis Paternò, eam constituit *in relativa coeundi impotentia* ob sui Clientis animi aversionem erga Principissam Reburdone, et hanc causam esse sufficientem pro dispensatione confirmat ex Sententia *Divi Thomae in quar. Senten. dist.* 34. *quaest.* 1. *Artic.* 4. *Turrecremat. super Decret. Gratian. Caus.* 35. *quaest.* 1. *art.* 4. *num.* 13. *et Sanchez. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 92. *num.* 13. Ita vero rem sese habere ex longa Conjugum consuetudine putat demonstrari. Nam si per Sexdecim Menses, et ultra Sponsus non modo domum, sed lectum etiam habuit cum Sponsa communem; si Sponsus rei uxoriæ aptus certo certius erat, ut constat ex judiciali illius corporis inspectione; nihilominus nunquam matrimonium consumavit, imo nec ad sponsam accessit, non alia causa tam insolitæ Viri frigiditatis assignari potest, quam illius animi aversionem, quæ insuper habile ad obsequia matrimonialia præstanda impedimentum parabat. Quin etiam magis hujus insuperabilis aversionis probatio manabat ex eo, quod eam nunquam vincere potuerit mutuus ante matrimonium amor, nec decora lectissimæ Puellæ forma, nec parentum,

 ami-

amicorum, Episcopi, et Regis suasiones, et imperium.

Hæc autem causa insuperabilis repugnantiæ cum certa sit, superabundare ipsi videtur ad obtinendam dispensationem, ad quam assequendam sufficeret, etsi eadem causa probabilis tantum, et dubia esset. Non enim modo Princeps Paternò agit in judicio *Nullitatis Matrimonii*, in quo ad obtinendam victoriam certæ undique probationes requiruntur; sed eo relicto judicio res est *de dispensatione*, quæ interponi posse contendit Defensor Viri a Suprema Apostolica Auctoritate, etiamsi probatio impotentiæ numeris omnibus absoluta non sit. *Ita Pignat. Cons.* 148. *num.* 10., *et* 14. *Ursaj. discept. Eccles.* 21. *numer.* 13. *et Cons de Separat. Thor. Conjug. lib.* 3. *Cap.* 2. *num.* 386. *ad* 393.

Defensor vero Matrimonii plurima contra primum necessarium extremum, nimirum non sequutæ consumationis animadvertit. Ac *primo* opponit deficere utriusque Conjugis legale juramentum non consumationis: Mulier quidem in primo libello, quo viro suo diem dixit super nullitate Matrimonii, hæc verba adjecit „ *previo il suo solenne giuramento di non essere giammai divenuta Conjuge del riferito Signor Principino* „ at nunquam Judice deferente, præviis interrogatoriis, et adstante Defensore Matrimonii eidem Mulieri delatum est juramentum. Paratam igitur sese exhibuit Mulier ad juramentum præstandum, sed nunquam revera illud præstitit, cum pro infecto habeatur, quod legitimo modo factum non est.

Vir autem nec exhibuit, nec præstitit juramentum; Nova siquidem in hujusmodi judiciis inveheretur praxis, si statuto a Judice termino ad jurandum, eo elapso, silentium Partis tanquam formale juramentum haberetur; cum e contra hujusmodi juramentum non *negativum*, *sed assertivum* de sequuta, vel non consumatione, et formaliter requisitum esse debeat, juxta notissimam Benedictinam Constitutionem, quæ sub pæna insanabilis nullitatis servanda in omnibus est, ut respondit S. Rotæ *Auditorium in decis.* 7. *num.* 8. *coram Herzan*, et semper retinuit

S. hæc

S. hæc Congregatio, et novissime *in Panormitana Matrimonii* 25. *Januarii* 1817.

Ad alterum vero requisitum, quod audit *Septimae Manus*, animadvertit, ex parte tantum Mulieris nobiles Proquinquos, et Amicos adductos fuisse, qui per epistolia referrent de conquestionibus non præstiti a Viro Matrimonialis obsequii; Neminem ex iis sub necessaria examinis tortura fuissse probatum, neminem jurasse. Ex parte autem Viri nec unum fuisse inductum, qui ejusdem Viri assertiones juratus confirmaret. At enim neminem latet *ad Text. in* C. 5. *de Frigidis*, necessarium omnino esse, ut septem ex utroque latere, scilicet *quatuordecim*, Consanguinei jurati superaccedant, quibus præstitum jam a conjugibus juramentum a quavis collusionis suspicione purgetur *Schimier. Jurisprud. Can. Civili tom.* 3. *lib.* 4. *tract.* 3. *num.* 15. *Cap.* 5 *Sanchz de Matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *n.* 11. S.Congregatio *in Amerin. Matrim.* 20. *Julii* 1793. Redit ergo quod de juramento unius, alteriusque Conjugis dictum est, nimirum prorsus deficere *Septimam Manum*, cum allatæ Consanguineorum attestationes contra præscriptum a SS.Ecclesiæ Canonibus fuerint exhibitæ.

De *tertio* demum requisito, quod respicit recognitionem Virginitatis in Muliere, conveniunt Partes, et ex utroque Processu constat prorsus deficere. Nam licet una, alteraque vice Vir apud acta postulaverit deputationem Obstetricum pro recognitione Corporis Mulieris, licet a Judicibus ejus instantia fuisset admissa, ac decreto obfirmata, attamen non fuit unquam exequutioni commissa, et illius decreto successit indictio triennalis cohabitationis. Porro SS. Canonum præsidio docent Theologi ac Canonistæ, ut in iis etiam Causis, in quibus convenit utriusque Conjugis juramentum de non sequuta consumatione, fieri debeat inspectio corporis Mulieris. Ita *Tamburin. de Sacramen. lib.* 8. *de Matrim. tract.* 15. *Cap.* 7. *num.* 6. *Sanchez. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 23. *num.* 1. *et* 2. *De Justis de dispens. Matr. lib.* 2. *Cap.* 14. *num.* 107. *et Consc. de separ. Thor. lib.* 3. *Cap.* 2. *num.* 171.

Nec carpendum putat Defensor Matrimonii, quod

Honorius III. in *Cap. Causam Matrimonii* 14. *de prabat*: enunciaverit, manus, et oculos Obstetricum falli posse. Si quidem in re tanti momenti, cum agatur de Matrimonii vinculo, quod si consumatum sit, indissolubile est, prudenti consilio statutum, receptumque est, ut nulla prætermittatur diligentia ad certum reddendum judicium, ac proinde necessaria sit inspectio Corporis Mulieris, etiam si dari possit, manus, et oculum Obstetricum in errorem incidere. Ita neglecta Scholarum disputatione super certitudine signorum Virginitatis, constanti sententia S. hæc Congregatio in similibus casibus corporis Mulieris inspectionem fieri imperavit in Januen. *Matrimonii* 10. *Maii* 1738. *in Romana Matrimonii* 13. *Januarii* 1753. *in altera Januen. Matrimonii* 16. *Aprilis* 1791. *in alia pariter* Januen. *Matrimonii* 20. *Julii* 1793. *et novissime in Aurien. Dispensationis* 19. *Decembris* 1818.

Nec satis officio suo fecisse sibi videtur Defensor Matrimonii in rejiciendis probationibus a Defensore Principis Paternò adductis ad evincendam nunquam fuisse sequutam consumationem, sed insuper plura superaddit, ut probet e contra Matrimonium reapse fuisse consumatum, quemadmodum Eminentissimi Patres ex illius animadversionibus facile noscent, quin eos inutili repetitione detineam.

Inutilem post hæc animadvertit disputationem *de Causis* Dispensationis, quæ nunquam conceditur, imo juxta dogmaticam Ecclesiæ doctrinam concedi non potest, ubi certum non sit, non fuisse Matrimonium consumatum. Sed de his causis fusius, et accurate edisserit Defensor Principissae Reburdone, qui admissa juxta suæ Clientis declarationem non consumatione, totis viribus conatur excludere quamlibet dispensationis causam *tum* ab extrinseco, quia Processus pluribus nullitatibus scatet, *tum* ab intrinseco ex triplici fonte, nimirum ex *persona* Principis Paternò, qui cum ad rem uxoriam sit apprime comparatus, noluit tamen Matrimonium consumare, ac proinde indignus factus est qualibet Ecclesiastica benignitate; ex *persona* suæ Clientis, quæ formaliter, et justis de causis dissentit dis-

dispensationi, quæ nequit juxta Ecclesiæ praxim in ejus præjudicium concedi; tum demum ex deficientia illius Causæ, quæ ut Apostolicæ dispensationi viam sternat, oportet, ut sit justa, gravis, et urgens, sed ne nimius sim, precor Eminentissimos Patres hæc fuse tractata noscere in allegatione favore Principissæ, atque ita qua pollent sapientia dirimere. Dubium.

An constet de Matrimonio rato, et non consumato, ita ut sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu etc.

Negative.

ARI-

Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

ARIMINEN. NOMINATIONIS, ET PRAESENTATIONIS. Paulo Marcheselli, Ludovico, ac Pellegrino ejus Nepotibus, *nec non eorum, et cujuslibet ipsorum successoribus* Anno 1440. Eugenius IV. San. Mem. Ecclesiæ Parochialis S. Laurentii in Strata Ariminen. Dioecesis juspatronatus concessit ob illius reparationem, et Paræciæ dotationem cum facultate *praesentandi personam idoneam ad dictam Ecclesiam prima vice, et successive perpetuis futuris temporibus quoties illam vacare contigerit* „ Marchesselliorum familiæ postremus ex asse hæredes instituit „ La Signora Clelia Ippoliti Moglie „ del Signor Luca Soardi, e li Signori Gaetano, „ e Diego Ruffo tutti tre suoi Nepoti, e Figli del- „ la quondam Signora Adelaide Marcheselli sua „ Sorella. „ Ex Clelia hæres, et ex filio nepos extat Lucas Soardi: Ex Ruffis vivit Joannes, tantum, cum Didacus sine liberis decesserit. Hæreditas illa diu stetit indivisa, anno vero 1785. Lucæ, et Joannis Parentes inter se eam diviserunt ita, ut bes Ruffo, trientem habuerit Soardi. At ne verbum quidem fecerunt de hoc jure patronatus. Hinc Anno 1794. una simul Ruffo, et Soardi in hujus Ecclesiæ Rectorem Coadjutorem præsentarunt Sanctem Confernini; quo defuncto, anno 1818. iterum simul Michaelem Brioli nominarunt, qui hujusmodi officii emisit renunciationem.

Alterum tunc præsentare debebant patroni; verum in diversam scissi sunt sententiam, nec amplius in unam eamdemque personam convenerunt. Ruffus enim præsentare cupiebat vel Antonium Frampolesi, vel Joannem Cecchetti, quibus consentire Soardius nolebat, illi quia infirma afficitur valetudine, huic quia extraneus, et alienæ Dioecesis; sciebat enim Julium II. anno 1509. celeberrima constitutione, quam *Sipontinam* vocant Ariminensibus Civibus concessisse, ut omnia Beneficia Ecclesiastica, et Abbatiæ, Personatus, et Dignitates quæcumque Ecclesiasticæ dictæ Civitatis, et Dioecesis dentur, et conferantur solummodo idoneis Clericis ipsius Civitatis, et comitatus. Soardius e contra-

trario proponebat Petrum Ricci S. Mariæ Levolæ Parochum, et Blasium Migani, qui ipsius Ariminen. Dioecesis erant. Neutri favebat Ruffo. Quum uterque Patronus a proposito recedere nollent, pactum inter se inierunt, rem sorti committere, ita ut duo ex urna extraherentur, primus ut nominaretur, alter vero, ut secundo loco præsentaretur, si primus vel nollet, vel non posset officium demandatum obire. Sors cecidit in Frampolesi, qui se abstinuit infirmæ valetudinis causa, et in Cecchetti, qui alienæ, ut vidimus, dioecesis erat.

Quum autem Frampolesi presentaverunt Patroni, Vicarius Capitularis eos hortatus est, ne sorti rem committerent, legibus Canonicis adversantibus. Soardius igitur a sorte statim recessit, et Petrum Ricci nominavit; Ruffus vero apud S. hanc Congregationem institit, ut Cecchetti approbaretur. Statim rogavi Vicarium Capitularem, *ut audito praesertim Conpatrono Soardi referret de idoneitate Sacerdotis Cecchetti ad curam animarum ad formam S. Concilii Tridentini, et de consuetudine, quoad praeteritum in aliis electionibus*. Demandato munere functus est Vicarius, cujus informationem, et votum exhibet Summarium Soardi. Interea elapsum erat quadrimestre Patronis concessum, et Ariminensis Sacerdos Joannes Gaudenzi hujus Paræciæ impetrationem postulavit: verum quum res ageretur in hac S. Congregatione, instante Ruffo, preces Gaudenzi huic remissæ fuerunt, qui tunc petiit, obtinuitque, ut ad Causam admitteretur præsertim, quia Innocentii III. constitutioni adnixus putabat pro hac vice esse Patronos præsentandi jure privatos quum legitimam eligendi formam non adhibuissent.

Tunc, instante Soardi, præfixus fuit omnibus terminus ad deducendum jura sua in S. hac Congregatione: At Unus Soardi et jura sua deduxit, et allegationem distribuit. Illo igitur tantum informante, causa proponitur, vadimonium deserentibus Ruffo, Cecchetti, et Gaudenzi.

Dubitari non potest, quin tres tantummodo sint præscriptæ electionis formæ, scrutinium nempe, inspiratio, et compromissum, nec dubitari potest quin

ab

ab Honorio III. *in Cap. fin. de Sortilegiis* prohibitæ sortes fuerint in electionibus ad Ecclesiastica beneficia. Verum in hoc casu non de electione agitur, sed de præsentatione a patronis facienda, quæ multum inter se distant, ideoque quod de illa præscriptum habetur, non semper de hac affirmari potest. Electio enim est Canonica vocatio ad Ecclesiasticum Beneficium per superiorem facta, quæ numquam ad Laicos pertinet. Præsentatio vero est idoneæ Personæ exhibitio legitime facta per Patronum etiam Laicum ad Episcopum, vel alium Superiorem. Sortis tunc conventio, et extractio a Patronis peracta circa personam præsentandam est actus mere extrajudicialis, et extrinsecus, qui nec electionis, imo nec nominationis nomen meretur; quum post extractionem effectiva præsentatio requiratur, ut ita Episcopus Clericum presentatum instituat juxta *Glos. in Cap. unic. in figuratione Casus vers.* sed quæritur de *jure patronatus in 6. Lotterium de Beneficiis lib. 2. quaest. 6. a num. 35. et Rot. in Cracovien Beneficii 6. Martii 1676. coram Rondinino*. Quamobrem eadem S. Rota Romana *in decis. 495. part. 19. tom. 2. recent. num. 24.* hujusmodi conventionem permittit præsertim quia nulla specialis invenitur prohibitio in constitutionibus Pontificiis super hac præsentandorum sortitione.

Præterea Sixtus IV. et Leo X. etiam in electione hanc sortem admittunt, quando duo, vel plures sint, ita pares, ut dignior cognosci nequeat, quod explicat Natal. Alexander *Historiae Ecclesiasticae saeculo I. dissert. 6. ibi - probatur usus sortis si modo Episcopatus Candidati ita sint digni, et ita pares, ut vix inter eos sit meritorum discrimen*. Quod si in electione permissus est hujusmodi sortis usus, multo magis probandus videtur in designando viro, qui debeat præsentari, et multo magis in casu, quum Patroni non omnes Clericos indiscriminatim in Urna posuerint, sed aliquos tantummodo, quos Parœciæ munere, atque animarum cura dignos putabant.

Altera difficultas circa Cecchetti ab Urna extractum, et a Ruffo præsentatum eruebatur ex eo, quod alie-

næ Dioecesis sit contra præscriptum in citata Julii II. constitutione. Verum quum hæc non loquatur de Beneficiis Patronatus, videtur ea non respicere. Agitur enim de jure tertii tollendo, seu restringendo, ideoque specialis mentio necessaria fuisset, ita ut nisi hæc evidenter comprobetur nunquam libertatem hanc nominandi extraneos sublatam fuisse dicendum sit.

E contrario Soardi probat primo loco, jus patronatus, de quo agitur, esse hæreditarium, et non gentilitium ex ipsis verbis testatoris, qui primis vocatis substituit omnes ipsorum Successores. Dein sortem excludit *per text. in Cap. final. de Sortilegiis, et leg. Sacris Nostris* 45. *cod. de Episcopis, et Clericis.* Excluditur quoque discrimen illud inter electionem, et præsentationem. Etenim ex pluribus S. R. R. decisionibus præsertim *cor. Ansaldo decis.* 95. *et cor. Lancetta in Pampilonen* 23. *Januarii* 1719. et ex plurium doctorum sententia probatur, hanc sortem prohibitam esse etiam in præsentatione Fargn. *Comment. ad singul. Canon. de jure Patronatus Part. VI. in Cap. XXV. num.* 7. - ibi - *prohibitum est Patronis actus praesentationis expleri per sortes juxta text. in Cap. fin. de Sortilegiis, qui, licet loquatur de electione, locum etiam habet in praesentatione* -.

Nec obstare videntur constitutio Sixti IV. et Motus proprius Leonis X. Ibi enim permittitur sors, quando ita pares sint Candidati, ut cognosci nequeat dignior, quod difficilime dari potest, nec datur in casu; namque Frampolesi, et Cecchetti a Ruffo nominatis, quamvis digni hoc munere sint, tamen ex peculiaribus circumstantiis anteponendi sunt, quos nominavit Soardi. Et revera Frampolesi infirma afficitur valetudine, Cecchetti autem alienæ dioecesis est, ita ut nihil de ejus idoneitate dicere potuerit Vicarius Capitularis in sua informatione, quamvis ab hac S. Congregatione fuerit requisitus, quando et Ricci, et Migani a Soardio nominati ejusdem dioecesis sint; alter jam animarum curam exerceat, alter Congregatione Oratorii Vincentiæ nomen dederit. Paritas igitur omnino excluditur. Tandem Soardius censet, eligendum esse Ricci a se præsentatum, cum Ruffo pro hac vi-

vice præstandi jure destitutus esse videatur. Qui enim Patroni nulliter aliquem contra præscriptas formas presentant, pro ea vice jus suum amittunt, Juxta Const. Innocentii III. *in Cap. quia propter de Election* „ *ibi* „ *qui vero contra praedictas formas eligere tentaverit*, *eligendi ea vice potestate priventur.*

At Gaudenzi favore dici poterit, quod tam Ruffo quam Soardi convenerunt in sortis extractione, ita ut ambo pro hac vice presentationis jure privati censeri debeant; quin obstet postea Soardium ab hac conventione recessisse. Recessit namque post quam ab urna extracti fuere Frampolesi, et Cecchetti, imo post illius præsentationem, ideoque potuit Gaudentius beneficium impetrare. Verum quidquid de hac sortitionis prohibitione dicatur; certum est non deesse doctores, qui censeant hujusmodi modum permitti, et Rotæ Tribunal noluit quæstionem definire *in Pampilonen Abbatiae de Trurr.* 22. *Martii* 1748. *cor. Clemente* quemadmodum ex verbis num. 8. patet „ ibi „ *Ut ut autem de hac quaestione sit* „ Si igitur non adest clara, et expressa prohibitio in Constitutionibus Pontificiis, immo si incerta dici potest, nequit ex ea caducitatis poena contra Patronos induci, præsertim quum ad hanc S. Congregationem Patroni ante quadrimestris lapsum recursum habuerint.

Dirimendum hinc ab EE. VV informante Soardio, Vadimonium deserentibus Ruffo, Cecchetti, et Gaudenzi, erit sequens.

Dubium.

An constet de nullitate nominationis factae a Comite Joanne Ruffo favore R. D Joannis Baptistae Cecchetti, ita ut sit sustinenda, et servanda nominatio facta a Luca Soardi favore R. D. Petri Ricci in casu etc.

Iterum proponatur.

LV.

LUCANA LEGATI. Capellaniam cum onere quotidianæ Missae ad Altare S. Ignatii in Collegiali Ecclesia SS. Joannis, et Reparatæ instituit Anno 1717. Dominicus Motroni, collato alterno jure nominandi Sacerdotem ad nutum amovibilem natu majoribus ex duobus familiis Motroni, et Martini, deficientibus Masculis ex contemplatis Agnationibus (nam Fæminas, eorumque filios perpetuo exclusas voluit) nominationis compendium contulit pariter alterno jure in Priorem, et Canonicum Præfectum prædictæ Collegiatæ, quæ communi lacrymabili fato nuperrima rerum omnium subversione sublata amplius non extat. Exaruit jam familia Motroni, cujus ultimus agnatus arrogationis jure Sebastianum Fridericum Andreozzi sibi adscivit. Ex altera Familia Martini unicus superest Canonicus Stephanus Martini. *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Postulavit Sebastianus, qui unicam habet filiam fœminam, a Sanctissimo Domino Nostro, ut prævia derogatione tum qualitati Sacerdotali, tum amovibilitati Capellani ,, *la facoltà di nominare al godimento dell' officiatura uno de suoi Nepoti, che possa usufruttuarla in qualunque stato, sodisfatte le Messe, ed obblighi, e così in avvenire nelle future vacanze, sempre a nomina dell' Oratore, e suoi Eredi, e successori*.

Archiepiscopus, ad quem remissæ fuerunt preces, audito actuali Capellano, qui suum præstat consensum nec non Canonico Martini Compatrono hæc habet ,, Familia Motroni per arrogationem ab ultimo ejus- ,, dem Familiæ factam repræsentatur ab Oratore Se- ,, bastiano Friderico Andreozzi Motroni Patricio Lu- ,, censi, qui unicam filiam habet, et ex Familia ,, Martini nullus alius nisi Sacerdos unus, et hic ,, admodum provectæ ætatis, superest.

,, Orator præfatus Principis favore, quo ipse præ cæ- ,, teris gaudebat, Bona Piæ Institutioni addicta e com- ,, muni Bonorum Ecclesiæ direptione, quæ tunc ,, temporis facta fuit, eripere potuit, et eadem ,, Bona *affrancandoli*, ut vulgo dicebatur, æque ,, sibi vindicare potuisset. Pro futuris vocatis Paro-

„ chum pro tempore hujus Ecclesiæ Cathedralis Cu-
„ ratorem deputavi, cui Ecclesiæ, postquam a Gal-
„ lorum Regimine Paræciæ ad minorem numerum
„ redactæ fuere, Paræcia SS. Joannis, et Reparatæ
„ Pontificis auctoritate unita fuit.
„ Annui Capellaniæ reditus in centum quinquaginta
„ quatuor scuta Monetæ Romanæ computari pos-
„ sunt, Onera vero ejusdem sunt Missa quotidiana,
„ pro qua scuta triginta sex requiruntur. Festum
„ S. Titularis, in quo sex scuta circiter impendi so-
„ lent; insuper tria solvenda sunt pro Census fru-
„ ctibus, et quatuordecim administrationi bonorum
„ hujus Ecclesiæ, quia eidem unita fuerunt onera,
„ et Beneficium Ecclesiæ sic dictæ S. Sensii hujus
„ Civitatis, quibus a Capellano quotannis præ-
„ stabantur.
„ Considerandum denique onus taxæ Territorialis, pro
„ qua saltem scuta duodecim pro quolibet centena-
„ rio solvenda sunt. Prospici vero poterit onerum
„ implemento, si assignetur Ecclesia, in qua one-
„ ra ipsa adimpleantur, eademque inscribantur in
„ tabella onerum, quæ in quolibet Ecclesiæ Sacra-
„ rio asservatur in hac diœcesi, et Bona Capellaniæ
„ sub dominio, et potestate dictæ Piæ Institutionis
„ remaneant.
„ Ut tandem meam, ut in mandatis est, sententiam
„ aperiam, hæc mei muneris esse exponere puto.
„ Primum Oratoris finem admodum laudabilem es-
„ se, sublevandi scilicet filium Fratris sui omnibus
„ fortunæ bonis destitutum; deinde paupertatem
„ hujus Ecclesiæ, qua ob transactas vicissitudines
„ premitur, talem esse, ut Sacerdotum stipendia
„ valde exigua remaneant, ac proinde an Oratorem
„ ipsum exaudire sit expediens, Istorum Emorum
„ PP., et Emtiæ Vestræ Rmæ Superiori judicio re-
„ linquam.
Compatronus vero Canonicus Martini ab Archiepiscopo, ut erat in mandatis, auditus scripto declaravit „ Che
„ secondo la volontà del quondam Domenico Motro-
„ ni, fondatore della Cappellania nella Chiesa Col-
„ legiata di S. Giovanni e Reparata, m'incombereb-
„ be l' obligo come Patrono, rimasto solo per la
„ sop-

„ soppressione del Priore di S. Giovanni, di oppor-
„ mi a qualunque alterazione, che si volesse fare
„ della pia istituzione, come ancora riguardo ai
„ fondi assegnati. Secondariamente dirò, che il
„ Marchetti attuale Cappellano non ha facoltà al-
„ cuna, al di là dei suoi obblighi, non può porgere
„ suppliche, ne venire ad alcuna transazione, sen-
„ za incorrere il rischio di essere remosso dai Padro-
„ ni, come amovibile.

„ Inoltre resta a considerare, se dopo avere il fondato-
„ re, in vigore del suo Testamento aperto il 1717.
„ passato il diritto di nomina alternativa con i Mar-
„ tini, al Prior Torre di S. Giovanni per causa delli
„ estinzione della Famiglia Motroni seguita gl'
„ 8. Marzo 1806. colla morte del fu Sebastiano, ul-
„ timo di detta Famiglia, possa questa, mediante
„ l' arrogazione fatta con suo Testamento a favore
„ degli Andreozzi, possa dico conferire al medesimo
„ quel diritto, che secondo la volontà del Fondato-
„ re gli era stato per così dire accordato di godere
„ vita naturale durante solamente.

„ Il Testatore, estinta la linea Maschile Motroni esclu-
„ de dalla nomina alternativa le Femine, e figli di
„ Femmine, perchè non sono della sua Casata.
„ Dunque sembra, che il Signor Andreozzi non
„ possa aver luogo al Padronato ancora per questa
„ ragione. Pure se come arrogato, la legge lo favo-
„ risce, sebbene il 1806. la nomina sortendo dalla
„ famiglia Motroni, già estinta, passasse come si è
„ osservato in altri, io cedo a qualunque mia pre-
„ tenzione, e non mi oppongo alla grazia, che si
„ richiede al S. Padre: Salva però la mia coscienza.
„ Se poi per la mancanza del Priore, e del Capitolo
„ soppresso di S. Giovanni, si dà luogo di consoli-
„ darsi in me tutti i diritti di Patronato, riguar-
„ danti la Cappellania, in questo Caso mi sembra,
„ che, accordando Sua Santità la grazia all' Andreoz-
„ zi, verrebbe a fare un pregiudizio alla mia Per-
„ sona, ed ai miei Eredi.

Priusquam Emi Patres videant, an petita derogatio voluntatis sit concedenda, inquirendum videtur, utrum Orator, qui per arrogationem in agnationem, et

et Familiam Motroni transiit, censendus sit ex genere Patronorum, cui proinde competat exercitium activi Jurispatronatus. Certum in jure est adrogatum legitimo modo transire in potestatem adrogantis ita ut hujus agnatus fiat *Text. in leg. 2. §. haereditas ff. de suis, et legitimis haered.* vere filius efficiatur, jura suitatis acquirat, ac omnibus aliis potiatur, quibus potiuntur filii naturales, ac legitimi *Text. in leg. Cum in Adoptivis Cod. de Adopt.* ibique *Baldus num. 2.* Soccin. *Cons. 32. num. 4. et Torr. de pact. futur. Success. lib. 2. Cap. 44. num.* 16.

Sequitur inde, ut Orator, qui ab ultimo defuncto Sebastiano Motroni fuit adrogatus, eidem Sebastiano tamquam Filius, et necessarius hæres successerit. Porro inter hæreditaria jura indubium est accenseri etiam Juspatronatus *ex Cap. Cum saeculum de Jurepatro: Piton. controv. Patron. lib. 4. num. 35. Rota in Recent. decis.* 190. *num.* 8. *part.* 12. Si igitur Orator utpote adrogatus jam agnatus, et hæres est Sebastiani Motroni, videtur jus habere ad nominationem in jure patronatus, quod fundator reservatum voluit omnibus agnatis Masculis ex Familia Motroni.

Contra vero agitur de jure nominandi collato alternatim duabus Familiis Motroni, et Martini, ex quarum ultima superest adhuc Canonicus Stephanus Martini, cui quidem præjudicium inferretur, si Orator nominandi jure donaretur. Etenim cum defecerint substituti ex Collegiali Capitulo SS. Joannis, et Reparatæ, cumque exaruerit vera, ac naturalis Familia Motroni, is, qui ex altera Martini agnatione superest, sive jure accrescendi, sive jure non decrescendi integrum juspatronatus sibi vindicat ad *Text. in Leg. Haereditatis* 35. *ff. de Verb. signif. Leg. Si Titio 62. §. 1. ff. de Legatis 2.*

Eoque magis quia licet ex Principis privilegio, eoque auctorante fiat adrogatio, attamen ea tanti non est, ut ex hac juris fictione tolli possit jus alteri legitime quæsitum. Hinc nequit adrogatus successionem in Fideicommisso, vel Emphiteusi præpedire iis, qui ex lege institutionis, vel conventionis vocati sunt *Text. in leg. Fideicommissi 76. ff. de condic. et de monst. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quest. 39. num.* 18. et

in

in subjecta specie successionis in jurepatronatus *Lambert. de Jurepat. lib. 1. quaest. 2. num. 24. Card. de Luca eodem tract. discurs. 86. num. 2. et seqq. Rota in Recen. decis. 647. part. 19. tom. 2. num. 17. et 18.*

Jus quidem quæsitum videtur Canonico Martini, cum sit unicus superstes ex contemplatis familiis. Jam enim de Collegiata, ex qua duæ dignitates in nominatione alterno jure fuerant substitutæ, nulla amplius ratio haberi potest; Ut enim ait Archiepiscopus „ *Haec Ecclesia sub Gallorum Gubernio suppresso Capitulo ad usum publici Archivii destinata fuit, cui usui hactenus, et etiam nunc inservit; nec ejus Capitulum juxta novum Ordinem Lucanae hujus Ecclesiae a Sanctitate sua praescriptum et approbatum restitui debet* „ Ex familia Motroni defunctus est ultimus naturalis masculus agnatus, ac proinde dici potest, ut Juspatronatus, quod ab initio, et usque modo fuit agnatitium, deficientibus, cum fato cedet Canonicus Martini, agnatis, transeat ex æquitate Canonica in haereditarium. *Fignan. in Cap. Perlatum 1. de jurepatr. num. 25.* Rota *in Recent. decis. 59 num. 13. part. 5. tom. 2. et decis. 220 numer. 16. part. 11. et Sacr. Congregatio in Sutrina Jurispatronatus 11. Aprilis* 1818.

Si Eminentissimis Patribus ea arriserit sententia, ut Orator, tanquam adrogatus in familiam Motroni, censeri debeat Patronus, tunc inquirendum erit, utrum petita derogatio concedenda sit tum amovibilitati Capellani, tum qualitati Sacerdotali, ut ita ipsius Oratoris nepotis extremæ indigentiæ succurratur. Si enim Canonica æquitas tanto semper favore prosequuta est Patronos, ut eorum necessitatibus opem tulerit vel suspensione nominationis, vel etiam reductione ad tempus onerum Missarum, ut cæteris missis censuit S. Congregatio in *Camerinen. 21. Augusti 1784. in Asculana dispensationis 20. Maii 1786. et in Aquen. Capellaniae 3. Februarii 1787.*; eo magis hæc sequi potest sententia in præsenti casu; cum derogatio amovibilitati, et qualitati Sacerdotali in nihilo minuat suffragia favore Fundatoris. Ita enim nemini inferretur damnum, et justa concurret causa subveniendi Patroni necessitatibus,

ut

ut respondit S. Congregatio *in Lucana* 17. *Januarii* 1789. *et in Bononien. Commutationis voluntatis* 17. *Septembris* 1791.

At enim dici posset, Nepotem Oratoris ex hujus Sorore ortum ducere, ac proinde admissa etiam ex jure adrogationis qualitate agnatitia, et Patronali in Oratore, nec unam, nec alteram verificari in ejus Nepote, qui procedens ex fæmina cognatus est, et a succedendo in jurepatronatu repellitur expressa Fundatoris voluntate, qui ita cavit „ non volendo, che „ le figlie Femine discendenti da dette due Famiglie „ Motroni, e Martini succedino mai, e succeder „ debbano, ne pretendano di succedere in detto „ Patronato, e nomina per qualsivoglia Causa, e „ pretesto, che dire, ed imaginar si possa anche „ per Causa di mendicità.

Animadvertendum vero est, Oratorem plurimum benemeruisse de hoc legato pio, seu laicali Capellania, cujus bona ab universali diremptione vindicavit, eaque sarta, tectaque servavit ita, ut nunc etiam pia Testatoris voluntas adimpleri potest, quæ ceteroquin in leves abiisset auras, quemadmodum testatur Archiepiscopus. Quod si vel ex erectione, vel ex simplici dotatione acquiritur jus patronatus *Piton. de contr. Patron. alleg.* 22. *num.* 33. *et Garcias de Beneficiis part.* 1. *Cap.* 2. *num.* 102. videndum utrum eodem beneficio donandus sit ille, qui Capellaniæ dotem servavit. Dubia proponuntur.

I. *An constet de jurepatronatus Oratoris in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit annuendum ejus precibus in casu etc.*

Negative ad utrumque.

Sess 21. *Cap.* 7. *De Reform.*

ALATRINA. Vacantis Theologalis Præbendæ Ecclesiæ Alatrinæ collatio suspensa fuit Apostolica auctoritate, cjusque Præbendæ reditus, instante Episco-

po

po , ex Summi Pontificis Rescripto diei 13. Junii 1808. ad decennium proximum tantum a data Apostolicæ concessionis currere incipiendum , nonnullis appositis conditionibus concessi fuere favore Ecclesiæ Cathedralis, pro ejusdem Ecclesiæ , et ejus Sacræ Turris reparatione .

Dum Pontificia Gratia exequutioni committebatur notissima supervenit anno 1809. Ecclesiasticæ Dominationis militaris occupatio , ac inde nedum vacantis Canonicatus reditus , verum etiam ferme omnium Ecclesiasticorum Bonorum fructus absumpsit administratio , quæ dicebatur *Demanio* .

Reddita Ecclesiæ pace, ac restituto Sacratissimo Principe Romanæ Sedi, cum altera pinguior Præbenda vacasset , huic perpetuo adjunctum est Theologi munus . Præbenda vero , cujus reditus pro reparatione Ecclesiæ adhuc suspensi remanebant , ne semel quidem , sed immo iterum collata est , ac primo cuidam ClericoCajetanoToti, postque ejus mortem anno 1816. cuidam Sacerdoti Norberto Ricciotti, qui nunc eam possidet , ea tamen conditione , ut gratis inservire deberent donec decennium adimpleretur .

Instabat jam decennii exitus , cum mense Maio anni 1818. postulavit Canonicus Ricciottus sui Canonicatus reditus sibi addicere ab administratore , qui preces S. Congregationis nomine Capituli obtulit postulans , ut cum decennium *materialiter* quidem , non vero *utiliter* effluxum fuisset , per alios quinque annos favore Fabricæ protraheretur perceptio fructuum, ut ita Militaris occupationis tempus impleretur. Bis rogatus de sua Informatione Episcopus animadvertit Preces, quas Canonicus administrator nomine Capituli Alatrini porrexit , inscio prorsus Capitulo fuisse exaratas , ac ita rem totam in secunda sua informatione declarat ,, *Mandatis EE. VV. RR. noviter obtemperans repono* 1. *Canonicatus reditus detractis detrahendis , vix summam annuam attingere scutat. octoginta Rom.* 2. *Per Administratorem , non per Capitulum , ex soppresso Canonicatu percepta fuisse scut. Rom.* 567. , *et obol* 93. *quibus addenda scut.* 26. , *et obol.* 27. *nondum exacta*

cta, et scuta insuper 80. circiter per novum electum Administratorem a mense Junio an. 1818. usque nunc exacta, in totum scut. 674. 20., erogata vero in Fabricam, et alias necessarias expensas ex redditibus dicti Canonicatus scut. 524., et obol. 27. unde extat residuum in scut. 149. 93. III. Debitum fructiferum causa restaurationis, et Ornatus Ecclesiae Cath. contractum, vigens (siquidem ut ipse monet Episcopus in prima Informatione, Ecclesia jam omnibus suis partibus absoluta est, nullaque instauratione modo indiget) *ad scut. 900. ascendere, praeter fructus insolutos in summam sc. 180 et alia sc. 256. et ob. 47. eidem Fabricae applicata, quae erant reinvestienda itaque totum aes alienum dimittendum in quantitate est sc. 1336 47. IV. Totale hoc debitum a b. m. Della Casa fuisse conflatum nomine sodalitii S. Xisti in Cathedrali erecti, hac forsan intentione, ut ex suspensi Canonicatus fructibus creati census extinguerentur, sed revera totius debiti onus dictum Sodalitium adhuc opprimit, licet nullibi constet ad Fabricae Cathed Ecclesiae manutentionem teneri. V. Nullam pro Fabrica Ecclesiae designatam dotem existere; tam Capitulum, et Canonicos ob suarum Praebandarum tenuitatem, quam Episcopum sua nunc Mensa orbatum impares omnino esse ad dictum debitum dimittendum, cum hanc ob causam per Sedem Apostolicam dicta suspensio, meo Praedecessore flagitante, concessa fuerit: Ex quibus omnibus consequitur 1. Ne ad medietatem quidem totius debiti dissolvendam sufficere Summam scut. 149. 93. ex Canonicatu perceptam si superaddita etiam Summa Scut. 320. percipienda „ suspensio protrahatur ad aliud Quadriennium (ut videtur fieri debere pensatis intentione Summi Pontificis, et fine petitae, et indultae suspensionis). 2. Non appparere a quonam, et quomodo altera medietas debiti sit satisfacienda.*

Porro si mens Episcopi Della Casa vacantis Canonicatus suspensionem petentis inspicitur, si finis inquiritur, ob quem per Apostolicas Litteras suspensa fuitCanonicatus collatio, videtur profecto quadriennii tempus Gallicæ invasionis elapsum, quo videlicet suspensi Beneficii reditus usurpavit laica Pote-

stas

stas, computari non posse ad complendum numerum decem annorum; quia nihil tunc Ecclesia, cujus favore Gratia fuerat obsignata, percipere potuit, ac proinde suppleri debere per aliud quadriennium utiliter decurrendum post decennium *materialiter* elapsum.

Urget etiam necessitas, quia licet tum Ecclesiæ, tum Sacræ Turris Fabrica omnibus partibus absoluta sit, nec modo reparationibus indigeat, pergrandi tamen ære alieno gravatur in summam scut. 1336. 47. quod quidem minime eo usque eveheretur, si per integrum utile decennium in Cathedralis Ecclesiæ beneficium reditus cessissent. Nec certe vel Capituli, vel Administratoris culpæ, aut socordiæ verti potest, quod quadriennii tempore Ecclesia fraudata fuerit perceptione fructuum, quos aperta, et injusta vis usurpavit. Hinc cum postulati fuerint reditus Decem Annorum, et Summus Pontifex decem pariter annorum reditus concesserit, dici poterit ex perceptione sex tantum annorum Pontificiam Gratiam minime fuisse completam, quod permitti nequit, cum beneficium Principis deceat esse mansurum *Text. in Cap. si nulla de Praebend. in 6.* Rota *coram Coccin. decis.* 2148. *num.* 3. *et coram Ubego decis.* 29. *num.* 27.

At e contra ipsius Gratiæ litera huic prorogationi adversatur. Ita enim sese habet Apostolicum Indultum *Nos igitur votis tuis* (nimirum Alatrini Episcopi suspensionem postulantis) *benigne annuere teque specialis gratiae favore prosequi volentes . . . . . tibi ut dictorum Canonicatus, et Praebendae Collatio, et Provisio ad decennium proximum tantum a data praesentium currere incipiendum . . . . . ita tamen ut . . quidquid ex Canonicatus, et Praebendae praefatorum fructibus supererit integre, et fideliter sub tui inspectione pro ejusdem reparationis opere erogari debeant Apostolica auctoritate tenore praesentium de speciali gratia concedimus, et indulgemus.*

Hinc perspicua Pontificis mens esse videtur circa temporis lapsum, quod minime excedere deberet decennii cursum a data Apostolicarum Literarum incipiendum, quod iterum repetitum est sequentibus verbis „ *volumus autem quod Decennio hujusmodi sic*

ut praefertur praeterito, aut alias quomodolibet elapso de Canonicatu, et Praebenda praefatis per Sedem Apostolicam disponi debeat ". Nullum igitur Cathedrali Alatrinæ tenore Literarum Apostolicarum jus conceditur post lapsum quomodolibet decenniumCanonicatus reditus assumendi, cujus dispositionem sibi ipsi SSmus attribuit. Cumque iterato facta collatio ab Episcopo fuerit ante decennii finem ea conditione " *ut de fructibus, reditibus, et proventibus quibuslibet eidem Canonicatui, et praebendae addictis integre sibi responderi faciat expleto supradicto decennio* " (verba sunt Bullæ collationis favore actualis Canonici Ricciotti) videtur adimpletam jam fuisse ex materiali lapsu temporis conditionem, nullumque favore Cathedralis superesse jus ulterius sibi addicendi Præbendæ reditus.

Ea porro indoles, ac vis est Pontificiæ Dispensationis, et Gratiæ, ut stricte interpetrari debeat, nec ultra limites, quibus ab eodem Pontifice dispensante, et Gratiam concedente coercita fuit, extendi possit *Piton. Discept. Ecclesiast.* 30. *num.* 7. *Rota coram Ansaldo decis.* 30. *num.* 27. *in Romana Nullitatis Pensionum* 19. *Februarii* 1753. §. 11. *coram Matthejo, et in Melevitana Mensae diei* 5. *Decembris* 1762. *coram Olivatio*. Quod magis obtinet cum dispensatio, et Gratia Pontificis in alterius detrimentum redundet. Tunc enim quodammodo odiosa est, nec quavis interpretatione extensionem recipere potest.

Nec prætereundum favore Canonici Ricciotti Capituli hac de re silentium. Preces enim, quas Canonicus Administrator nomine Capituli exhibuit, inconsulto Capitulo porrectæ sunt, siquidem, ut refert Episcopus, *Petitionem audientes Canonici plurimum sunt admirati, nec propterea opponi videntur Canonico Ricciotti, si Canonicatus reditus sibi velit assumere*.

Hisce igitur perpensis Dubium erit.

An, cui, et a quo tempore sint concedendi reditus Canonicatus in casu etc.

Affirmative favore Canonici Ricciotti a die 14. Junii 1818.

FLO-

FLORENTINA UNIONIS, ET REDUCTIONIS. *Sess. 24. Cap. 13. de Reform.*

Cum hæc Causa relata in folio diei 18. Martii proxime præteriti proposita fuit in sequenti Congregatione diei 15. Aprilis placuit Eminentissimis Patribus rescribere *dilata, et scribatur Archiepiscopo pro nova Informatione juxta mentem. Mens autem fuit, ut referret factis diligentiis an aliquod favore enunciatae Paraeciae ab Aerario publico augmentum Pensionis annuae obtineri queat; an, et quomodo in aliis Paraeciis pensio scutorum 40. satis sit pro Capellano, et an petita amovibilitas sit exercibilis a Parocho, vel a Patronis.*

Datis in id literis Archiepiscopo, hæc retulit in novissima Informatione „ *Adhibitis illis, quae in re „ tanti momenti necessariae evadebant, diligentiis „ ad Te, Eminentissime et Reverendissime Domine, „ rescribendum duxì quoad primum, nullam prorsus „ spem affulgere, ut a publico aerario pro praedi„ cta Ecclesia annua quadraginta scutorum pensio „ augeatur. Siquidem ante annum septingentesimum „ octogesimum quintum supra millesimum nullus erat „ in citata Paraecia Capellanus, nullaque proinde „ pensio solvebatur; verum sodalitas ibi canonice „ erecta ex propriis, quibus praedita erat, re„ ditibus curabat, ut Sacerdos aliquis ex proxima „ Urbe adveniens diebus duntaxat per annum festis „ alteram post Parochialem Missam celebraret, et „ Sacramentales Confessiones exciperet. Posteaquam „ vero hujuscemodi sodalitates a Magno Duce Petro „ Leopoldo fuerunt per Hetruriam suppressae, „ bonisque omnibus expoliatae, praedictaeque „ Ecclesiae Parocus, ut* Populi *utilitati consu„ leretur, preces Principi enixas effudit, ut Mis„ sa haec secunda celebraretur et in posterum: „ quo factum est ut specialissima, quemadmodum in „ Regiis literis scribitur,* gratia quadraginta scuto„ rum pensio super publicum AErarium ad id fue„ rit adsignata. Forte evenit, ut tunc temporis in„ tra Paræciæ fines immoraretur, et in præsentia„ rum immoratur Sacerdos Joseph Minchioni loci „ indigena, ac Beneficii, de quo agitur, sub in-

„ vo-

„ vocatione Sancti Bonaventuræ, Rector, qui die-
„ bus festis Missas celebrandi non solum onus su-
„ scepit, verum etiam hortante Archiepiscopo
„ ac Paroco Capellani munere functus est, et mo-
„ do fungitur, cum Fidelium multitudo, quæ ma-
„ gis magisque in dies augescebat, præsentiam al-
„ terius Sacerdotis requireret, qui noctu diuque ibi
„ versaretur. Ex his igitur, quæ a me dicta sunt,
„ facile comperies minime sperandum esse, ut pen-
„ sio hæc quadraginta scutorum augeatur a publico
„ Aerario, præsertim vero si consideres juspatrona-
„ tus Paræciæ non ad Principem, sed ad nobilem
„ Frescobaldorum Familiam pertinere. Aliunde au-
„ tem necessaria omnino evadit Sacerdotis alterius
„ præsentia, qui semper Populi servitio sit praesto,
„ ac Capellani Curati obeat officia.
„ Quoad vero reliquas hujusce dioecesis Paraecias,
„ quemadmodum secundo loco a me postulabas,
„ sciendum est, non omnes Capellano indigere,
„ cum vel propter Fidelium exiguum numerum,
„ vel finium angustias ipse Parochus per se suffi-
„ ciat. In illis vero, in quibus opus est Capellano
„ Curato, huic alimenta omnia a Parocho plerum-
„ que suppeditantur vel ex ipsius Ecclesiæ rediti-
„ bus, vel ex alia ampliori pensione. Numquam
„ autem aut a Principe aut potius a Synodalibus
„ constitutionibus declaratum est, pensionem qua-
„ draginta scutorum idoneum esse ac sufficiens Ca-
„ pellano Curato stipendium.
„ Denique quoad petitæ Beneficii amovibilitatis exer-
„ citium, Antonius Salvi Patronus libere, ac spon-
„ te per se, et suos successores consensit, uti ex
„ authentico apud me existente instrumento lucu-
„ lentissime patet, ut in eligendo Capellano hæc
„ perpetuo ratio servaretur. Patronus igitur pro
„ tempore existens Beneficii, annuente Parocho Or-
„ dinario Florentino, Sacerdotem nominabit vel ad
„ excipiendas Confessiones jam idoneum declaratum,
„ vel per publicum examen approbandum, qui ei-
„ dem Ordinario placuerit, in Capellanum Cura-
„ tum ab ipso Archiepiscopo eligetur, cuique pro-
„ ion-

„ inde in dotem adsignabitur pensio hæc quadra-
„ ginta scutorum, nec non fructus prædicti Bene-
„ ficii cum onere celebrandi Missas Festivas, quæ
„ quidem ratio religiose servabitur, quoties oportue-
„ rit alium eligere Capellanum.

Post hæc Archiepiscopus duplicem gratiam tum amovibilitatis, tum reductionis Missarum perutilem, vel etiam necessariam Populo Sancti Quirici autumat. Dignentur igitur Eminentissimi PP. reassumpto Folio diei 18. Martii, dirimere, quæ iterum proponuntur.

Dubia.

I. *An, et quomodo sit concedenda amovibilitas simplicis Beneficii sub invocatione S. Bonaventurae in casu etc.*

II. *An sit concedenda reductio Missarum ad Festivas tantum in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative juxta votum Archiepiscopi.

Ad II. Dub. Affirmative pro reductione centum missarum ferialium tantum, firma remanente celebratione missarum in diebus festivis, et centum ferialium.

LUCANA TRANSLATIONIS, REDUCTIONIS, ET SANATIONIS. Ultimo, quo decessit anno 1658. suæ voluntatis elogio Agnellus Brancoli universales hæredes instituit duos filios suos minorennes relictos, iisque sine liberis decedentibus germanum fratrem Frigdianum substituit usufructuarium dumtaxat hæredem. Hoc vita functo voluit, ut erigeretur Capellania *in una Chiesa della Città di Lucca assegnando tanti effetti de' migliori, e sicuri, che si fossero trovati nella sua Eredità per la somma, e quantità di scudi 1500., coll' obligo, e gravezza di una Messa ogni mattina in perpetuo . . . e nel rimanente della sua eredità, oltre detti scudi 1500. detto Testatore dichiarò . . . che vi dovessero succedere i Figli e discendenti del medesimo Signor Frediano . . . per uguale porzione.* Sess. 22. Cap. 6. sess. 24. Cap. 12. de Reform.

Hisce

Hisce quoque filiis, et descendentibus Frigdiani in perpetuum reliquit juspatronatus Capellaniæ, quibus etiam deficientibus jure frui voluit Ecclesiam illam, in qua erecta fuisset Capellania.

Defunctis Agnelli filiis hæreditatis usumfructum accepit Frigdianus fundatoris frater, quo decedente filia Anna Catharina successit in iis bonis hæreditatis, ignorans piam dispositionem Agnelli. Cum vero tractu temporis id cognovisset Catharina, Cappellaniam laicalem Anno 1726. erigendam curavit in Altari Majori Ecclesiæ S. Claræ Monialium Ordinis S. Francisci: quia tamen summa ex hæreditariis bonis Agnelli retrahenda ad onus Missæ quotidianæ substinendum impar erat, ideo in erectione sancitum fuit, Missas biscentum octoginta quotannis, ut legitur in fundationis instrumento, seu Missas biscentum annuatim, ut habet Archiepiscopus in sua Informatione, esse celebrandas. Reservata tamen Lucensi Ordinario in eadem fundatione legitur facultas sive augendi, sive reducendi Missarum onera juxta legitimas concurrentes causas. Atque huic anno 1806. ob fundorum diminutionem Missarum 280. onus perpetuo reductum fuit ad annuas Missas centum quinquaginta.

In publica rerum eversione a tunc temporis dominante regimine facta fuit patronis facultas affrançandi beneficia; Hinc Sebastianus Brançoli, compatronus Cappellaniæ memoratæ, petiit Anno 1811. a Lucensi Archiepiscopo „ *oltre il permesso di detto affranco il compenso, e rilasso libero a suo favore di altrettanti fondi del detto Beneficio equivalenti a detta Tassa di affrancazione, ed egualmente un equa riduzione degli oblighi di dette Messe in proporzione de' Fondi residuali di detto Beneficio* „.

Sebastiani precibus annuens Lucanus Antistes specialibus facultatibus auctus, veniam *affrançandi* beneficium concessit, nec non remissionem medietatis circiter fundorum Capellaniæ ob soluta pro affrançatione scuta 340., quæ medietatem circiter æquabat valoris bonorum Beneficii, et Missas præterea

ad

ad quinque supra septuaginta redux't. Cum in ea tempestate S. Claræ Ecclesia clausa (pacatis vero rebus reserata , ac PP. Capucinis destinata) Sebastianus septuaginta quinque Missas celebrari curavit in aliis Ecclesiis , et Oratoriis sibi magis bene visis , Modo itaque S. Congregationem adiit nedum pro absolutione , et sanatione quoad præteritam Missarum celebrationem in aliis Ecclesiis , et Oratoriis suo lubito , sed etiam pro facultate transferendi illarum implementum ad Parochialem Ecclesiam loci *Branculae* , tum quia ibi existit major pars fundorum Capellaniæ , tum etiam quia ibi Capellani facta nominatione commodo, et utilitati plebis Branculæ providebitur , ubi unus dumtaxat Sacerdos et Parochus vitam degit.

Remissæ fuerunt de more preces Archiepiscopo pro informatione et voto , ut , transmissa copia Indulti et Fundatione , referret de annuo reditu Capellaniæ eleemosyna vere necessaria, ac utrum translatio Missarum præjudicium inferret vel cultui Ecclesiæ , vel Populi commodo. Postquam ipse ea omnia patefecit, quæ huc usque narravi, in facti specie hæc habet ,, *Interesse habentes Oratoris desiderio quam libentissime annuunt . Annui beneficii reditus in scuta 48. quotannis computantur , quibus vero praeter expensas , ut ajunt , praedialis taxae, in quibus duodecim saltem scuta pro centenario quolibet requiruntur , onus etiam scutorum novem fructus Census detrahi debet , et medietas , ut supra , redituum Oratori pro expensis in affrancatione debetur . Onus Missarum ex pluries obtentis reductionibus , antequam Ecclesiae bona diriperentur, ad 150 reductum fuit , modo vero ex nova facultate ad 75., veluti ex adnexa Indulti copia cognoscitur . Harum denique Missarum translatio nec populo , neque praefatae Ecclesiae S. Clarae , quam Patribus Ordinis Capucinorum ultima hujus diaecesis dispositione SSmus destinavit , nullius detrimenti erit , immo emolumentum non parvum et plebi Branculae , atque illius Curae Animabus ob alterius Sacerdotis , qui Capellani officio fungatur , vigilantiam , quod Orator humiliter petit , afferet .*

Inquirendum prius de translatione Missarum. Denegari solet translatio, si Missæ celebrari possunt in Ecclesia, et loco designato S. Cong. in *Usentina celebrationis Missarum* 14. *Januarii* 1748. tum quia præsefert hæc translatio commutationem voluntatis testatoris, tum quia aliquod adest incommodum populi, et divini cultus immutatio; Verum justis concurrentibus causis concedi solet translatio, ut docuit S. Congregatio *in Asten.* 31. *Maii* 1794. et novissime peregit in *Alatrina Translationis*, *et Permutationis* 31. *Julii* 1819. *ad* 11. *Dub.* Hæc quoad jus; in facto autem judicabunt EE. VV., utrum legitima adsit causa translationis, nimirum ob augmentum divini cultus in Paræcia *Branculae*, et ob hujus populi utilitatem, ubi unus dumtaxat Parochus reperitur. Ex informatione Archiepiscopi patet, translationem hanc nec Ecclesiæ S. Claræ, nec Populo Lucensi detrimento esse; sed utilitati alterius plebis Branculæ. His sane concurrentibus causis concedi solet translatio.

De Missarum quantitate disserendum secundo est. Etenim ob fundorum decrementum ad Missas 150. onera, Capellaniæ reducta perpetuo fuisse constat ex relata Archiepiscopi Informatione, et postea, persolutis scutis 340. causa *affrancationis*, iterum reductas fuisse ad Missas septuaginta quinque. Dum tamen hanc reductionem concessit Lucanus Præsul sibi facultatem reservavit ,, *di fare quegli ulteriori provedimenti*, *dichiarazioni*, *e decreti più opportuni*. Porro si attendi deberent resolutiones S. hujus Congregationis in *Lunen. Sarzanen. Reductionis et Sanationis* 20. *Junii* 1818. et *Albinganen Reductionis*, *et Sanationis ejusdem diei*, *et Anni*, nec affrancatio a Sebastiano Brancoli facta substineri posset, nec Missarum reductioni esset locus. Verum animadvertant EE. PP. plurimum præsentem Causam ab iis differre. Agitur hic enim de patrono, qui hæc omnia peregit non suo marte, sed implorato prius, et obtento Ecclesiasticæ auctoritatis præsidio; e converso autem ii Patroni id non præstiterunt, ac de sanatione tantum illicitæ, et nullæ alienationis bonorum beneficii solliciti fuerunt. Vestrum igitur erit EE. PP. decer-

cernere, utrum locus esse potuerit, ac possit alicui compensationi favore Oratoris.

Hanc compensationem certo ipsi impertitus est Archiepiscopus facultatibus sibi a SSmo delegatis, dum illi reductionem Missarum 150. ad 75. concessit. Si itaque EE. VV. placuerit hanc compensationem ratam habere, tunc inspiciendum erit, quousque concessa reductio perdurare debeat, quod etiam sibi reservasse Archiepiscopum patet ex superius dictis. Reditus itaque beneficii sunt annua scuta 48., demenda ex his sunt annua scuta 12. pro quolibet centenario ob taxam prædialem, et scuta novem Census. Jam vero Orator fruitur hac reductione novem ab hinc annis, unde jam aliquam compensationem obtinuit. Integri enim reditus per novennium computati summam conflant scutorum 432., detrahantur autem annua scuta undecim et obuli 20. pro celebratione Missarum 75. ad eleemosynam obolorum 15. per annos novem impensa, et patebit erogasse toto novennio scuta 100., et ob 80.: detrahantur præterea scuta 81, quæ sunt fructus Census novem annorum, ac tandem alia scuta 54., quæ ad taxas prædiales pertinent, et constabit illico, integram exitus summam attingere ad scuta 235., et ob. 80., qua detracta ab introitus summa Scutorum 432. orator Sebastianus libera percepit scuta 196. et ob. 20. Vestræ autem sapientiæ, et æquitatis erit EE. PP. definire utrum et in posterum perdurare debeat reductio, donec scilicet Sebastianus integram summam Scutorum 340. pro affrancatione soluta perceperit.

Ad sanationem vero, quod attinet, Missarum, quas Orator proprio arbitrio adimpleri curavit in variis Ecclesiis, et Oratoriis, certum est, eam concedi a S. Congregatione concurrente bona fide; quæ in themate utrum adfuerit EE. VV. ex facti specie judicabunt. Id autem certo constat, illas adimpletas fuisse; ac plurimum donandum videtur temporum illorum acerbitati, ob quam S. Claræ Ecclesia expulsis Monialibus fuit clausa.

Dubia dirimenda proponuntur.

I. *An sit locus translationi Missarum in casu etc.*

 II. *An*,

II. *An, et ad quod tempus sit prorogända reductio in casu etc.*

III. *An sit locus sanationi quoad praeteritum ob Missas in aliis locis celebratas in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

IMOLEN. Testamento, quo ad plures migravit, Paula Bianconcini Sardi Imolensis die 25. Junii anni 1806., præter nonnulla legata, inter quæ illud prænotari oportet fructuum Scutorum biscentum, quos erogari voluit *nella celebrazione di tante Messe, e in elemosine ai Poveri* in suffragium animæ suæ, et aliud scutorum biscentum, quæ pro una vice tantum tradi jussit fratribus Carolo, et Hyacintho Bianconcini, ita disposuit de reliquis rebus suis - ,, *Il restante poi della mia eredità voglio sia erogata* ,, *in tanti sussidj dotali in favore delle quattro figlie* ,, *ancor nubili di Carlo del quondam Stefano Bian-* ,, *concini, ed a quelle di Giacinto Bianconcini tan-* ,, *to nate, che da nascere* -.

Ad methodum deinde progrediens, quæ in dotandis puellis servanda erat - *Voglio,* inquit, *che col resi-* ,, *duo della mia eredità compreso l'importo de' miei* ,, *vestiti, biancherie, gioje, bestiami, ed altro, che* ,, *si dovrà vendere, si formi un capitale fruttifero,* ,, *e annualmente si paghi a ciascuna delle Figlie di* ,, *detti Carlo, e Giacinto un egual rata di frutti:* ,, *Venendo poi il caso, che qualcuna di esse pren-* ,, *da stato, allora gli si dovrà o pagare la sua por-* ,, *zione in contanti, oppure assegnarli una quota* ,, *di Capitali in essere;*

Quæ quidem omnia ita firma, ac religiose custodienda esse voluit, ut data executoribus testamentariis, etiam in dubiis casibus, interpretandi potestate, aperte dein disposuerit, - *che contravenendo alcu-*

,, *no*

„ *no dei Legatarj a quanto sarà dagli Esecutorj*
„ *ordinato, il contravveniente dovrà immediatamente*
„ *decadere, come fin da ora lo dichiarò di propria*
„ *bocca decaduto, e come non nominato al como-*
„ *do del suo legato, che dovrà essere unito al Ca-*
„ *pitale destinato per i sussidj dotali . . .*

Filiabus Caroli Bianconcini jam nuptui traditis dotalia subsidia scutorum septuaginta pro unaquaque ab Executoribus testamentariis suo tempore soluta fuerunt. Nupturæ supersunt quatuor filiæ Hyacinthi, quæ aperta gaudent ad legati compendium vocatione.

Rebus ita se habentibus Hyacinthus Bianconcini preces Sanctissimo obtulit, postulavitque - *che tro-*
„ *vandosi in necessità di far dei ripari alla di lui*
„ *Casa Urbana, e dei bonifici ad un fondo di cam-*
„ *pagna per le passate vicende resi deteriorati, e*
„ *che sempre più diverrebbero di peggior condizione,*
„ *si degni d' impartire all' Esecutor Testamentario*
„ *ogni opportuna, e necessaria facoltà di poter da-*
„ *re in sovvenzione all' Oratore la somma corrispon-*
„ *dente al Capitale predetto, offrendosi di dare idonea*
„ *cauzione per l' assicurazione delle doti in Caso di*
„ *Matrimonio* - Nec de eo contentus petiit insuper, ut Sanctissimus illi, utpote proximiori Testatrici propinquo, ac Patri familias pauperrimo, condonare dignetur, fructus scutorum biscentum, quos testatrix, ut vidimus, erogari mandavit in expiationem animæ suæ, vel in celebrationem tot Missarum, vel in pauperum eleemosynas.

Eminentissimus Episcopus, ad quem remissæ fuerunt preces, hæc diligenter, et accurate refert - Verum
„ quidem est, Paulam Bianconcini Viduam Anto-
„ nii Gardi die 25. Junii 1806., ultimum condi-
„ disse Testamentum, in quo plura reliquit lega-
„ ta, exque iis unum ad pias Caussas in summa
„ scutorum biscentum, quibus exsolutis, reliquam
„ suæ hæreditatis subtantiam in subsidia dotalia
„ favore Oratoris, et Caroli Bianconcini Filias ero-
„ gandam esse mandavit. At Hyacinthus Biancon-
„ cini silentio præteriit, quosnam Testatrix Legato-
„ rum compendio honoraverit. Præ cæteris consan-

gui-

„ guineis ipse Orator fuit, qui secundo, et tertio
„ consanguinitatis gradu junctus ab hæreditate Pau-
„ læ Bianconcini Gardi legati nomine scuta centum
„ retulit, ut constat ex ejus Testamento; silentio
„ etiam præteriit, omnem fere substantiam a Te-
„ statrice in propinquos suos fuisse collatam, et unum
„ dumtaxat legatum Scutorum bis centum ad
„ pias Caussas pro expiatione animæ suæ, ejusque
„ viri fuisse institutum, cujus fructus eadem Testa-
„ trix erogari præscripsit - *nella celebrazione di tan-*
„ *te Messe, e in elemosina ai poveri di Gesucristo*
„ *in suffragio dell' anima mia, e del detto mio Ma-*
„ *rito* - data etiam facultate exequutoribus Testa-
„ mentariis in casu restitutionis sortis dictæ summæ
„ scutatorum biscentum, eam investiendi iterum in
„ celebratione Missarum, vel in eleemosynas pau-
„ peribus dandas. Silentio tandem præteriit Paulam
„ Bianconcini Gardi omnibus Legatariis prohibuisse,
„ ne suam quoquo modo infirmarent voluntatem,
„ aliter caducitatem incursuris.

„ Audito autem Carolo Bianconcini super precibus Ora-
„ toris, ipse minime renuit subsidia dotalia illius fi-
„ liabus debita ab Exequutore Testamentario præsta-
„ ri: Sed legatum pium Scutorum biscentum sar-
„ tum, tectumque esse firme contendit, et in filia-
„ rum Oratoris utilitatem converti aperte repugna.
„ Imo Eminentias Vestras humiliter exorat, ut si
„ Testatricis voluntatem commutandam esse judica-
„ rent, se præ oculis habeant, in suique compen-
„ dium legatum pium vertant, qui inopia, atque
„ indigentia laborat, et eodem ac Hyacinthus Bian-
„ concini consanguinitatis gradu Testatrici jungitur.

„ Arcessito autem Exequutore Testamentario, et inter-
„ rogato de Supplici Hyacinthi Bianconcini libello,
„ quamvis nihil opponat super subsidiis dotalibus
„ suarum filiarum ab ipso exigendis, tamen legatum
„ pium everti, et in ejus filias conferri aperte repu-
„ gnat etc.

„ Quid vero dicam de impotentia supplendi? Unum
„ dico, Hyacinthum Bianconcini mense Maji insti-

tis-

„ tisse pro emptione Agri, qui scuta centum quinde-
„ cim, et obol. octoginta tres in valorem secum fe-
„ rebat: Ex quibus veram impotentiam supplendi,
„ nec non gravem ejusdem Oratoris inopiam quoad
„ alimenta excludi facile perspicient EE. PP., summa
„ percipienda ex legato dotium favore filiarum Ora-
„ toris pro quaque ex eis ad scuta septuaginta, et
„ unum, ac obolos vigintiquinque redigitur: quæ in-
„ tegre investimento tradita fructus scut. novemde-
„ cim, et obol. quinquaginta quinque annuatim
„ reddit. Nec quomodo prospiciendum eorumdem fi-
„ liarum indemnitati in casu Matrimonii in domino,
„ vel in sæculo contrahendi modus profecto suppe-
„ tit. Hyacinthus enim Pater duobus circiter annis
„ Uxore orbatus est, et nil facilius quam alteras
„ contrahat nuptias, quum firma corporis constitu-
„ tione donetur, et non plus quam quadraginta sex
„ annorum agat ætatem. Tunc filiæ, quarum ma-
„ jor tresdecim annos numerat sub Novercæ imperio
„ manerent, nec amplius extaret dotale subsidium,
„ quo imperium istud effugerent. Tum enim Pa-
„ ter, si petitioni illius indulgeretur, difficilius easdem
„ nuptui traderet, ne ex propria substantia dotes con-
„ stitueret . . . .

„ Quæ cum ita sint legatum dotium, ut a Testatri-
„ ce est constitutum, relinquendum esse videtur,
„ quo facilius quatuor puellæ, vel in domino, vel
„ in sæculo nubere queant; itemque legatum scut.
„ biscentum ad Pias Causas sartum, tectumque ser-
„ vandum, ne pia Testatrix acceptabili Sacrificio pri-
„ vetur, ideoque Oratoris Instantiam omnimode re-
„ jiciendam esse censerem, nisi aliter EE. VV. exi-
„ stimarent „.

Agitur de commutanda Testatricis voluntate, quam inviolabiliter servandam esse tum SS. Canones, tum etiam Civiles leges præscribunt *ad Text. in Can. Ultima voluntas* 13. *quaest.* 2. *Rota coram Rezzon. decis.* 158. *num.* 3. *S. Congregatio in Fanen. Unionis* 15. *Aprilis* 1780 Hinc S. hæc Congregatio, si quandoque hujusmodi instantiis contra defunctorum voluntates indulsit, non nisi justa, ac necessaria concurrente causa peregit, ut videre est *in Florentina*

Com-

Commutationis voluntatis 15. Februarii 1747. in Civitatis Castellanae 13. Januarii 1816., et in Nullius Sublacen. Capellaniae 3. Augusti ejusdem anni.

Hanc justam commutandæ voluntatis causam ex aequitate petit Orator, ut ita necessariæ reparationi Domus, et meliorationi Fundi occurrere possit, sine ullo filiarum suarum detrimento, pro quibus idoneam sponsionem promittit. Insuper ipse Orator sanguine conjunctus est cum Testatrice, unde etiam faciliorem indulgendi causam mutuatur.

Dubium erit

An, et quomodo sit annuendum precibus Oratoris.

Die

Die Sabathi 16. Septembris 1820. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

LUCANA TRANSLATIONIS, REDUCTIONIS, ET SANATIONIS. *Sess. 22. Cap. 6. et Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

Dubia.

I. *An sit locus translationi Missarum in casu etc.*
II. *An, et ad quod tempus sit proroganda reductio in casu etc.*
III. *An sit locus sanationi quoad praeteritum ob Missas in aliis locis celebratas in casu etc.*

Ad I. Affirmative.
Ad II. Dilata, et scribatur Archiepiscopo ad mentem.
Ad III. Affirmative.

MOLEN. *Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

Dubium.

An, et quomodo sit annuendum precibus Oratoris in casu etc.

Negative in omnibus, et Emus Episcopus curet fieri inscriptionem Legati ad formam novissimi Edicti.

Sess. 24. Cap. 3. de Reform.

FOROSEMPRONIEN. PENSIONIS. Angelus Augustini Anno 1807., litteris Apostolicis expeditis, adeptus est Paræciam sub invocatione SS. Joannis, et Vitalis in Oppido Montis Alti Forosempronien. Dioecesis. Hæc Paræcia a defuncto Episcopo Padi gravata fuerat pensione scutatorum quinquaginta, quorum viginti quinque Blasio Micelli, alia vero viginti quinque Bernardino Monti erant præstanda. Iis vita functis in nova prædicta collatione favore Angeli Augustini SSmus eam pensionem argenteorum 50. perpetuam reddidit in subsidium alterius sub-urbanæ Forosemproniensis Paræciæ sub titulo S. Venantii, quæ modo a Josepho Guerra regitur. Angelus Augustini, qui cum eo onere Parochiam acceptaverat per aliquot annos pensionem persolvit, sed postea ab ea numeranda cessavit. Lis hinc exarsit in Episcopali Curia instante pensionario Josepho Guerra. Interea tamen Augustinius a SSmo exoravit vel abolitionem pensionis, vel aliud remedium ad Parochialem congruam augendam. Ita enim imminutos ob temporum calamitates, superimpositamque pensionem Paræciæ reditus exposuit, ut non solum Rectori necessaria deessent alimenta, verum etiam vel a se, vel a suis prædecessoribus reparari nequiverint prædia, ac domus tum urbanæ, cum rusticæ; ex quo factum erat, ut ipsa deterioris evaserint conditionis. Addidit etiam quotannis quadraginta deesse argentea ad Paræciæ sumptus perferendos, et Ecclesiam sacris carere supellectilibus. Ablegata instantia ad Sacram Congregationem rescriptum fuit die 14. Junii 1817. *doceat de remissione causae cum clausula de Aperitione Oris*; quia obstabant litteræ Apostolicæ collationis Parochiæ. Obtinuit tunc Orator a R. P. D. Auditore SSmi nedum hanc facultatem, sed etiam una cum instantia abolitionis pensionis remitti alteram causam super terminis pensionis decursis, et non solutis.

Videbatur Parochus Augustini causam deseruisse; quia nullum amplius movebat lapidem, unde instante altero Parocho Guerra exquisita fuit ab Episcopo informatio, ut audito Angelo Augustini, eidemque præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congre-

ga-

gatione referret de annuo reditu, comprehensis incertis et oneribus utriusque Paræciæ per peritum ex officio, ac transmisso statu activo, et passivo. Non parum temporis insumptum est in conficiendis peritiis. Nam primo electus fuit ab Episcopo peritus (Alexander Brolzer „ *qui praedis utriusque Paraeciae* (verba sunt Episcopi in sua informatione) *perspectis, quid ex his proventus suppeteret, demonstraret ex statu activo, et passivo Paraeciarum. Hoc exacto statu Parochus Agostini Montis Alti praedicti periti non acquiescens judicio enixe postulavit, ut alteri viro negocium committeretur; ac plurimis testatus est documentis, se in taxatione pretiorum non parvo affici detrimento. Ut meam tuerer justitiam, suoque provisum esset juri, virum quidem probitate praestantem, atque his in rebus diutius exercitum consului, qui omnibus sedulo perpensis Parochi Agostini precibus annuendum judicavit, quoniam in statu Paraeciarum per Alexandrum Brolzer confectum non bonum de reditibus latum esset judicium. Igitur Parocho S. Venantii non dissentiente, ac instante Parocho Montis Alti alterum delegi virum, Vincentium Storoni, qui hoc maturius, diligentiusque praestaret. Multum quidem temporis elapsum est in perficienda peritia, cum in constituendis pretiis; et aestimandis reditibus ratio habita sit consuetudini loci, ac civiliatis, nec non ipsa peritia ex aliis desumpta sit jampridem habitis, quibus convenit omnino.*

Postremo tandem ita suam sententiam pandit inquiens „ *aedificia Paraeciae Montis Alti tum Ecclesiae tum Sacristiae, tum Parochi domus, tum ruralia reparatione indigere: sacras supellectiles deesse: praedia de die in diem fieri deteriora: nullum autem suppetere medium, ut his occurratur jacturis nisi pensioni debitae Parocho S. Venantii scutata viginti detrahantur, quae concredita quotannis Vicario Foraneo S. Gervasii in restaurandam praedictam Ecclesiam, bonaque ejus erogentur, ni penitus deperdita, nemo sit, qui ei praeficiatur.*

Antequam ad rationum momenta transeam, animadvertam oportet in peritia Brolzer reditus Paræciæ SS. Joannis, et Vitalis Montis Alti computari in scutatis 425. et obol. 84. expensas vero comprehensa pen-

sione, de qua in præsentiarum quæritur, in sc. 327. et ob. 93. unde libera Parocho Agostini supersunt sc. 97. 90. circiter; reditus vero alterius Paræciæ S. Venantii comprehensa pensione rependenda a Parochis Montis Alti ex eadem peritia sunt scutatorum 145. 76. expensæ scut. 50. 62. , ex quo patet libera pro Parocho Guerra remanere scut. 95. 14. circiter . Alter peritus vero Vincentius Storoni affirmat Paræciam Montis Alti reddere annua scut. 301. 69. , pro expensis vero, comprehensa pensione , ut supra , requiri annua scut. 342. 16., ac proinde exitus superat introitum in sc. 40. et ob. 47. circiter . Altera vero Paræcia S. Venantii reddere quolibet anno dicitur , computata pensione, scut. 133. et ob. 67. exitus vero ponitur in scut. 49. et ob. 69. , unde subductis expensis ex reditibus supersunt annua scutata 83. et ob. 98. circiter . Observandum præterea est in utraque peritia inter onera utriusque Parochiæ numerari Missas octoginta duas pro populo ad eleemosynam obulorum septendecim cum dimidio , ac proinde inter expensas utriusque Parochi recenseri scutata 14. et ob. 35. , quod sane onus semper solet S. Congregatio a passivo statu expungere . Hisce prænotatis ad rationum momenta descendo allata a Parocho Guerra in restrictu facti et juris Vobis EE. PP. distribuendo , silente Parocho Agostini, elapso jam termino eidem ab Episcopo ad deducendum jura sua in S. Congregatione præfixo .

Primum ex concordatis dubiis respicit an, et quomodo sit locus aperitioni oris: Atque hoc arbitrium non intrare defendit Parochi Ecclesiæ S. Venantii defensor. Cum enim vim legis habeat principis placitum *L.* 1. *ff. de Const. princ.* ; ac contra rescripta Summi Pontificis non sit ferenda sententia *cap.* 26. *de privileg.* ; nisi obreptitia , vel subreptitia demonstrentur *cap.* 11. *de Privileg.* sequitur pensionem favore Parochorum S. Venantii impositam debere manere ; nisi evidentissime ex adverso a Parocho Ecclesiæ SS. Joannis et Vitalis luculentissime demonstretur obreptitie , vel subreptitie obtenta ut post *text. in l.* 10. *ff. de Locat. et conduct.* , *leg.* 6. *de prob.* definivit. S. Rota *in Milevitana Bajulivatus S. Euphemiae super aperitione Oris* 8. *Maii* 1761.

1761. *cor. Frangipane*. Quævis autem obreptio, vel subreptio abest, quia duo exposuit Parochus S. Venantii veritati inixa; nimirum, Ecclesiæ reditus ad annua scutata 60. pertingere, et Ecclesiam ruinam minitare. Sed nec ulla de obreptione, vel subreptione institui quæstio potest, cum eam pensionem persolvendam decreverit Sanctissimus *ex motu proprio*, *certa scientia*, *mera liberalitate*, *et Apostolicae auctoritatis plenitudine*, ut legitur in litteris Apostolicis, hoc enim in casu nequit quaestio institui super veritate, vel falsitate narrationis *ad Text. in cap. si motu proprio de Praeb. in 6*, *Clem. Si Romanus eod. tit.* Reiffenst. *in Jus. Can. tit. de rescript. num*: 203.

Solvendam autem esse pensionem integram Josepho Guerra etiam tempore praeterito in secundo dubio probat, qui ejus tuetur jura. Pensio enim ex litteris Apostolicis proficiscitur quæ proinde justum titulum dant Parocho S. Venantii ad eam consequendam, et vicissim in Parocho SS. Joannis et Vitalis firmam obligationem inducunt ad eam solvendam, qui hoc onere gravatam eam Paræciam acceptavit, unde pensionem debet ipse ex quasi contractu persolvere, nec ei est facultas litteris Apostolicis in parte sibi favente fasces submittere, in parte vero sibi contraria respuere. Singulas deinde diluit exceptiones, quæ ex redituum diminutione, ex Peritia Vincentii Storoni, et ex Informatione, ac voto Episcopi Forosemproniensis deduci possent favore Augustinii. Demonstrat siquidem superesse ipsi necessaria alimenta etiam persoluta pensione; nullum vero detrimentum sentire posse Parochum Guerra ex defectu sacrarum supellectilium, et necessaria reparatione tum Ecclesiæ, tum bonorum ad Ecclesiam Parochialem SS. Joannis, et Vitalis spectantium; hanc enim pensionem liberam, et immunem ab omni decima, quarta, media, et quavis alia fructuum parte ex quavis causa urgenti, ac urgentissima declaravit Sanctissimus in Litteris Apostolicis. Hæc omnia fusius noscent EE. VV. in allegatione distribuenda ex parte Parochi Guerra, vadimonium deserente, ut initio munui, Parocho Augustini.

Dubia itaque sunt:

I. *An, et quomodo sit locus aperitionis Oris in casu ec.*

Et quatenus negative. II. *An*

II. *An sit locus solutioni pensionis in annuis scutatis quinquaginta etiam pro tempore praeterito in casu ec.*

Ad I., et II. Dilata, et ad Episcopum pro deputatione periti peritioris sumptibus pro nunc Parochi Agostini, et deinde cujus de jure, ad effectum referendi super actuali reditu Parœcæ Sanctorum Joannis, et Vita lis comprehensis incertis, facta interim per eum dem Parochum Agostini favore Parochi. Guerra aliqua subministratione arbitrio Episcopi.

Sess.23. cap.1. de Reform.

FERETRANA RESIDENTIAE, ET DISMEMBRATIONIS. Pluries hæc causa proposita est vario tamen exitu. Nam in Congregatione diei 30. Augusti 1817. propositis Dubiis I. *An Archipresbyter Gambetti cogendus sit ad residentiam in Ecclesia S. Petri in Cultu in casu ec.* II. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercatini, ejusque agri a Paraecia di Talamello in casu ec.* III. *An, et quomodo constituenda sit congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu Oppidi Mercatini in casu ec.* responsum est - *ad I. affirmative, ad II. et III. provisum in primo* - Sed in posteriori anno 1818. ad diem 2. Maii reclamante Archipresbytero Gambetti datum est responsum - *Recedendum a Decisis* -.

Iterum judicii aleam felici omine tentavit Populus Mercatini in Congregatione 18. Septembris 1819. quia licet, postulante dilationem Archiepresbytero Gambetti, perendinata fuerit causa rescripto - *dilata, et proponatur in prima post aquas omnino, et infallanter* - attamen in sequenti Congregatione diei 20. Novembris ejusdem anni datum est responsum - *Ad I. In primo loco decisis, ad II. et III. Provisum in primo* -.

Post plures dilationes concessas, ut novæ pareretur allegationes, tandem decreto statuta est hæc dies ad novum reddendum judicium. Ex parte Populi Mercatini cujus favore editæ sunt prima, et ultima Resolutio distribuitur Memoriale, quo rogantur EE. Patres reassumere scripta distributa in laudata Congregatione diei 20. Novembris præteriti anni. Nihil vero mihi exhibitum est ex parte Archipresbyteri, cui favet intermedia S. Congregationis Resolutio. Dignentur

tur igitur EE. Patres reassumere præterita Folia, ut iterum suum sapientissimum judicium proferre valeant super Dubiis, quæ reproponuntur.

I. *An sit standum, vel recedendum in primo, et tertio, vel secundo loco decisis quoad primum dubium in casu ec.*

II. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Oppidi Mercatini, ejusque Agri a Paraecia di Talamello in casu ec.*

III. *An, et quomodo sit constituenda congrua novo Parocho deputando in Ecclesia S. Petri in Cultu in casu ec.*

Ad I. II., et III. In primo, et tertio loco decisis, et amplius.

ROMANA JANUEN, ET CHIEN LEGATI. Testamento die 27. Januarii 1619. obsignato, Cl.Me.Card. Benedictus Justiniani reliquit ad honorem Deiparæ Lauretanæ tot frugifera bona valoris quinquaginta millium scutatorum, ut ex illorum reditu sub administratione Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ Urbis pia explerentur opera, quorum ita ordinem designavit. *Primo* scilicet annua scutata centum Archiconfraternitati præfatæ causa administrationis; *Secundo* annua scutata quinquaginta pauperibus Chii Latini Ritus distribuenda. *Tertio* „ *si* „ *diano a due Giovani di Casa Giustiniani, uno* „ *nato a Scio, e l'altro a Genova . . . . . quindici* „ *scudi al mese per uno, acciò studino in Perugia* „ *tre anni Gramatica, ed Umanità, e cinque anni* „ *la Legge, e poi si addottorino in utroque jure pa-* „ *gandosi il dottorato dalla Compagnia, quale si fac-* „ *cia in Roma, e per due anni dapoiché saranno* „ *addottorati li si continui la paga, acciò stiano in* „ *in Roma a pigliare la prattica, o entrare in* „ *Corte, e passati li due Anni non se li dia più nien-* „ *te, ma si piglino altri due Giovani, come sopra,* „ *e così si faccia in perpetuo, e li Giovani siano elet-*

Sess 22. Cap. 6 de Reform.

„ *eletti quei di Genova dall' Albergo de' Giustiniani, e quelli di Scio dal Vescovo . . . . e li* „ *Signori dell' Annunziata scrivino a Genova, e a* „ *Scio a suoi tempi, acciò si faccia l' elezione* „ *Quarto* Sacra quatuor quotidie applicanda præstita julii unius eleemosyna. *Quinto* quolibet decennio scutata quingenta duobus Missionariis tradenda, qui Insulas petant Maris Aegei. *Sexto* duo subsidia dotalia scutatorum quinquaginta quotannis duobus Lauretanis puellis conferenda, et præterea alia scutata quinque pro alba veste, nec non alia scutata decem pro Missa cum cantu in festo B. M. Virginis sine originali labe Conceptæ in Lauretana Basilica celebranda. *Septimo* scutata centum pro redemptione cujuspiam ex Justinianæa familia, qui forte in Turcarum captivitatem incidisset. His omnibus oneribus adimpletis, superextantes reditus in dotes scutatorum biscentum erogari jussit conferendas Virginibus in domino nubentibus. Fraternam Card. Benedicti pietatem æmulatus Marchio Vincentius Justiniani ultimo testamento diei 18. decembris 1638. hæredi, ejusque successoribus mandavit, ut quotannis eidem Archiconfraternitati Sanctissimæ Annunciatæ numerarent scutata biscentum quinquaginta investienda in LL. MM. vel aliis frugiferis bonis ab Archiconfraternitatis moderatoribus, quorum annui fructus „ „ *si vadino applicando, ed aggiungendo al legato,* „ *che fece il Card. Benedetto Giustiniani in sussidio* „ *da distribuirsi a povere Zitelle da monacarsi, con le* „ *circostanze, e condizioni contenute in detto Testa-* „ *mento; il qual legato dovrà andar crescendo col* „ *tempo, secondo, che alla giornata dovrà anche* „ *crescere il frutto delle investiture annue, che si fa-* „ *ranno degli annui scudi duecento cinquanta.* „

Anno 1814. Mense Octobris Januensis Justinianea familia, inaudita Archiconfraternitate, nominavit Adolescentem Josephum Justiniani ad assequendum legatum scutatorum quindecim in singulos menses causa studiorum, quibus operam dandi facultatem in Januensi Civitate, potiusquam in Perusina ob adversam valetudinem obtinuit a SSmo die 12. Decembris 1815. illius Parens Joannes Justiniani, qui

tunc

tunc a Moderatores Archiconfraternitatis Legati præstationem efflagitavit. Renuentibus iis ob defectum redituum, et ob æs alienum contractum ex causa dotium jam promissarum, solutionem explere, Sacratissimum Principem adivit exponens æs alienum contractum fuisse ob dotium collationes, et largitiones in pauperes peractas, vel ex immoderato arbitrio, vel ex obreptitiis Sanctissimi rescriptis, ac postulans, ut res omnis S. huic Congregationi definienda committeretur. Rescriptum hinc prodiit die 25. Maii 1818. quo preces remissæ fuerunt „ *Quoad omnes, et omnia ad Congregationem Concilii, quae procedat, auditis omnibus interesse habentibus, prout, et qualenus de jure, praevia, quatenus opus sit, aperitione oris adversus rescripta, de quibus in precibus, contrariis quibuscumque non obstantibus*.

Illico exquisita est Eminentissimi Archiconfraternitatis Protectoris sententia, atque rogatus est, ut auditis deputatis Congregationis Sanctissimæ Annunciatæ, nec non Januensibus collatoribus subsidii in causam studiorum, aliisque, si qui essent, interesse habentibus, eisdemque præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congregatione transmisso actuali statu activo, et passivo pii relicti administrati per dictam Archiconfraternitatem, et copia rescriptorum, de quibus in precibus, referret de summa æris alieni dissolvendi, ejusque provenientia, et titulo, et an processerit ex subventionibus persolutis, aut dotibus collatis de tempore inexactionis LL. MM. et utrum actuales eorum reditus sufficiant implendo legato in causam studiorum.

Singula diligentissime præstitit Eminentissimus Protector. Præfixus namque fuit terminus, utrique familiæ Justiniani Januensi, et Chiensi, Collegio ni de Propaganda fide a S. M. Urbani VIII. subrogatæ duobus Missionariis, qui petere debent Insulas Maris Aegei, nec non Administratoribus S. Domus Lauretanæ. Exhibuit Archiconfraternitas ab anno 1802. usque ad annum 1819. statum activum, et passivum tum legati Card. Benedicti, tum Marchionis Vincentii Justiniani, et copias rescriptorum quoad

 sub-

subsidia dotalia. In jus præterea venerunt Theresia Carissimi Monialis S. Cæciliæ cui ex speciali rescripto Sanctissimi diei 27. Aprilis 1803. unum ex subsidiis dotalibus promissum fuerat nondum tamen solutum, et Pantaleon Justiniani ex Januensi familia, qui ob datam studiis operam ex Pontificia gratia in Urbe, sibi deberi autumat insoluta per aliquot annos menstrua scutata quindecim. De his omnibus breviori, quo fieri poterit, modo agendum; sed prius nonnulla præmittenda sunt.

Testatur in primis Ratiocinator sodalitii ad annum usque 1797. exacte fuisse adimpletam Card. Benedicti voluntatem, idque confirmat Emus Protector. Secundo in eo continuo peccasse Administratores Archiconfraternitatis, prout ait Emus Protector „ *Ut nullam unquam separatam, ac distinctam rationem servaverint „ de fructibus bonorum, quae tam a Cardinali, quam „ ab ejus fratre Vincentio proveniebant, sed omnes „ promiscuerint, quamquam aliae, ut vidimus sint „ Causae piae, in quas ex ordine in suo testamento „ praescripto reditus erogandos esse voluit Car- „ dinalis, aliae a Vincentio* „ Hinc ut referet Peritus ratiocinator dotes semper tamquam a Cadinali relictæ, nunquam laudato nomine Vincentii collatæ fuerunt.

Insuper „ *ob publicarum rerum vices aliisque de Causis* (verba sunt Emi Protectoris, quibus consonat relatio ratiocinatoris periti) *bona ab utroque Testatore relicta, eorumque fructus permagnam tulerunt diminutionem, praetereaque, utraque vigente invasione fructus omnes ab Invasoribus direpti fuere, ac pro eorum arbitrio in alias causas erogati, de quibus propterea ab Archiconfraternitate nulla ratio reddi valet* „

Demum animadvertendum quod actualis bonorum reditus satis sunt ad omnia implenda onera ab utroque fundatore præscripta. Ita enim concludit Ratiocinator in sua relatione obsignata die 31. Julii 1819. „ *Dal „ Retroscritto Stato de' Creditori risulta, che valu- „ tando i due Rescritti Pontifici in scudi 1200. non „ potrà riattivarsi il pieno adimpimento de' Pesi la- „ sciati dal Card. Benedetto Giustiniani, che nell'* *An-*

„ Anno 1821. „ Se poi la S. Congregazione crede-
„ rà di non dover dare esecuzione a detti due Re-
„ scritti , allora fin dall' anno 1820. „ potrà torna-
„ re in vigore la soddisfazione di tutti i pesi , essen-
„ do sufficienti li tre Trimestri del 1819. , non
„ calcolati a conteggio , unitamente al sopravanzo
„ del 1820. „ a soddisfare i retroscritti Creditori ,
„ che sono esenti da qualunque eccezzione, compren-
„ dendo anche quello della R.C. A. per li scudi 7 paga-
„ ti mensualmente a Gio. Costantino Giustiniani, la qua-
„ le come ha fatto in passato sopra altri Crediti ,
„ verrà a rivalersi sù i Capitali da liquidarsi a fa-
„ vore dell' Archiconf. ed in tal caso l' Archiconf.
„ stessa dovrà rindennizzare a spese del legato Giu-
„ stiniani quelle Eredità sulli Capitali delle quali
„ possa essere caduta la diminuzione „

Extra omnem dubitationem positum est quid in futurum agendum sit . Nam cum ex statu activo , et passivo certo constet , reditus satis esse ad omnia implenda onera a Fundatore præscripta , sequitur, ut unusquisque ex legatariis juxta sedem in testamento tributam compendio piæ largitionis frui debeat , in quo nec inter legatarios esse potest disputatio , nec dissentit Archiconfraternitas Unum superest videndum , a qua die hæc regularis legatorum præstatio incipienda sit . Si enim , ut refert Ratiocinator , primum solvendæ sunt duæ dotes ex Rescriptis SS mi tributæ , quarum altera debetur Moniali Gesualdæ Mariæ Carissimi jam Professæ in Monasterio S. Ceciliæ in summa scut. biscentum , altera Marchionissæ Liviæ Vivaldi jam nuptæ in summa scutatorum 1000. tunc certe differenda erit præstatio legatorum ad proximum annum 1821. At si harum dotium suspendatur solutio , de quibus inferius redibit ratio , tunc hoc ipso anno religiose impleri poterit Fundatoris voluntas .

Hisce præmonitis ad singulorum peculiaria jura descendo , ac primum agam de Joanne Justiniani , qui præsenti controversiæ causam dedit . Innititur ipse ordini testamentariæ dispositionis Cardinalis Benedicti , in qua duo tantum legatariis studentibus præferuntur ; nimirum Archiconfraternitas , et pauperes Chi-

enses; quibus satisfactis statim favore studentium solutio facienda est; nec illorum sedem præocupare valent dotes, quæ non solum ultimo loco, sed ex eo, quod satisfactis legatariis superesset, ex Fundatoris præcepto erant solvendæ. Inter Legatarios enim, ubi non adsunt bona sufficientia, prædilecti sunt cæteris præferendi *Peregr. de fideicomis. Art. 4. numer. 64. Rota recent. decis. part. 19 tom. 1. decis.* 208. Hinc posita diminutione redituum dotes non erant confedæ, multoque minus arbitrariæ subventiones elargiri poterat Archiconfraternitas. Quin quidquam referat illas collatas fuisse rescriptis SSmi, cum aperta obreptione, et subreptione laborent preces. Si enim testamentaria dispositio ab Oratricibus SSmo fuisset exposita numquam SSmus cum tertii præjudicio gratiam concessisset.

Verum Archiconfraternitas in primis observat multa falso narrari in precibus Joannis. Nullas enim arbitrarias subventiones datas esse constat ex periti ratiocinatoris relatione. Addit, non potuisse anno 1814. nominari Josephum. Etenim ob præpeditam Archiconfraternitati fructuum legati perceptionem, ac subsequentem ipsius suppressionem tempore Gallicæ Invasionis, nondum potuerat ex integro percipere decennalem solutionem Joannes Constantinus Justiniani Januensis, qui per decennium studiis operam dedit; Unde reditus anni 1814. et 1815. ipsi fuerunt consignati in extinctionem sui crediti. Hæc et alia plura animadvertunt deputati Archiconfraternitatis.

Ratiocinator autem refert ex bonis Card. Bened. a Moderatoribus illius loci pii a Mense Majo 1802. usque ad totum Julium 1819. percepta fuisse sc. 7782 et ob. 21.½ (detractis temporibus inexactionis LL. MM. et suppressionis) erogata vero fuisse in causas a Card. præscriptas scutata 5191. ob. 99. ½ ac præterea alia sc. 166. 66. ob quinque dotes scutorum quinquaginta, sed in minori quantitate solutas ob reductionem pecuniæ ærosæ in argenteam Lauretanis puellis annis 1806, 1807. 1808. 1810., 1817. quarum una promissa fuerat anno 1794. duæ anno 1795. et duae 1797. His igitur omnibus subductis expensis introitus superat exitum in scutatis 2423. 56. Præ-

Præstat autem animadvertere quod refert Eminentissimus Protector „ *Atque haec accepti redundatio erogata in monasticas dotes, quarum decem in scutis biscentum, duae in scutis quatuor centum, et altera in scutis sexcentum in vim Rescriptorum S. Mem. Pii VI. ineuntibus annis* 1794. 1795. 1797. 1798. *collatae, quarum quatuor conflantes summam scut.*1600. *persolutae anno* 1819. *Hinc constat nomine dictarum dotium persoluta esse scutata septingenta septuaginta sex, et ob.* 45. *plus quam ferebant fructus ex bonis percepti, quae a Card. Justiniani proveniebant. Nondum satis, quoniam vigore rescripti Sanctissimi, quod datum habet diei* 18. *Julii* 1802. *ratatim in causam dotis Annae Mariae Justiniani numerata sunt alia scuta mille* „ Ex quibus liquet Archiconfraternitatem solvisse in causam dotium scut. 1776. et obul. 45. plus eo quod retraxerat ex bonis Card. Benedicti „ *Constat tamen* (prosequitur Eminentissimus Protector) *ex iisdem dati, acceptique rationibus suplementum habitum esse ex fructibus bonorum Marchionis Vincentii, qui datum* (scilicet solutiones numeratarum dotium) *superant in scutis* 75. 50., et quorum Archiconfraternitas debitrix est.

Episcopus Chiensis, et Seniores Justinianeæ familiæ in illa Insula commorantes, respuendas esse putant preces Joannis Justiniani. Juxta enim testamentariæ dispositionis ordinem præferendi sunt Josepho jam nominato pauperes Chienses, ad quos primum conversa est Fundatoris pia sollicitudo, et quos valde pertimescendum est, si necessaria desint subsidia; in Apostasiam incidere. Addunt insuper nullum, intercedere discrimen inter Juvenes ex Justinianea familia eligendos tum in Insula Chiensi, tum Januæ, ita ut hi illis sint præferendi, ac si aliquid reditus percipiatur, potius studenti Familiæ Januensis quam Chiensis persolvi debeat.

Cum vero Chii adsit juvenis, qui studiis operam dare possit et solum expectetur juxta voluntatem Testatoris, ut Archiconfraternitatis moderatores patefaciant, quando ipse ad Perusinam Urbem pergere debeat, huic etiam, non Januensi Adolescentulo tantum, legatum præstari debet. Verum enim vero hæc videntur opposita fuisse

se in supposito defectus redituum in quo quidem casu definiendum esset, utrum aliquis ex Legatariis, cæteris exclusis, præferri deberet. seu potius singuli aliquam piæ largitionis diminutionem facere deberent. Sed cum ex relatione Ratiocinatoris constet tot superesse reditus, quot satis sunt ad omnia implenda onera, inutilis modo evadit hæc disputatio relate ad futurum.

Quoad Collegium Urbanum de Propaganda fide, quod, ut præmisi, a San. Mem. Urbani VIII. subrogatum fuit Missionariis, qui quolibet decennio accedere debebant ad Insulas Maris Aegei ita præscripsit Cl. Me. Cardinalis Benedictus „ *Ogni dieci Anni; cominciando dal primo decennio, che arriverà dopo la mia morte si mandino due Missionarj Religiosi in Missione a visitare l' Isole dell' Arcipelago, ai quali si diano per le spese loro cinquecento scudi* „ Patet ex redditione rationum ultimam hujus præstationis solutionem factam fuisse in scutatis 500. die 26. Martii 1805. Hinc si materialis annorum cursus spectari debeat in præterito anno 1815. novæ solutionis dies cessisset. At moderatores Archiconfraternitatis, ejusque Ratiocinator solutionem, subducto tempore, quo ob Gallicam Invasionem Sodalitium ab administratione, et percipiendis fructibus pii Legati detrusus fuit, differunt ad currentem annum 1820.

Administratores SS. domus Lauretanæ sua jura typis impressa vobis PP. EE. distribuent, in quibus duo potissimum contendunt: primo legatum dotium favore puellarum Civitatis Lauretanæ, et scutatorum decem pro Missa solemnì esse privilegiatum, quia etsi varia pia opera Card. Benedictus præscripserit, attamen in honorem B. M: V. Lauretanæ reliquit universum frugiferum Caput. Deinde, si quam reditus passi sunt diminutionem, atque etiam quandoque percepti non fuerunt, aliæ piæ causæ inferius præscriptæ a Testatore, poterant omitti, non vero illæ, quas prædilexit. Præterea etiam invasionis tempore asserunt administratum fuisse Legatum Card. Benedicti ab Archiconfraternitatis Ministris sub titulo *publicae beneficientiae*; et ab iis solutas, ut antea, fuisse dotes, quæ certe

sub

sub eodem titulo distribui potuissent Lauretanis puellis.

Inter Juvenes Januenses, qui juxta Legatum Card. Benedicti studiis operam dederunt adest Petrus Pantaleon, qui anno 1793. habilitatus fuit decennium explere in Collegio Clementino Urbis. Verum, dum a Republicano regimine suppressum fuitCollegium Clementinum, nedum coactus fuit ipse ad patrios lares remeare, ibique studiorum decennium perficere, sed etiam nequivit tunc Archiconfraternitas scutata quindicim quolibet mense suppeditare ob diminutos legati reditus, et intermissam fructuum LL. MM. solutionem. Innixus testatoris voluntati, qui studentes prædilexit, postulavit, ut sibi præstaretur, quod non fuit solutum. Has novas preces pariter remisi Eminentissimo Protectori, ut S Congregationem dignaretur instruere auditis deputatis in scriptis; At cum nihil retulissent deputati, non potuit hinc Eminentissimus Ercolani S. Congregationem instruere. Vestrum igitur erit decernere PP. EE. utrum hæc instantia sit separatim reproponenda, postquam documenta necessaria fuerint transmissa.

Duo vero alia adsunt Sanctissimi rescripta, de quibus superius memini, quorum primo anno 1803. Sanctitas Sua preces Theresiæ Carissimi Monialis S. Ceciliæ ad obtinendum subsidium dotale scutorum 400. remisit Clar. Mem. Card. Rovarella tunc Protectori, qui gratiam signavit pro uno tantum subsidio scutorum 200. „ *sine tamen praejudicio tam Personarum a Pio Fundatore expresse contemplatarum, tam collationum earumdem dotium antea factarum omnino ante omnia satisfaciendarum* „ ; altero vero rescripto diei 25. Octobris 1817. habilitata fuit Marchionissa Livia Vivaldi ad consequenda scut. 1000., seu quinque subsidia dotalia in Domino nubentibus conferri solita, post initum matrimonium, quia tunc Archiconfraternitas solvere illa nequibat. Neutri tamen quidquam adhuc datum est ob defectum redituum. Cum vero ex statu activo, et passivo anni 1819. pateat, creditores Archiconfraternitatis esse in summa scut.2354. et obol.15. duobus hisce postremis

mis computatis rescriptis ; ac unice ab Archiconfraternitate exigenda esse scut. 913. 78. ex fructibus LL. MM. , liquet creditores superare in summa sc. 1440. et obul. 37.

Hinc sequitur, ut definiendum sit , utrum hæc subsidia dotalia statim solvenda sint , vel potius differenda , vel demum revocanda. Si enim suspendatur solutio tunc hoc ipso anno præstari poterunt omnia legata a pientissimo Cardinali relicta ; si e contra debeat accelerari , tunc ad proximum annum 1821. differenda erit aliorum legatorum solutio , ut constat ex relatione Ratiocinatoris , quam superius exscripsi .

Quo vero ad revocationem juxta facultates , quas Sanctissimus impertitus est per adjectam clausulam de *aperitione Oris* non par utriusque concessionariæ est conditio . Habent quidem una , et altera Pontificium Rescriptum , et neminem latet Gratias Supremi Principis decere esse mansuras; Sed quoad Monialem , dum ipsi in genere favet voluntas pii Testatoris , qui voluit superextantes reditus erogari in dotes monasticas , animadvertendum est , nunquam solutioni fieri locum , si cætera legata , quæ in ordine praemittuntur , non fuerint adimpleta . Quo vero ad Marchionissam Liviam Vivaldi opponitur voluntas Cardinalis Benedicti , qui dotes nubentibus in Domino, non autem in saeculo conferendas praescripsit , Sed huic voluntati derogavit Sanctissimus rescripto die 25. Octobris 1817.

Tandem ita relationem suam concludit Peritus Ratiocinator ,, *In fine non si stabilisce alcun Creditore per* ,, *pesi non soddisfatti ne' tempi della sospensione* ,, *delle rendite , e durante la soppressione dell' Archiconfraternita nel Governo Francese , mentre* ,, *in tali casi cessa al Legatario qualunque diritto ; e* ,, *se fra i Creditori si è posto il Collegio di Propaganda Fide per sc.*500. *è perchè si è considerata la scadenza decennale , come prescrive il Testatore , e* ,, *e non quella calcolata per comodo in annui scudi* 50. ,, *mentre in quest' ultimo caso il detto Collegio avrebbe dovuto soffrire quelle perdite , che l' inesigenza* ,, *delle Rendite , e la soppressione hanno prodotto ;* *tut-*

„ *tuttavia la natura di questo Legato si sottopone alla*
„ *Sagra Congregazione, ond'essa risolva, come cre-*
„ *derà più opportuno*.

Hæc sunt præcipua jura, quæ tum a creditoribus, tum ab administratrice Archiconfraternitate deducta sunt. Vestrum itaque erit EE. PP. præfinire tempora, solutionesque præstandas ab Archiconfraternitate. Interea id unum observandum superest cum Eminentissimo Protectore, effluxo anno 1819., dum jam scilicet promota, ac remissa fuerat a S. Congregatione Eminenetissimo Protectori instantia Joannis Justiniani, et jam patefacta Moderatoribus, soluta fuisse ab Archiconfraternitate scutata 1200. in extinctionem trium dotium, quæ vigore rescriptorum San. Mem. Pii VI. collata erant tribus puellis in sæculo nubentibus, de quibus superius disserui; ac proinde ex juris rigore deberent Oratores eam summam ære proprio præstare.

Verum, ne huic oneri subjiciantur, ipsis impertiendam esse absolutionem, et sanationem putat Eminentissimus Ercolani, præsertim cum nunc possit Testamentaria dispositio adimpleri, unde amplius non sit retardanda scutator. menstruorum 15. Josepho Justiniani solutio.

Hæc itaque proponuntur dirimenda.

Dubia

I. *An, et a quo tempore sint persolvenda menstrua scutata 15. Josepho Justiniani in casu etc.*

II. *An, et a quo tempore sit persolvendum legatum pauperibus Chiensibus in casu etc.*

III. *An, et quando pergere debeat ad Civitatem Perusinam nominatus ab Episcopo, et Familia Justiniani Chiensi ad assequendum legatum causa studiorum in casu etc.*

IV. *An, et in qua summa sit satisfaciendus Petrus Pantaleon Justiniani, qui studiis operam dedit in casu etc.*

V. *An, et in qua summa debeatur legatum Collegio de Propaganda Fide in casu etc.*

VI. *An, et a quo tempore debeantur dotes puellis Lauretanis in casu etc.*

VII. *An, et a quo tempore sint persolvenda annua scutata decem administratoribus S. Domus Lauretanae pro Missa solemni in casu etc.*

VIII. *An, et quomodo sint solvendae dotes promissae Moniali Theresiae Carissimi, et Marchionissae Liviae Vivaldi in casu etc.*

IX. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione, et sanatione quoad praeteritum in casu etc.*

Ad I. Affirmative a currenti anno 1820. per decennium supensa interim nominatione alterius Juvenis.

Ad II. Affirmative a currenti anno.

Ad III. Affirmative post secutam nominationem ad ejus beneplacitum.

Ad IV. Videatur particulariter audito Emo Protectore.

Ad V. Affirmative pro scutis quingentum ad totum currentem annum.

Ad VI. et VII. Affirmative a currenti anno.

Ad VIII. Affirmative ex superextantibus reditibus satisfactis prius cæteris Legatariis.

Ad IX. Affirmative in omnibus.

Sess. 22. cap. 6. De Reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Relata est in superiori causa pia voluntas Cl: Mem: Card. Benedicti Justiniani. Inter cæteros, qui ex reditibus ejus legati opem postulant, adest Maria Anna Justiniani, quæ gravi laborans paupertate preces Sanctissimo dedit die 27. Maii anni 1819. ad obtinendum subsidium dotale scutatorum mille, ut in sæculo nuberet. Remissa fuit petitio S. huic Congregationi, quæ votum exquisivit Eminentissimi Ercolani Protectoris, ut auditis Deputatis Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ Urbis referret de prompta Oratricis occasione nubendi, de requisitis concurrentibus ad formam fundationis, et de exemplis; ac utrum adessent aliæ passive vocatæ, quibus præjudicium inferretur, nec non de numero subsidiorum, quæ loco pio revertuntur, et in quem usum sint ex fundatione eroganda.

Interea ad sæcularia vota transiit Maria Anna, et a Sanctissimo voti compos facta fuit die 7. Decembris 1818. assequendi dotalia subsidia, etsi desponsata, quod indultum ad annum concessum prorogatum fuit ad alium annum sub die 7. Decembris 1819.

Eminentissimus Protector peculiarem super hac instantia informationem non dedit, ne actum agere videretur; jam enim diligentissime retulerat volunta-

rem Testatoris, ac de legati reditibus, ipsorum erogatione, ac statu activo, et passivo egerat, dum super precibus Joannis Justiniani, ut in superiori causa vidimus, S. Congregationem instructam reddidit. Hæc itaque ipse animadvertens folium transmisit a Deputatis Archiconfraternitatis exaratum, in quo satisfaciunt iis, quæ sciscitata est S. Congregatio, quæque nihil commune habent cum præcedenti Joannis Justiniani controversia.

Referunt itaque ipsi - *Relativamente ai requisiti, che concorrono o nò nella Oratrice a forma della disposizione testamentaria, si è già resa cognita alla medesima S. Congregazione, che la legge della Fondazione è appunto quella di dotare per monacato, non per matrimonio, onde vivere al secolo. Che se alcun esempio su tal particolare si conta, questo può dirsi veramente straordinario, considerandone il numero, e le modalità, con le quali è accaduto per concludere, che non constituiscono consuetudine alcuna, o diritto. Imperciocchè, se si spinge l' occhio sull' antico stato con retrograde osservazioni, scarsissimi esempj si scorgono, e questi accompagnati furono da specialissime deroghe, e dalla solennità di Brevi Pontificii su le concesse grazie spediti. Se poi ci rivolgiamo ai presenti troveremo soltanto quello della Bischi, e Vivaldi . . . . . Ora non vi sono Zitelle chiamate al conseguimento di sifatti sussidj, onde veramente in questo senso, niun pregiudizio potrebbe apportare l' implorata grazia, meno l' alterazione di quanto è stato esposto, e rispettosamente suggerito nella più volte citata relazione.*

Finalmente interessa conoscere qual siasi per disposizione del Testatore l' uso delle doti di ricadenza. Allorchè conferite si siano, le collatarie godono un termine triennale ad emettere la professione Religiosa. Q ualora nel prefisso termine professato non abbiano, è luogo alla reversione, e le ricadute doti nella nuova collazione immediatamente seguente alla ricadenza si debbano tornare a conferire. Nel momento presente di tal indole non se ne trovano.

Hinc contra Oratricem adverti posset, primo adversa-

ri instantiæ voluntatem Testatoris stricte custodiendam, qui dotalia subsidia reliquit pro nubentibus in Domino tantum; iisdemque unicum subsidium conferri voluit scutatorum biscentum, non vero cumulum plurium subsidiorum a quo abhorruit. Deinde concessioni obstare statum legati pii ob diminutos reditus, et multiplices creditores, ut in superiori causa dictum est.

Verum Oratrix, ut concessioni aliquam saltem æquitatis viam sternat, probat suam consanguineitatem cum fundatore, et a Chiensibus Justinianis descendentiam. Quandoquidem ex Parochialibus libris S. Catharinæ de Rota Urbis patet, Sebastianum Justiniani Chiensem Romæ commorantem genuisse Antonium, ex quo ipsa nata est. Hinc præsumptæ, ac ordinatæ charitati testatoris innititur succurrendi potius pauperes consanguineas, etsi in sæculo nubentes, quam extraneas monasticam professionem emissuras.

Omissis deinde exemplis concessorum cumulorum dotium causa monasticæ professionis, ad ea progreditur, quibus contrahentibus matrimonium subsidium est elargitum pluribus coacervatis dotibus. Etenim anno 1693. Catharina de Gregoriis Justiniani pro temporalibus nuptiis per rescriptum S. hujus Congregationis cumulum unius annuæ dotis *ad quindennium* impetravit. Scutata 1000. pro unaquaque causa Matrimonii consequutæ sunt Clara, Anna, Vincentia, et Maria Balsarini ceu testatoris consanguineæ per rescripta a Sa. Mem. Benedicti XIV., et Clementis XIV, edita annis 1746. 1757. 1771., et 1774.: et anno 1790. scut. mille obtinuit altera puella Balsarini in sæculo nupta per rescriptum S. hujus Congregationis, de quibus omnibus exemplis testatur *folium* S. Congregationis *dei 12. Junii 1794. in Romana Subsidiorum Dotalium*. Addit præterea Oratrix amitam, quæ nupsit in sæculo a S. M. Pii VI. obtinuisse cumulum scutorum 1500.. Multum hinc confidens in prænotatis exemplis rogat, ne ad imparia judicetur contra præceptum *cap. in judiciis. de reg. jur. in 6.*; atque eo magis quia nulla puellis aliis fit injuria, ac præjudicium, ut Deputati Archiconfraternitatis testantur.

Si

Si EE. PP. placuerit Annæ Mariæ votis obsecundare, tunc præscribere debebunt, nedum quantitatem cumuli, sed etiam, quomodo, et quando sit facienda solutio; utrum nimirum post satisfactos omnes creditores, et adimpletis cæteris omnibus causis piis, quas præferendas esse voluit testator; ac proinde sit solvendus plurium annorum cursu ex superextantibus reditibus, suspensa tantum collatione dotis puellis religiosam professionem emissuris. Dubium itaque sit.

An, et quomodo sit locus cumulo dotium in casu etc.

Negative.

ROMANA SEU URBEVETANA QUARTAE FUNERALIS. In Villa quadam Urbevetana, quo se contulerat paullo ante animi recreandi causa, diem obiit supremum moerentibus omnibus, Cl. Mem Card. Joannes Philippus Scotti. Ejus Cadaver solemni funebri apparatu ad Cathedralem Ecclesiam delatum est, ibique depositi loco humatum. Tunc Parochus S. Andreæ de Fractis Urbis, intra cujus Paræciæ fines, domicilium suum habebat defunctus, ne in aliquo deficeret in tuendis Ecclesiæ suæ juribus Quartam funeralem a Capitulo Urbevetano petiit dispositione statuti Cleri Romani, et consuetudine fretus. Negativo accepto responso suplex SSm̃um adiit, postulans, ut per R. P. D Auditorem suum „ *possa intra limites juris conciliare economicamente la vertenza* „ Præsul hic, auditis prius pro informatione, et voto tum Urbis Vicesgerente, tum Urbevetano Episcopo, quorum uterque sui respective Cleri juribus favet, ex Audientia SSm̃i huic Sacræ Congregationi rei cognitionem delegavit „ perchè sia conosciuta, „ e risoluta dalla stessa S. Congregazione economi- *Sess. 25. Cap. 3. de Reform.*

ca-

„ camente, e senza strepito, e forma di giudizio „ Jussis igitur Sanctitatis Suæ obtemperans controversiam hanc *ex officio* Vobis EE. PP. dirimendam propono.

Jura, quæ Parocho favent, repetenda primo sunt ex generali juris dispositione, juxta quam quarta funeralis Parocho domicilii debetur, etiam si Parochianus extra Paræciæ limites deficiat, et alibi sepeliatur *Cap. Nos, instituta* 1. *Cap. Relatum* 2. *cap. de his* 4. *cap. cum super* 8. *de Sepulturis*, *et Clement. dudum. Abb. in d. Cap. de his. Barbos. de jure Eccles. lib.* III. *cap.* 24 *n.* 26 *et de officio Parochi cap.* 26. *n.* 16. *Panimoll. decis. V. annot.* 4. *n.* 4. et debetur ab Ecclesia sepeliente *cit. Panimoll. decis. V. ann.* 3. *n.* 14. quae quarta juxta statutum Cleri *Romani cap.* 4. § 2. *in addit.* *est* „ *Medietas totius Cerae, quae in ipso fu-* „ *nere accenditur circa feretrum, sive ante, sive re-* „ *tro deferatur, sive intra Ecclesiam etiam in Alta-* „ *ribus alicujus Sancti, sive extra eam, sive ab* „ *haeredibus defuncti, sive a quocumque alio in hono-* „ *rem defuncti, sive accendatur ad hoc, ut regula-* „ *res, et Confratres, aliique Processionem funebrem* „ *associantes tempore nocturno viam videre possint,* „ *sive alio quocumque pretextu Ecclesiae Parochia-* „ *li debeatur, quoties defunctus extra illam tumula-* „ *tur etc.*

Haec Statuti lex constanti consuetudine semper in Urbe servata fuit, et nemine contradicente, Parochi ab Ecclesia tumulante praedictam medietatem Cerae receperunt. Siquidem in constituenda quarta funeris consuetudo, vel statutum plurimum valet *Reiffen. in jus Canonicum universum tom.* 3. *tit.* 28. *num.* 47. S. haec Congregatio in *Maceraten.* 18. *Junii* 1699. *et Camerinen. Sepulturae* 18. *Decembris* 1819. *ad* 2. *Dub.*

Propterea ex eodem Statuto jus suum Parochus mutuatur. Etenim in Capite 3. § 11. *de jure eligendi sepult. in addit pag.* 16. ita dispositum est „ *Si autem* „ *contingat quemquam extra Urbem ex quacumque* „ *causa, non immutato tamen domicilio Urbis, morte* „ *occumbere, et sepeliri; Solvatur Ecclesiae Paro-* „ *chiali Urbis, intra cujus limites domicilium, sive*

habi-

„ *habitatio retinetur; Canonica portio non ab haere-*
„ *de, sed ab Ecclesia tumulante, quatenus ibi fu-*
„ *nus factum fuerit; jura vero sepulturae ab haere-*
„ *de. Si vero funus non fuerit factum in loco, in*
„ *quo decessit, integrum dictae Ecclesiae Parochiali*
„ *Urbis deberi declaramus.*

Quod cautum quoque habetur in Taxa, quæ post statuti dispositionem impressa legitur „ *per quelli, che ritenendo domicilio in Roma mojono fuori di Roma si debba la porzione Canonica dalla Chiesa seppelliente alla propria Chiesa Parrocchiale di Roma, alla quale però si debbono gli emolumenti della Sepoltura direttamente dagli Eredi, e non essendosi fatto il funerale nel luogo dove mojono dalle dette Persone specificate nella Tassa suddetta, si debba intiero alla Parochiale di Roma dagli Eredi.*

Hisce de Causis Urbis R.P.D. Vicesgerens in sua informatione, vel voto concludit „ dopo una legge così
„ chiara, ed emanata *a bella posta nel caso, in cui ca-*
„ *de questione, niuno potrà mai persuadersi,*
„ *che la legge sudetta universale non abbracci, e non*
„ *comprenda la Cattedrale d'Orvieto. E molto me-*
„ *no questa potrà opporre qualunque consuetudine,*
„ *e osservanza in contrario; ed in fatti non si allega*
„ *questa consuetudine nel caso identifico, ed ove la*
„ *legge chiaramente parla, onde ancorche vi fosse*
„ *non potrebbe allegarsi in giudizio, come insegna*
„ *il Pignat. nella cons. Can. 7. 9. consult. 145. ripor-*
„ *tando varj Autori al num. 19. „ ivi „ minus re-*
„ *fragari videbatur, quod non integrum Funerale,*
„ *sed sola quarta portio, quae in Urbis consuetudi-*
„ *ne est medietas, sit debita Parocho ut sancitur,*
„ *quia cum Ecclesia sepeliens nullum habet jus su-*
„ *per alia medietate, sicuti non potest pro ea agere,*
„ *minus potest excipere leg. etc. Itaque cum Parochi extra*
„ *Urbem agant sine actione, possunt ex ipsius Sa-*
„ *crae Cong. Concilii dispositione, sive super Epi-*
„ *scopis, sive a quocumque alio Judice repelli, etiam*
„ *parte non opponente „ Non vi è dunque alcuna ra-*
„ *gione, mediante la quale possa la Cattedrale d'*
„ *Orvieto impugnare la quarta funerale sopra il fu-*
„ *nerale percepito dalla ch. mem. Card. Scotti, e per-*

ciò

„ *ciò deve quella consegnare al Paroco del domicilio* .

E contra Capitulum putat officium illud non fuisse verum funus, sed solemne suffragium, quia Cadaver ibi fuit humatum depositi, non sepulturæ loco; contendit etiam dari non posse funus absque sepultura; unde infert nihil quartæ titulo Parocho Romano deberi; quia hæc quarta si danda sit, ab Ecclesia sepeliente debetur. *Tit. 28. de sepulturis decretalium per tot. et Concilium Romanum tit. 8. cap. 5. - ibi - Quarta funeralium solvenda a Regularibus quibuscumque in quorum Ecclesiis defunctus* contigerit tumulari, et doctores communiter „ *Funeralia de jure communi dicuntur, quae ratione sepulturae obveniunt et quacumque occasione funerum ad Ecclesiam perveniunt cum defuncti corpore* „ Imo in ipsis Cleri Romani statutis in citato textu legitur „ *si debba la porzione Canonica dalla Chiesa sepelliente*. Quum igitur semper de Ecclesia sepelliente verba faciant allatæ auctoritates, nullimode obligatam esse Ecclesiam deponentem concludit.

Præterea opponit Capitulum loci distantiam. Quamvis enim *in lib. 13. tit. 12. cap. 3. in sexto* disponatur, qui habens in Civitate domicilium, si in Villa decedat, in Parochiali domicilii Ecclesia humandum esse, dummodo absq. periculo ad ipsam valeat transferri, in quo casu emolumenta quoque Parocho domicilii competere videntur, tamen *Benedictus XIV. inst. 105 n. 44*; hanc clausulam explicans ad evitanda dissidia, declarat translationem fieri absque incommodo posse„ *Quando ager tribus ab Urbe milliariis distet, tunc Parochus Agrestis illum tumulo mandare poterit, nec Urbanus Parochus Cadaver deposcet, nec aliquid ratione sepulturae percipere contendet* „ Porro nequit distantia trium mille passuum a Benedicto XIV. assignata ullo pacto comparari cum distantia quae Urbevetanam Civitatem ab Urbe discriminat.

Dubium etiam excitatur quoad statuti Cleri Romani dispositionem, utrum, et quamnam vim habeat in casu statutum enim illud pro Clero Romano a Cardinali Urbis Vicario promulgatum Romanae dioecesis

sis fines excedere non posse videtur „ *Quia statutum est locale, et extra Urbem non est attendendum - Pignat. tom.* 9. *cons.* 148. *num.* 13. *post Seraph. decis,* 259. *num.* 6. *et Rot. dec.* 877. *N.* 1. *part.* 4. *divers.* . Nec obligare extraneos posse apparet ex parte promulgantis, vel approbantis „ *Jurisdictio enim* „ ut verbis utar *Benedicti* XIV. *De Synodo Dioecesano lib.* 11. *cap.* 111. §. 3. *Card. Vicarii . . . . protenditur quidem usque ad quadragesimum ab Urbe lapidem . . . . non tamen complectitur loca intra eumdem circuitum existentia ; quae sint alteri subjecta Episcopo* .

Post hæc Capitulum ad observantiam transit, et ait statutum hoc nunquam fuisse observatum in Urbevetana dioecesi, ideoque numquam quartam hanc solutam fuisse. Quae quidem consuetudo plurimi facienda est etiam quando de funeribus, et de sepulturis agitur *lib.* 111. *tit.* 28. *de sepulturis cap.* 9. Imo neque observari in hoc statutum Romani Cleri in Civitate Urbevetana posse affirmant Canonici. Nulla enim taxa Urbeveteri circa funera extitit, et unusquisque pro suo libitu de funere disponit, quin jus habeat Parochus aliquid petendi : et licet ex jure Communi Parocho debeatur funeris quarta, tamen ab hoc onere liberari Parochiani possunt praescriptione longissimi temporis inducta per spatium quadraginta annorum „ Barbos. *de Officio, et Potestate Parochi part.* 111. *Cap. XXV. n.* 16. Ad quæ praecipue se referens Episcopus suum concludit votum „ *quanto a me debbo dire sinceramente, che principalmente mi fanno gran forza il non essere qui osservati gli statuti Romani, e la perpetua consuetudine. per la quale questa Cattedrale non corrisponde la porzione Canonica* .

Notandum tamen in facto est, Canonicos, qui de inobservantia statuti Cleri Romani in civitate Urbisveteris loquuntur, hoc ipsum tantum asserere, qui, ullum factum ; ullam probationem in medium afferant.

Ut hanc tamen consuetudinem sibi favere probet Parochus S. Andreæ de Fractis affert juratam attestationem Parochi S. Mariæ in Via qui refert „ *Che per il Funerale dell' Emo Sig. Card. Riminaldi morto in Perugia in Ottobre* 1789. *mentre era domiciliato in questa Chiesa ha ricevuto dalla Chiesa Cattedrale di Perugia, ove fù il medesimo esposto, metà della Cera* „ Similem etiam attestationem profert Parochi

SS. Vincentii, et Anastasii ad Trivios, qui particulas ex libro Mortuorum desumptas ita transcribit „
„ die 11. Aprilis 1802. „ Illmus, ac Rmus D. Gregorius Bandi Archiepiscopus Edessenus et SS. D. N. Eleemosinarius 66. circiter annos natus consuetis „ Sacramentis rite munitus obiit in comm. S. M. E. „ Terracinæ, quo rusticandi causa se contulerat, „ ejusque corpus Cathedrali sepultum est „
„ Die 12. Decembris 1802. Illmus, et Rmus D. Emanuel de Parada Hispanus SS. D. N. Cubicularius „ Secretus, qui in hac Paraecia domicilium habebat „ obiit Interamnae quo valetudinis causa se contulerat, ibique sepultus est. Hæc autem Ecclesia Parochialis habuit portionem Canonicam juxta statutum Cleri Romani.
„ Pro funere etiam Episcopi Gregorii Bandi nostra hæc „ Ecclesia portionem Canonicam habuit post diuturnam litem cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ „ Terracinensis „
De hac etiam observantia loquitur Folium *Causae Roman. quartae Funeralis*, quæ ad diem 13. Aprilis 1737. acta est in S. Congregatione a Capitulo S. Eustachii de Urbe contra Capitulum Cathedralis Pisauri, ubi decessit Marchio Philippus de Maximis, qui eo sese contulerat animi recreandi causa. In eo siquidem Folio referuntur verba Informationis tunc Cardinalis Vicarii „ Ad quarum quidem sanctionum „ tramites non semel resolutum, ac praticatum fuit „ in hac alma Urbe contra hæredes defunctorum in „ aliena Parochia etiam extra districtum, antequam „ decisum fuisset a memorata Congregatione Particulari Quartam non ab Hæredibus, sed ab Ecclesia tumulante deberi, quando funus factum est: „ sic eam solvere Ecclesiæ S. Eustachii Oratrici coacti fuerunt hæredes Ducissæ Lantes Parisiis defunctæ. Item hæredes Cl. Me. Card. Petrucci Parochiali Ecclesiæ SS. Vincentii, et Anastasii ad Trivios, ac tandem Ecclesiæ tunc Parochiali S. Dorotheæ hæredes Pyrri Alberici Romani defuncti Laureti in Picaeno, quo se devotionis causa transtulerat, prævia definitiva sententia lata sub die 21. „ Octobris 1694. per Cl. Me. Card. Sperellum tunc in „ hac Alma Urbe Vicesgerentem. Post vero enunciatam Resolutionem Congregationis Particularis

„ plu-

„ plures enumerantur casus, in quibus Ecclesiæ tu-
„ mulantes persolverunt Quartam Funeralem Paro-
„ chialibus Urbis, ac precipue Ecclesia Cathedra-
„ lis Civitatis Interamnæ de anno 1734. exolvit quar-
„ tam funeralem Ecclesiæ S Eustachii pro funere
„ expleto super Cadavere qu. Josephi Salvatucci, nec
„ non eidem Ecclesiæ Oratrici aliam consimilem
„ quartam persolvit Ecclesia *Cathedralis Albanensis per obitum qui Joannis Ferrarii domiciliarii d. Collegiatae S. Eustachii*.

Animadvertendum tamen est; primum quod in hac causa Romana Quartæ Funeralis die 13. Aprilis 1737. rescriptum fuit „ *Dilata, et coadjuventur probationes, et signanter super Observantia* „ Alterum quod exempla Cl. Me. Cardinalis Riminaldi de anno 1789. et Presulum Bandi, et de Parada de anno 1802. posteriora sunt prædictæ Resolutioni, unde magis roborata videtur observantia, quam in suæ Ecclesiæ tutelam affert Parochus S. Andreæ de Fractis. Quin etiam in casu Archiepiscopi Bandi post formalem litis contestationem, et obtentum in contradictorio judicio mandatum, Parochus SS. Vincentii, et Anastasii quartæ funeralis consignationem obtinuit.

Dubium proponitur.

An portio Canonica debeatur ab Ecclesia Urbevetana Parocho S. Andreae de Fractis in casu ec.

Affirmative ad formam Statuti Cleri Romani.

CIVITATIS CASTELLI PENSIONIS. Proposita hac causa in Congregatione diei 18. *Decembris elapsi anni* 1819. sub Dubii formula „ *An sit delenda pensio in casu ec.* responderunt EE. VV. „ *Dilata non retardata solutione pensionis, et scribatur Episcopo juxta mentem: Mens est, ut audiantur in scriptis Sacerdotes Moscatelli, et Giandomenichi etiam super obreptione, et subreptione, et trasmittantur omnino status decennalis, et partitae catastrales, nec non copia Bullae collationis* „ *Sess.* 24. *Cap.* 13. *de Reform.*

Transmissæ hinc fuere partitæ *catastri*, ex quibus patet valor fundorum spectantium ad Parochialem

Ecclesiam S. Laurentii *di Ranco Lungo* esse scutorum 1029. 20. Transmitti non potuit status decennalis „ *eo quod* (ita ait Episcopus) *neuter supradictorum Sacerdotum libros rationis , seu administrationis conficere curavit . Ejus vero loco , statum quemdam redituum quantum licuit accuratum per peritos assumptum , et in publica forma redactum EE. VV. RR. transmitto , ut exinde super hac controversia quid statui debeat accuratius inspiciant* „ Ex hoc autem statu , habita ratione ad annos ubertatis , sterilitatis , et mediocris messis , liquet annuum reditum Paræciæ esse scutatorum quadraginta quinque , quibus adjungitur reditus hæreditatis Gualtieri relictæ Parochis pro tempore , qui computatur eadem habita ratione ut supra , in aliis scutatis viginti , et uno , et postremo adduntur alia scutata duodecim ex decimis promanantia ; unde annuus reditus Parochiæ est scut. 78. Onera vero pertingunt ad annua scut. 29. at ob. duos cum dimidio , quibus subductis, introitus remanet in scutatis 48. et ob. 97. cum dimidio . Ex his debet Parochus Giandomenichi Sacerdoti Moscatelli annuam pensionem solvere scutatorum 22. et ob. 50. , ac honestam sui substentationem desumere .

Uterque Sacerdos in scriptis sua jura exhibuit ; neuter tamen litteras Apostolicas obreptionis , vel subreptionis labe infectas ostendit . Sacerdos Moscatelli pensionem scut. 22. 50. sibi debitam tuetur , primo quia hæc imposita fuit in ea quantitate ita consulente , ac jubente defuncto Episcopo ; alias enim ipse voluisset vel eam præstari in scutatis 25. , vel potius gaudere usufructu hæreditatis Gualtieri , ac proinde si in minori quantitate illam imponi consensit , nunc indignum est, ut eam solvere detrectet Parochus Giandomenichi : Quia vero tenuem Paræciæ reditum agnoscebat resignans , ac vicissim sciebat resignatarium possidere agrum oleis consitum , ac pecudes valoris scut. biscentum, præter Ecclesiasticum patrimonium, ac Capellaniam; hinc factum est, ut annuente Episcopo pensio imposita fuerit nedum super parochialis Ecclesiæ reditibus , sed etiam super Giandomenichi personam.Cum autem hic modo alienaverit tum agrum , tum pecudes,ut se pauperem ostendat,ac ne pensionem præstet , respuendæ sunt ipsius preces super abolitione pensionis decretæ a Sanctissimo .

Parochus autem Giandomenichi ait, Moscatellium, ut pluribus exortis controversiis inter Pastorem, et plebem sibi commissam finem imponeret, consilium iniisse de resignanda Paræcia, et cum nullum invenire potuisset Sacerdotem, qui animarum curam assumeret ob redituum tenuitatem, pluries penes hodiernum rectorem instetisse, ut id onus susciperet, Paræciæ reditus extollendo, atque ita ampliando, ut pensioni impares haud essent. Postquam tamen Giandomenichi instantiis Moscatelli pluries restiterat, urgentissimis precibus resignatarii tandem acquievit; et consensit etiam, ut super propriis bonis pensio imponeretur. Post obtentam paræciam curavit ipse agros bona cultura melioris reddere conditionis, ut, si fieri posset, reditus augerentur; at nihilominus pensionem solvere nequivit, cum quotidie angi debeat ad perferendas obligationes Ecclesiæ adnexas, et taxas ac vectigalia solvenda. Atque hinc ob impotentiam præstandi pensionem pluries in jus vocatus fuit a Mascatellio, quo instante non semel vigore mandati ab Episcopali curia relaxati oppignorata fuerunt dolia, lintea, et frumentum. Addit resignatarius, parvum dumtaxat prædium possidere valoris scutatorum triginta, ac proinde cum bona patrimonialia desint corruere obligationem præstandi pensionem ex eorum reditibus, quæ nec numerari potest ex fructibus bonorum paræciæ, quæ conciliarem taxam non æquant, et Parocho necessaria non suppeditant. Hinc cum Moscatellius duobus Cappellaniis fruatur in Marchionatu Resinæ sub titulo Sanctæ Mariæ, et S. Antonii, ex quorum bonis titulo afflictus percipit scutata annua centum, ac præterea retineat beneficium simplex sub invocatione S. Angeli, et tandem alia scutata centum quoannis retrahat ex bonis patrimonialibus, unde honestam habet substentationem, implorat ut pensionis abolitio decernatur, et ita aliquod subsidium sibi afferatur.

Precor PP. EE. ut reassumere dignentur folium *diei* 18. *Decembris* elapsi anni, in quo exposita est facti series, ut possint dirimere, quod reproponitur.

Dubium; *An sit delenda Pensio in casu etc.*

Non proposita cum sequente.

NUL-

Sess. 7. Cap. 6. De Reform.

NULLIUS S. MARTINI Diminutis Præbendarum reditibus ob cessatam ex parte solutionem Fructuum LL. MM. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Martini a S. Congregatione obtinuit suspensionem duorum Canonicatuum ad decennium. Nam proposito Dubio in Congregatione diei 17. Septembris 1808. ,, *An, et quomodo sit locus suspensioni nominationi in casu*, datum est responsum ,, *Affirmative ad decennium pro vacanti*, et *primo vacatura praebenda*, *nisi prius revivixerint fructus Locorum Montium*.

Aliud etiam Canonici obtinuerunt indultum sub die 27. Novembris sequioris anni 1809. quo servitium Chorale, quod tunc erant alternativum, reductum fuit ad *dies Dominicos*, *et Solemniores tantum*, *comprehenso die Festo S. Titularis*, *donec augeantur reditus*.

Elapso jam decennio preces renovarunt Canonici, quorum Præbendæ non excedunt annuam summam scutator. triginta cum onere celebrandi per unumquemque sex Missas lectas in quolibet mense, ut prorogetur indultum suspensionis Nominationis ad aliud decennium, et insuper ,, *per un Decennio ridurre il servizio del Coro alla Messa Cantata*, *e Vespero in tutte le Feste di Precetto*, *ed anche in quelle altre Feste*, *che prima erano di precetto* ,, *il giorno di S. Marco Evangelista* ,, *i trè giorni delle Rogazioni* ,, *il titolo della Chiesa* ,, *la Sacra della medesima* ,, *e li quattro Anniversarj soliti in ogni anno* ,, ac tandem ,, *che restino sospese per detto decennio le sei Messe al Mese*, *che devono celebrare*, *per potersi procacciare l'elemosina di altre Messe avventizie*, *onde potersi mantenere*.

Ablegatis de more precibus Eminentissimo Protectori, qui dignetur, transmisso statu activo, et passivo Collegiatæ, referre de actuali annuo reditu Canonicatuum comprehensis distributionibus, et de resultantibus, et præcedentibus Indultis 17. *Septembris* 1808., *et* 27. *Novembris* 1809.. Hæc habet in sua Informatione ,, *Oratores deprecantur pro suspensione ad decennium nominationis duorum Canonicatuum*, *pro nova conficienda Tabella dierum ad servitium Chora-*

rale praestandum, et pro suspensione pariter ad decennium oneris, quod unicuique Canonico incumbit celebrandi sex Missas quolibet Mense.

Votum meum aperiens dico quod attenta redituum Collegiatae tenuitate ob diminutionem fructuum Locorum Montium, super quibus universi stant Massae Capitularis fundati reditus, aequitati consonam judico imploratam suspensionem nominationis duorum Canonicatuum, ut Canonici inservientes juvari possint Canonicatuum vacantium praebendis eidem distributis.

Ob eamdem rationem favorabiliter sentio super suspensione pariter ad decennium oneris, quo quisque, ex Capitulo tenetur celebrare gratis sex Missas quolibet Mense. Totidem namque eleemosynae manuales, quas quaerere, et sibi comparare poterunt, alicujus subsidii loco erunt tenuitati praebendae.

Ad servitium Chorale, quod attinet, diesque praefiniendos, in quibus praestandum erit, attento augmento praebendae ex reviviscentia duarum ex quinque partibus fructuum locorum Montium sum in voto obsecundari posse instantiam, praefiniendo pro chorali servitio dies in eadem instantia relatos. Quatenus vero EE. VV. non abs re esse duxerint, hujusmodi indulto apponendam censerem recitationem Choralem Matutini, et Laudum in diebus saltem solemnioribus non ex debito, sed ad libitum, et pro opportunitate.

Quoad resultatus praecedentium Indultorum 17. *Septembris* 1808., *et* 27. *Novembris* 1809. *super quibus EE. VV. informari praecipiunt super primo ex hisce indultis pro suspensione nominationis duorum Canonicatuum, refero suspensionem hanc in vim ejusdem Indulti locum habuisse. Super Indulto* 27. *Novembris* 1809. *pro reductione servitii choralis ad dies Dominicos, et festivos donec reviviscerent fructus Locorum Montium, dico eo ipso quod hi fructus aliquam in partem reviviscunt, oratores quieti conscentiae suae consulentes expostulare dies alios statui pro servitio chorali praeter praefinitos in predicto Indulto die* 27. *Novembris.*

Sciscitantibus EE. VV. utrum alia suppetant media supplendi respondeo, nullum suppetere.

Im-

Implorata igitur Indulta sentio concedenda ad decennium justa preces, *dummodo intra hoc tempus aliquod praebendae Canonicales augumentum non sortiantur*.

Tenuis quidem sunt præbendæ Canonicales Collegiatæ S. Martini cum ex statu activo, et passivo reditus cujuslibet Canonicatus ad scutata triginta, et obul. 20. tantum attingere eruatur. Hinc justa mutuari poterit causa, ut ad aliud decennium suspendatur nominatio vacantium Canonicatuum, ut distributis Locorum Montium fructibus inter superextantes Canonicos aliquo pacto inopiæ aliarum præbendarum succurratur. Non insolens enim est, ut ad succurrendam tenuitatem præbendarum suspendatur nominatio vacantium. Hujus suspensionis exempla sunt *in Aquinalen Suspensionis Nominationis* 13. *Septembris* 1734., *et in Romana Prorogationis Indulti* 14. *Junii* 1806.

Quoad onus servitii Choralis, quod ab initio erat alternativum, ac postea per decennium redactum est ad solos dies Dominicos, et solemniores, animadvertendum est S. Congregationem congruum putasse emolumentum scutorum triginta pro servitio quotidiano *in Civitatis Castellanae Reductionis Servitii* 27. *Junii* 1807. At e contra inficiari nequit præbendarum redituum diminutum fuisse ex reductione fructuum Locorum Montium, quo quidem in casu diminutionis redituum hæc eadem S. Congregatio indulsit servitii reductionem *in Placentina Missae Conventualis* 30. *Junii* 1796 eo vel magis autem indulgendum videtur in casu, in quo Canonici non prorogationem jam obtenti decennalis Indulti, sed Choralis servitii ampliationem ad plures alios dies postulant.

Tandem quoad tertiam petitionem, quæ respicit suspensionem oneris Missarum, redeunt quæ superius animadverti de redituum diminutione. Vestrum igitur erit EE. Patres judicium ferre sive ex justitia, sive etiam ex æquitate super dubiis, quæ proponuntur.

I. *An, et ad quod tempus sit proroganda suspensio nominationis in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit prorogandum Indultum quoad servitium chorale in casu etc.*

III. *An et quomodo, et ad quod tempus sit concedenda suspensio celebrationis Missarum in casu etc.*

Die Sabathi 16. *Decembris* 1820. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda:*

CIVITATIS CASTELLI PENSIONIS. *Sess. 24. cap. 13. de Reform.*

Dub. „ *An sit delenda Pensio in casu etc.*

Negative.

NULLIUS SANCTI MARTINI. *Sess. 7. cap. 6. de Reform.*

Dub. „ I. *An, et ad quod tempus sit proroganda, suspensio nominationis in casu etc.*
II. *An, et quomodo sit prorogandum Indultum quoad servitium Chori in casu etc.*
III. *An, et quomodo, et ad quod tempus sit concedenda suspensio celebrationis missarum in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative ad triennium a die expirati indulti, et interim Emo Protectori, qui transmisso statu activo, et passivo Capituli dignetur referre de antiquo, et præsenti numero Canonicorum, de redditibus, quos ex fundatione percipiebant, et modo percipiunt, de qualitate servitii præstiti post partialem LL. MM. restitutionem.

Ad II. Affirmative ad annum ampliato servitio juxta solitas clausulas exceptis Octavis privilegiatis, et comprehensis quatuor anniversariis.

Ad III. Negative.

Sess. 24. Cap. 1. de Reform. Matr.m.

FOROLIVIEN. NULLITATIS MATRIMONII. Quæsitum est in Congregatione diei 20. Septembris 1817. *An constet de nullitate Matrimonii* ,, et quatenus negative ,, *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato* ,, quod usque ab anno 1808. initum fuerat a Comite Antonio Albicini, et Comitissa Livia Colombani. Placuit Emis Patribus ad eam diem utrique Dubio responsum dare ,, *ad 1. et 2. Dilata, et esse locum triennali experimento*.

Dum hæc in Urbe agebantur, Comitissa Livia, quæ ex mutua conventione jam ab anno 1812. a Viro separata apud Patrem concesserat, postea in Civitate S. Martini, ac demum Florentiæ in sacro conventu vitam ducebat, mortuo de mense Junio ejusdem anni 1817. Patre, Florentiam reliquit, et Mediolanum petiit, comitante Austriaco Duce Hook, cum quo novum Matrimonii fœdus inire præsumpsit die 9. Julii ejusdem anni, scilicet ultra bimestre, antequam causa *Nullitatis*, vel *Dispensationis* in Sacra hac Congregatione proponeretur.

Tanta rei novitate hæsit in suo cursu Causa, in qua statim post Rescriptum die 20. Septembris 1817. petitum, et concessum fuerat novæ Audientiæ beneficium, donec Comes Albicinius urgere cœpit apud SSum definitivam resolutionem, si tamen prius necessariæ impertirentur facultates Foroliviensi Episcopo pro formali examine Testium noviter inducendorum.

Ex speciali gratia annuit Sanctissimus Dominus Noster, ut expleto jam, et publicato Processui novus adderetur ex formali examine Testium, qui prius a prædicto Comite, deinde a Comitissa inducti fuerunt, ut nunquam sequutam probarent consummationem. Hoc expleto suppletorio processu, quod exhibent nova *Summaria*, eoque ab Episcopo ad S. Congregationem transmisso, dicta est repropositioni hæc dies, in qua iterum Eminentissimorum Patrum præstolatur judicium, distributis ab utroque Conjuge Allegationibus, quibus superaccedunt novæ Defensoris Matrimonii animadversiones.

Ha-

Habent EE. Patres in folio, quod reassumere precor, diei 20. Septembris 1817. *tum* facti speciem, *tum* rationum momenta, quæ pro nullitate, sin minus pro dispensatione ab uno, alteroque Conjuge afferebantur; habent etiam in eodem folio, quæ tunc pro validitate, et insolubilitate Matrimonii a Defensore ex officio animadvertebantur.

In præsenti concertatione eadem efferuntur ex utraque parte, quæ in medium allata sunt in præterita actione, maxime ad excludendam consumationem Matrimonii. Id unum super accessit, formale scilicet examen novorum Testium, psæsertim Sacerdotum, qui à confessionibus Comitissæ, erant etiam dum conjunctam cum Comite vitam ducebat, quique deponunt ex ore illius, et Viri de non sequuta consummatione. Vestræ erit sapientiæ EE. Patres judicium ferre, an hæ novæ Testium depositiones una cum aliis probationibus jam deductis eam constituant non sequutæ consumationis certitudinem, quæ necessario requiritur, ne temere Sacramenti indissolubile vinculum dissolvatur.

Superaccesit etiam quidquid contra Sacramenti religionem a Comitissa attentatum est pendente appellatione a judicio, quod super Nullitate reddiderat Episcopus Foroliviensis. Verum hæc nimia, ac præpropera Comitissæ cupiditas Matris efficiendae, nihil detrahere præexistentibus probationibus non sequutæ consummationis et nihil superaddere momenti ad concedendam dispensationem videtur.

Dignentur igitur EE. Patres inspectis hinc inde juribus, et reassumpto Folio diei 20. Septembris 1817. respondere dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Prævio recessu a decisis Ad I., et II. negative.

Sess. 24. c. 14. De Reform.

NULLIUS FOROPOMPILII. Hæc causa relata in Folio dici 21. Augusti 1819. proposita fuit in sequenti Congregatione 18. Septembris in qua prodiit Rescriptum - *Dilata, et scribatur Ordinario pro nova Informatione, et referat magis praecise de reditu Canonicatuum, et de quantitate bonorum ab Administratione Generali restitutorum* - Datis in id literis, Ordinarius Informationem a Vicario Generali acceptam remisit - Referam illius verba - *La Collegiata di Meldola eretta in forza del Testamento della bon. mem. Dottor Cesare Armanni, che ne lasciò i fondi per la medesima, possedeva nel 1796. retro una rendita in beni stabili, in affitti di case, e frutti di censi per annui scudi 1296. 42 desunti, e raguagliati da un prodotto Novennale.*

I Canonici erano dodici, oltre l' Arciprete prima dignità, e che godeva, e gode prebenda separata, ed ha cura di Anime.

La prebenda, e distribuzioni in quell' epoca per ciaschedun Canonico raguagliata come sopra risultava in annui scudi 108 03. Erano però a peso dei medesimi Canonici moltissime spese di culto, e di Chiesa, cosichè un' anno per l' altro non venivano a percipire che scudi 75. per cadauno.

La Collegiata predetta venne soppressa sotto il Governo Republicano nel 6. Luglio 1798., e li Beni tutti furono avocati al così detto Demanio.

Li Canonici allora viventi furono assegnamentati con pensione di scudi 84. per ciascheduno; Furono interdetti a portare le insegne Canonicali, ed anche di ufficiare in coro. Per la morte di due terzi di dd. Canonici viventi all' atto della soppressione ora sono rimasti in soli quattro Sacerdoti che godono la pensione. Quattro ve ne sono, che non godono pensione, e che sono stati nominati dopo il ritorno del S. Padre ne' suoi Stati.

Li Beni tutti di ragione della suddetta Collegiata, ed avocati al Demanio o sono stati venduti, o se vi rimane qualche cosa è presso l' Amministrazione de' Beni Ecclesiastici, e Camerali. Veruna sorta de' medesimi Beni è stata mai restituita alla medesima Colleggiata. Ho-

Hodie igitur reproponitur causa, distributa allegatione ex parte tantum Canonici Joannis Gramatica, in qua cum eadem afferantur rationum momenta, quæ adducta in præterita ratione redacta fuere in Folio *diei* 21. *Augusti*; ne actum agere videar, precor EE.Patres, ut dignentur illud reassumere, ut pro eorum Sapientia dirimere possint, quæ reproponuntur Dubia.

I. *An literae Apostolicae sint exequendae in casu etc.*

II. *An Pensio sit subrogata reditibus Canonicatus in casu etc.*

III. *An, et a quo tempore eadem Pensio sit solvenda favore Provisi per literas Apostolicas in casu etc.*

Ad I., et II. Affirmative.

Ad III. Affirmative a die captæ possessionis, et Vangellius pro pensionibus perceptis a die initi matrimonii consulat conscientiæ suæ.

AUXIMANA MISSAE CONVENTUALIS. Invaluerat consuetudo in Ecclesia Cathedrali Auximana, ut Missæ Conventuales, exceptis certis diebus, in quibus hoc onus a Dignitatibus, et Canonicis adimplebatur, celebrarentur ab iis Beneficiatis, qui aliquod peculiare Beneficium in Altaribus ejusdem Ecclesiæ obtinebant, quique pro sui Beneficii fundatoribus Sacrificium applicabant. Hanc consuetudinem, seu verius abusum eliminavit S. hæc Congregatio cum anno 1734. postulante cl. me. Cardinali Episcopo Lanfredinio in relatione status suæ Ecclesiæ Auximanæ, respondit - *Abolenda prorsus est consuetudo, vel potius abusus, qui in Auximano Cathedrali Templo invaluit applicandi Missam Conventualem Beneficiorum Fundatoribus, impositisque substinendis oneribus, quibus eadem Beneficia subiiciuntur; Illud siquidem Sacrificium fieri tantum debet*

Sess. 24. c. 12. *de Reform.*

bet

bet pro Fundatoribus , ac Benefactoribus Canonicalis Patrimonii .

Scitu necessarium est , ut facilius quæstionis proponendæ status dignoscatur , Clerum Auximanæ Cathedralis in tribus gradibus dispertiri . *Ad primum* pertinent Dignitates , et Canonici , qui omnes sunt ex ordine Presbyterali ; *alterum* constat ex novem Parochis , qui nominantur Canonici supernumerarii , quique in ordine Diaconorum inservire tenentur ; *Tertium* constituunt undecim Mansionarii , nuncupati pariter Canonici Supernumerarii , quique tanquam Subdiaconi inserviunt . Extra vero Clerum Cathedralis , sunt ii Beneficiati , qui nihil cum ipso Clero commune habent, sed peculiari aliquo Beneficio Altaribus Ecclesiæ addicto fruuntur . Hi sunt , de quibus loquitur superius laudatum responsum S. Congregationis anni 1734.

Paruit statim Capitulum Auximanum quoad applicationem Missæ . Quo vero ad onus illam canendi , non eadem semper servata est methodus . Primum enim celebrata est a Mansionariis , et Beneficiatis , postea iis reluctantibus huic satisfacere oneri , alii Sacerdotes , etiam extra gremium Capituli , vel etiam Regulares ad Sacrificium offerendum acciti sunt , soluta eleemosyna ex massa capitulari , ac imposita Beneficiatis taxa scut. 15. 20. in singulos annos , ut ab hoc præstando servitio eximerentur .

Interea notissima edita est de anno 1744. Constitutio *Cum semper oblatas* a S. M. Benedicto XIV. qua præceptum est, ut in omnibus Patriarchalibus , Cathedralibus , et Collegiatis Ecclesiis quotidie Missa cum cantu celebraretur , eaque applicaretur pro Benefactoribus Capituli , sublata quavis contraria consuetudine .

Latet initium prædictæ taxæ scut. 15. 20. , quæ confertur in massam distributionum capitularium , latet etiam , utrum vel ex conventione , vel aliqua intercedente sive ordinaria , sive suprema authoritate fuerit imposita .

Novæ in exitu præteriti anni excitatæ sunt turbæ, et Mansionarii Supernumerarii suas Emo Episcopo detulerunt querelas , postulantes , ut ab onere Missae ca-

canendi eximerentur, utque satisfactionem eleemosynæ pro Missis jam celebratis consequerentur, quorum instantiam dimisit sequenti Rescripto „ *Audito Capitulo quod convenit sua unumquemque uti libertate, haud constito peculiarem ullam rei inesse conventionem, tam Capitulo tam oratoribus liberum quoque erit facere, quod cuique videbitur, servatis vero dispositionibus SS. Canonum, S. Concilii Tridentini, Encyclicae Benedicti XIV. Cum semper oblatas, et Decretorum SS. Concilii, et Rituum Congregationum: quod vero spectat ad eleemosynam Missarum jam celebratarum instent Oratores penes eos, qui celebrandas obtulerunt, a quibus fiet satis, ut par est* „

Hac arrepta occasione literas Emus Episcopus dedit S. Congregationi, in quibus post expositam facti seriem, quatuor sequentia proposuit Dubia.

1. Num liceat Capitulo supradictam taxationem a Beneficiatis exigere?

2. Utrum celebratio Missæ conventualis hujus Cathedralis Ecclesiæ indefinitis Sacerdotibus, qui possunt quandoque celebrationi deficere committi valeat, et quatenus negative, qui reapse ad illius celebrationem teneretur?

3 Quatenus ab iis, qui non sunt de hujusce Cathedralis Collegio, sit celebranda, num ejusdem Cathedralis Mansionarii seu Canonici Supranumerarii eidem celebranti extraneo Diaconi munere inservire teneantur?

4. In qua summa eleemosyna ex massa capitulari Missam conventualem cantanti debeatur?

Hæc vero addit in eadem epistola laudatus Emus Antistes. *Reor equidem Emum Cardinalem Episcopum Lanfredini errore quopiam fortasse deceptum, cum in supradicto postulato asseruit, onus cantandi Missas conventuales fuisse Beneficiatis impositum decreto Cornelii Firmani Auximani Episcopi anni 1582. Post accuratas, et repetitas indagines in hac Episcopali Cancelleria peractas, nullum adinvenire potui de hujusmodi decreto monumentum. Si revera extitisset, latere non poterat Emum Cardinalem Gallo, qui haud longo temporis intervallo a Cornelio Fir-*

Firmano successit Episcopus . Is de hoc Decreto nihil : immo in Actis ipsius S. Visitationis anno 1592. *haec ad rem nostram scripto reliquit „ Quo vero ad Missas conventuales , an hujusmodi onus spectet ad Beneficiatos , qui propria habent Altaria, et in ipsis celebrare sunt adstricti , vel potius ad Canonicos, maturius providendi sibi facultatem reservavit* (Emñs Visitator Episcopus Gallo) *cum hujusmodi negotium altiorem indaginem requirat „ De hujusce maturioris examinis eventu nil constat .*

Quoquo autem modo res sese habeat , nescio , utrum ordinaria Episcopi facultas potuerit dictum onus Beneficiatis inferre , quod a natura , et institutione Beneficiorum haud manare certum est .

Hinc , eo vel magis nescio , quo jure , quave auctoritate taxationem supradictam a Beneficiatis potuerit , et possit exigere Capitulum . Nulla hac de re , seu legitimae auctoritatis , sive conventionis extat memoria . Alioquin clarae sunt S. Congregationis resolutiones decernentes , Missae conventualis stipendium non aliunde , nisi a Massa *distributionum capitularium desumendum .*

Quod spectat ad hujusce Cathedralis Mansionarios , seu Canonicos supranumerarios superius dixi , eos nullius obligationis vi , sed solum sponte sua Conventuales Missas cantare nonnunquam consuevisse ; animadvertendum insuper est , iisdem nil esse commune cum massa distributionum Canonicorum , a quibus tam coetu, quam provisione penitus secernuntur .

Quo vero ad Sacerdotes Choro extraneos, a Missis Conventualibus canendis iidem videntur excludi in praelaudata Encycl. Bened. XIV. §. 11. per illa verba „ quae canitur a Clero praedictarum Ecclesiarum „ .

Quærendum *primo* videtur ad quos spectet onus celebrandi quotidianam Missam conventualem. Innumeræ fere sunt S. Congregationis resolutiones , in quibus statuitur a *Clero* tum Cathedralium , tum Collegiatarum Ecclesiarum quotidie celebrandas esse Missas pro benefactoribus ; unde satis aperte colligi videtur, hoc onus ad omnes spectare , qui alicujus Ecclesiæ Clerum constituunt , nimirum ii , *qui* (ut ait S. Pontifex Benedictus XIV. in notissi-

sima Const: Cum semper oblatas) *in eadem Ecclesia sive Dignitates, sive Canonicatus, sive Mansionariatus, sive Beneficia Choralia obtinent* ,,.

Hinc cum quæsitum fuerit in una *Burgi S. Donnini* an Dignitates in solemnioribus Festivitatibus, Canonici in diebus Festis, et Vicarius perpetuus in feriis tenerentur applicare Missam conventualem pro benefactoribus die 16. Martii 1761. responsum fuit ,, affirmative ,, *ut in lib* 66. *Decret. pag* 223. ita pariter in *Pientina* 17.*Februarii* 1731. ad II. Dub. ita demum laudatus Pontifex Benedictus *XIV*. in cit. Const loquens de Dignitatibus, Canonicis, Mansionariis, et Beneficiatis, addit, ,, *qui Missam Conventualem suis respective vicibus celebrant* ,,.

Quo vero ad Auximanam Ecclesiam in specie, præter ea quæ superius retuli observata fuisse in ea Ecclesia, duo notanda sunt, nimirum quod S. Congregatio decrevit die 31. Augusti 1591. ,, *Constitutionem, qua Sacri Ordines distribuuntur esse nullam, si Capituli consensum Episcopus non adhibuit. Item quatenus esset valida, si tamen ex consuetudine omnes Canonici teneantur esse Presbyteri non potuisse Episcopum tali consuetedini sua constitutione derogare. Quoad obligationem autem Missam canendi, non esse recedendum a Provincialis Concilii praescripto, si a Congregatione recognitum, et emendatum fuerit: alioquin Canonicos non esse cogendos ad canendas alias Missas solemnes, quam ex legitima consuetudine, et veteribus illius Ecclesiae institutis debent. Assistere vero Canonicos alteri non teneri, quam Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti*,, *ex lib.* 7. *Decret. pagin.* 19. Sed posteriori ævo, scilicet *die* 19. *Junii* 1649. occasione relationis status illius Ecclesiæ eadem S. Congregatio decrevit - *Consuetudinem, ut omnes Canonicatus Ecclesiae Cathedralis Auximanae sint Presbyterales, esse servandam, hujusmodique Canonicos teneri celebrare Missas Conventuales, nec non inservire in Officio Diaconi, et Subdiaconi aliis Canonicis celebrantibus, non obstante praetensa allegata consuetudine* in Lib. 18. Decret. pag. 633.

Alterum, est quod in Constitutionibus illius Ecclesiæ enumerantur dies, in quibus Missæ sunt celebrandæ ab

Episcopo, ab Archidiacono, et ab Archipresbytero, ac demum assignantur Missæ Canonicales in Dominicis Adventus, et Quadragesimæ, in tertia Dominica cujuslibet Mensis occasione Processionis Santissimi Corporis Christi, in festivitatibus B. M. V., et SS. XII. Apostolorum, aliisque festis minus solemnibus, nihil vero constituitur quoad alias Dominicas infra annum, et dies feriales.

Capitulum vero requisitum ab Eminentissimo Episcopo in folio ad S. Congregationem transmisso, postquam exposuit usque ab anno 1552. invaluisse consuetudinem, ut Missæ Conventuales quotidianæ celebrarentur per turnum ab iis sacerdotibus, qui peculiaria Beneficia ad Altaria Cathedralis obtinebant, quique Missas ipsas, non pro Benefactoribus, sed pro oneribus respectivi Beneficii applicabant, qui abusus sublatus est per superius memoratum Decretum Sac. Congregationis anni 1734. addunt „ *Sciolti i Beneficiati del peso dell' applicazione, restarono tuttavia obbligati al canto di dette Messe, dal quale poscia si liberarono, assoggettandosi ad una contribuzione in denaro, la quale tuttora sussiste* „ ac paulo post „ *l' obbligo dell' applicazione si è continuato sempre a soddisfare dal Capitolo, e per il canto delle messe di ogni dì non Canonicale si è servito di quei Sacerdoti, che gli è piaciuto, ora Preti semplici, ora Frati, ora Mansionarj, senza affiggere a taluno un tal obligo* „.

Ex his in jure, et in facto præmissis videant EE. Patres, an in Ecclesia Auximana onus celebrationis, et applicationis Missæ conventualis spectet ad eos tantum, qui vere Clerum ipsius Ecclesiæ constituunt, seu potius huic oneri satisfieri possit vocatis ad celebrationem Missæ extraneis Sacerdotibus, qui Beneficia choralia in eadem Ecclesia non obtinent. Videant etiam, an servata distributione, et assignatione dierum juxta illius Capituli Constitutiones, quibus incumbat hujus celebrationis onus in diebus Dominicis, et Ferialibus infra annum. Quod si placeat Auximano Capitulo indulgere, ut possit sacerdotes extra suum Collegium vocare, tunc inquirendum erit, an Parochi, et Mansionarii teneantur iis inservire in ordine Diaconi

ni, et Subdiaconi, quæ quidem disputatio inutilis evadet, si omnes Missæ conventuales ab ipso Cathedralis Clero celebrentur. De hac quæstione hæc habet Eminentissimus Episcopus in secunda Informatione „ *At silentio non praeteream, Missas conventuales nunc celebrari a sacerdote choro extraneo, ac Regulari. Mansionarii, seu Canonici supranumerarii eidem celebranti extraneo Diaconi munere inservire aegre ferunt, cumque iterum, atque iterum mihi hac de re conquesti sint, servitium hujusmodi sese aliquando negaturos praesentio*.

Quærendum secundo est, an, a quibus, et in qua summa celebrantibus Missam conventualem debeatur eleemosyna. Sane deberi hujusmodi eleemosynam ex Capitulari Massa distributionum sancitum est pluribus S. Congregationis oraculis, quibus supremam addidit calculum S. M. Benedictus XIV. in prædicta Constitutione *Cum semper oblatas*, in qua ita præcipit „ *Alia pariter exceptio fuit, quod Missa conventualis non semper a Canonicis, aut Dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam a Beneficiatis, aut Mansionariis, quos minus aequum videtur pro Missae celebratione omni eleemosyna carere, quae unde desumi valeat, ignoratur. Cui tamen rei pariter consultum est, demandando, ut ea desumatur ex Massa distributionum* -. Quam semper sententiam tenuit S. Congregatio.

Eminentissimus Episcopus in secunda Informatione ait - *Celebrantibus conventualem Missam sive Canonicis, sive aliis solvitur in praesentiarum eleemosyna obulorum viginti, quam tamen modo quindecim, modo etiam decem obulorum alias fuisse dixere Canonici in folio. Missae conventualis Ministris nulla datur eleemosyna, aut distributio. Solvitur celebranti stipendium ex Massa distributionum Capitularium. Animadvertendum tamen inter ipsas distributiones supradictam taxam numerari, quam exigunt Canonici a Beneficiatis*.

De hac contributione scutatorum 15., et obul. 20. agitur in *Tertio Dubio*. De ea fatentur Canonici „ *Non ostanti le diligenze adoperate in Capitolo, e nella Vescovile Cancelleria, non si è potuto ritrovare fino-*

 ra

ra l'atto preciso di tale riparto in denaro trà i Benefiziati, ne si sà se venne questo concertato con Autorità superiore, ovvero di scambievole consenso de' medesimi. Solo si trova in detti libri il riparto medesimo col titolo dei rispettivi Benefizi enunciandosi sempre, che questa contribuzione (in tutto di scudi 15. 20.) si paga dai Benefiziati per il canto delle Messe conventuali.

Il Capitolo per tanto si trova in possesso di esiggere dai Benefiziati questa tassa, né i Benefiziati han fatto mai la minima opposizione ad un tal pagamento „. Idemque confirmat Eminentissimus Episcopus in una, alteraque Informatione.

Hujusmodi taxa, cujus initium, et legitimum titulum in Capitularibus libris, haud invenitur, certe suum sumpsit exordium post decretum S. Congregationis, nimirum post annum 1734, et usque ad hanc diem a Beneficiatis exacta in massam distributionum coaluit. Porro tam longa, pacifica, et numquam interrupta octoginta, et ultra annorum observantia favet Capitulo, ne a quasi possessione juris illam exigendi turbetur *ad Text. in leg.* 1., *et* 2. *Cod. quae sit longa Consuetud.*.

E contra indubium est, onus celebrationis, applicationis Missæ conventualis spectare ad eos tantum, qui vel in Cathedralibus, vel in Collegiatis Ecclesiis choralia Beneficia obtinent, illiusque eléemosynam desumendam esse ex Massa distributionum Capituli. Cum ergo Sacerdotes illi, qui non possident Beneficium chorale, sed tantum peculiare Beneficium alicui Altari infixum, non sint de Capitulo, nec Clerum Cathedralis constituant, videtur deficere legitimus titulus pro exactione taxæ, quæ non ex ignota causa, sed præcise „ *per il canto delle Messe conventuali* „ solvi constat ex libris capitularibus.

Tria proponuntur.

Dubia.

I. *An, et ad quos spectet onus celebrandi Missam quotidianam Conventualem in casu etc.*

II. *An, a quibus, et in qua summa sit solvenda elee-*

eleemosyna Missarum pro Benefactoribus in casu etc.

III. *An sit locus exactioni taxae scut. 15. 20. a Beneficiatis, qui non sunt de Clero Cathedralis in casu ec.*

Ad I. Affirmative, et spectare ad Capitulares tantum ad formam Benedictinæ Constitutionis.

Ad II. Affirmative ex massa distributionum ad rationem obulorum viginti.

Ad III. Negative.

THELESINA, ET CERRETANA. Relata fuit causæ hujusce series in folio diei 6. Maii proximi præteriti, sub triplici dubiorum formula videlicet „ I. *An Missae canonicalibus praebendis infixae ad tot reducendae sint, quot celebrari possunt ad eleemosynam carolenorum quinque pro unaquaque in casu etc.* II. *An sit locus reductioni anniversariorum, ita ut eleemosyna ducatorum quinque sit assignanda pro unoquoque anniversario in casu etc.* III. *An sit concedenda nova reductio Missarum conventualium pro benefactoribus ad medietatem Festorum in casu etc.* „ Verum ob aliarum causarum gravitatem responsum datum est die 17. Junii sequenti Rescripto „ *Dilata in omnibus; et transmittatur status activus, et passivus massae, et praebendarum, et notula distincta onerum Missarum, sive cum cantu, sive lectarum.* Sess. 24. Cap. 12. de Refor.

Transmisit Episcopus statum activum, et passivum tum massæ, tum præbendarum. Prius de communi massa loquar, deinceps de præbendis. Reditus massæ communis coalescunt ex numerata pecunia, et frumento. Quotannis ex fructibus censuum percipiuntur ducata 455., et gran. 75., ex locationibus prædiorum, et domuum ducata 130., et gran. 95., ex censibus emphyteuticis ducata 212., et gran 42., unde quotannis communis massæ proventus in numerata pecunia constituunt summam ducatorum

799., et gran. 12., Ex locationibus vero, et censibus emphyteuticis annua frumenti quantitas est in *tomoli* 257.

Ex statu passivo patet demenda esse a præfatis reditibus, ducata 332., et gran. 60. Ex lege enim remitti debet in censibus emphyteuticis quinta præstationis pars, quæ assurgit ad annua ducata 42., et gran. 48., in censibus ad formam concostitutionis *S.* Pii V. constitutis ex lege remitti debet pariter decima annuæ præstationis pars, quæ conflat summam ducatorum 46., et gran. 18. Ob fundiariam, seu tum prædiorum, tum domuum quotannis detrahi debent ex massæ reditibus ducat. 123., et gran: 94. quæ onera si insimul computentur conficiunt passivam summam ducator. 212., et granorum 60. Alia autem ducata 120., quæ in statu passivo referuntur, inpendi debent quotannis in emolumento Procuratoris, et Advocati pro ducatis 16.; in expensis litium (præsertim cum nunc adsint fundi litigiosi) summa ducatorum 30.; præterea ad instaurandas domus ducata 6. requiruntur. Sacristis quotannis suppeditantur ducata 30., et *tomoli* octo frumenti, et pro vino, et igne alia ducata 38. necessaria sunt,

Ducto calculo harum omnium expensarum, quæ sive ex lege, sive ob necessariam fundorum restaurationem, et ministrorum mercedem fieri debent, conficitur annua exitus summa in ducatis 332., et gran; 60., et in *tomoli* frumenti octo, quæ detrahenda sunt ex annuis reditibus jam computatis in ducatis 779. et granis 12. nec non in *tomoli* frumenti 257., unde subducto passivo ex activo, remanent annua ducata 416., et frumenti mensuræ 249.

Quo vero ad præbendas, Archidiaconatus reditus sunt in pecunia ducata 9., in frumento *tomoli* 56., ob fundiariam, et quintam præstationis partem remittendam supputari debent ducat. 6., et gran: 60., atque frumenti *tomoli* 9. Præbenda Archipresbyteralis ex prædiorum locatione percipit ducata 24. ex qui-

bus

bus subduci debent ob fundiariam ducat. 10., et gran. 84. Theologalis præbenda reddit duc. 60., et frumenti *tomoli* 25., annuæ fundiariæ solutio est ducat. 22, et gran. 44, Poenitentiarius vero ex sua præbenda quotannis percipit ex censibus, et locationibus prædiorum frumenti *tomoli* 17, ex quibus subduci debent ob quintæ partis condonationem *tomoli fere* quatuor.

Ex transmissa notula missarum constat, quolibet anno esse peragenda sive cum cantu, sive absque cantu Sacra 2987; ex altera vero notula pariter ab Episcopo transmissa constat esse alia anniversaria cum Missa cantata trigintatria annuatim adimplenda, ac officia sex. His omnibus adjungendæ sunt aliæ Missæ sexaginta, ut exposuit Capitulum in precibus, vel octoginta, prout retulit in sua informatione Episcopus, quæ juxta obtentam alias reductionem pro benefactoribus applicantur,

In calce prædictarum Notularum tria animadvertit Capitulum. *Primo* nonnulla capita amissa fuisse, quæ sunt penes Regium Principatum, quibus multæ inhærent missæ, quarum celebratio modo est suspensa cum tamen continuo instet Capitulum pro illorum recuperatione, si hæc eveniat, orat ut concedatur facultas has reducendi eodem modo, quo cæterarum postulatur reductio *Secundo* in transmissa hodie notula juxta S. Congregationis Rescriptum enumeratas fuisse Missas 2987. cum in precibus ab initio porrectis enunciatæ fuerint missæ 2000. dumtaxat. Causa hujus discrepantiæ hæc redditur. „ *perchè il Capitolo da circa trent' anni in dietro con legale autorizazione* (quæ tamen fuerit non indicatur) *hà incaricato tutte le imposizioni fiscali, le spese di litigj per metà sulla rendita addetta al Coro, e per l' altra metà sulle messe, trascurandone ogn' anno tante, quante erano corrispondenti alla metà di dette spese, e così si regolò nella prima supplica predetta, ed ora essendosi fatto lo stato passivo, in cui si sono descritte dette spese, si sono notate per intiero le messe di obbligo* „.

Quatenus autem EE. PP. censeant approbandam esse

hanc

hanc missarum 987. suspensionem, si nimirum eam a legitima Ecclesiastica auctoritate factam præsumant, Eorum sapientiæ, et æquitatis erit decernere, quousque ipsa sit perduratura; non enim lites ex sua natura perpetuæ sunt, adeout ipsis etiam compositis locum habere debeat illius oneris suspensio. Sed quod hic animadverti locum habere poterit, nisi EE. PP. æquum videatur, hac etiam suspensione subsidium afferre Canonicorum inopiæ.

Tertio tandem addit Capitulum ,, *Il Canonico D. Andrea del Vecchio vuol cedere al Capitolo l' annua rendita netta di ducati 10. 80 col peso di tante Messe, quante n' entrano a ragione di carlini due l' una per l' anima del fu Matteo di Lella, e si contenta, che si riducano anche insieme con le altre del Capitolo, e perciò se ne prega la S. Congregazione* ,, De hac vero instantia nihil habet Episcopus, qui dumtaxat in suis postremis litteris, quibus notas Missarum, et statum introitus, et exitus adjunxit iterum exorat S. Congregationem, ut Capituli indigentiæ opem ferat. Videant tamen EE. PP. utrum hujus postremæ instantiæ, super qua peculiare dubium propono, sit differenda resolutio, ac prius audiendus Episcopus, an proveniat hæc donatio ex libera voluntate Canonici del Vecchio, vel ex alterius pii donantis dispositione. Dum tandem precor reasumere folium diei 6. Maii proximi præteriti iterum dubia propono,

I. *An Missae Canonicalibus praebendis infixae ad tot reducendae sint, quot celebrari possunt in eleemosynam Carolenorum quinque pro unaquaque in casu etc.*

II. *An sit locus reductioni anniversariorum, itaut eleemosyna ducatorum quinque sit assignanda pro unoquoque Anniversario in casu etc.*

III. *An sit concedenda nova reductio Missarum conventualium pro Benefactoribus ad medietatem Festorum in casu etc.*

IV. *An*,

IV. *An, et quomodo sit providendum quoad celebrationem Missarum pro Matthaeo di Lella, in casu etc.*

Ad I. Affirmative pro reductione ad triennium nempe celebratis a quolibet Canonico annuis Missis centum.

Ad II., et III. Negative.

Ad IV. Dilata, et videatur particulariter.

CAMERINEN. MISSAE PRO POPULO, ET LEGATORUM. In Oppido Sanctanatoliæ Camerinen. Diœcesis extabat Collegiata S. Martini, cujus bona ab Italico Regimine usurpata fuere. Quatuor ex illius Canonici, qui primæ erectionis dicebantur, curam animarum *habitualem* habebant; *Actualis* vero Cura exercebatur a Vicario per Capitulum electo, et ab Ordinario approbato, eique solvebatur stipendium scutatorum *sexaginta* a Canonicis Curatis, qui per turnum Missas pro Populo in diebus Festis celebrabant; prout etiam alia Missarum Legata bonis Capitularis Massæ infixa adimplebant. *Sess. 23. Cap. 1. de Refor.*

Sequuta bonorum Capituli occupatione Demanii nomine anno 1812. assignata est singulis Canonicis pensio scutatorum *nonaginta*, qui prius ex propriis Præbendis annua circiter *scutata* 110. percipiebant. Vicario vero Curato idem stipendium scutatorum *sexaginta* annuatim solutum est. Putarunt tunc Canonici, liberam sibi addicere pensionem, quin amplius tenerentur in posterum legata Missarum satisfacere, et Missam pro Populo celebrare. Ita etiam Vicarius Curatus, qui eamdem ut in antecessum stipendii quantitatem percipiebat a celebratione Missæ pro Populo sese abstinuit, ita ut quingentum circiter Sacrificia inadimpleta remaneant. Notandum etiam quod ab anno 1812. in posterum nec a Canonicis, nec a Vicario Curato explicetur singulis diebus Festis Evangelium.

Asserunt Canonici usque ab initio sententiam ea de re rogasse Ordinarii tunc temporis Archiepiscopi Benincasa, qui respondit ,, *Gli obblighi de' Legati delle Collegiate soppresse sono portati con l'avocazione de' loro Fondi al Governo.*

Decursis jam tot annis, quin Bonorum restitutio facta fuerit Collegiatæ, dubitarunt Canonici, qui adhuc eandem percipiunt pensionem, an eorum opinio satis esset, ut possent tuta conscientia a prædictis oneribus immunes evadere: Hinc Supplices S. hujus Congregationis oraculum postularunt tum quoad applicationes Missæ pro Populo, tum quoad satisfactionem Legatorum.

Rogavi Archiepiscopum, ut de illorum instantia referret auditis ipsis Canonicis, Vicario Curato, et Promothore Fiscali. Tum primi, tum secundus toti sunt, ut exemptionem a prædictis oneribus sustineant; at Promothor Fiscalis, cui sententia sua adhæret Ordinarius, putat evanuisse obligationem quoad Legata, utpote quæ infixa erant bonis, quæ nondum restituta fuere; secus vero putat quoad applicationem Missæ pro Populo, quæ tanquam personale onus ab iis adimpleri debet, qui curam animarum exercent.

S. Tridentina Synodus *sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* ,, hæc decernit ,, *Praecepto divino mandatum est omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, PRO HIS SACRIFICIUM OFFERRE, verbique divini praedicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium, operum, exemplo pascere* ,, et sess. 5. cap. 2. de Reform. præcipit omnibus curam animarum habentibus ,, *Diebus saltem Dominicis; et Festis Solemnibus plebes sibi commissas pro sua, et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo quae scire omnibus necessarium est ad salutem* ,.

Has SS. Concilii sanctiones doctissime juxta ejus morem illustravit S. M. Benedictus XIV. in sua notificatione *num.* 40 *inter impressas* dum Bononiensem Cathedram tenebat. Id ipsum quoad obbligationem instruendi Plebem salutaribus verbis singulis diebus Dominicis, aliisque Festis statuitur in *S. Concilio Roma-*

ma-

mano Tit. 1. *cap.* 4. , *et in Constitutione S. M. Innocentii XIII. super Ecclesiastica disciplina Regnorum Hispaniarum* , quæ a S. M. Benedict. XIII. confirmata fuit *Const. In supremo impressa post Concil. Rom. in ordine num.* 16. , et constanti sententia pluries decrevit hæc S. Congregatio , ac præsertim *in Comen.* 11. *Maii* 1726. , *in Camerinen.* 25. *Januarii ejusdem anni* , *in Ferentina* 15. *Maii* 1755. , *et Vici Equen Missae pro Populo* 7. *Maii* 1808. . Præsertim vero quoad applicationem Missæ pro Populo omnem dubitationem substulit celeberrima Constitutio ejusdem Summi Pontificis Benedicti XIV. cujus initium *cum semper oblatas*, in qua ita expresse sancitur „ *licet Parochi , seu alii animarum curam habentes congruis reditibus destituantur Missa pro populo nihilominus omnino in posterum ab ipsis debeat applicari* „ .

Attamen nec quatuor Canonici , qui curam habent habitualem , nec Vicarius , qui actualem exercet , putant modo gravari posse onere celebrandi Missam pro Populo . Quoad Vicarium eidem opitulari videtur observantia , quæ sine contradictione admittitur , numquam Vicarium Curatum applicasse Missam pro Populo , sed huic oneri obnoxios fuisse per turnum quatuor Canonicos primæ erectionis . Notandum etiam in facto est , eundem Vicarium a tempore sequutæ usurpationis Bonorum usque modo idem percipere stipendium scutatorum sexaginta a Gubernio , quod ante invasionem a Canonicis exsolvebatur . Et licet in laudata Constitutione *Cum semper oblatas* quævis contraria vel longissima consuetudo abrogetur , ut ea non obstante Missa pro Populo omnino offeratur , nihil tamen sancitum in ea videtur , quo vetita sit consuetudo , ut Missa ab habente , curam habitualem celebretur .

Canonici vero primæ Erectionis putant cum suppressione Collegiatæ , quæ nondum revixit , extinctam in ipsis fuisse curam habitualem , ac proinde ab omni illius onere immunes evasisse . At non latet Eminentissimos Patres hanc Collegiatæ suppressionem factam fuisse a Laica Potestate , cui nullum jus esse potest in re spirituali ; et super Bonis Ecclesiasticis

Ajunt insuper Canonici, Italicum Guberoium in stabilienda pensione scut. 90 favore uniuscujusque Canonici, præter legata, deduxisse etiam onus Missæ pro Populo; atque inde concludunt hoc idem onus in eum transisse, qui Collegiatæ bona adhuc retinet. At contra eos opponit Pro-nothor Fiscalis distinctionem inter onera, quæ fundis inhærent, quæque ablatis Fundis sive etiam ab illegitima potestate per vim, et usurpationem, sive etiam peremptis ex inculpabili causa, adimpleri non possunt, et onus personale, cujus naturæ est applicatio Missæ pro Pòpulo, quod adimpleri debet ex officio, non correspective, et pro rata redituum, quodque vel diminutis, vel etiam ablatis bonis haud evanescit, ex superius dictis, ac præsertim ex Const. *Cum semper oblatas*.

Nec prætereundum est reditus, cuiusque Canonicatus ante invasionem fuisse scutatorum 110., ex quibus demenda erat congrua Vicarii Curati in annuis scutatis sexaginta, sive pro rata scutatorum quindecim pro unoquoque Canonico; unde annuus reditus ad scutata nonagintaquinque reducebatur, injuncto onere servitii Choralis.

At enim favore quatuor Canonicorum, et contra Vicarium Curatum animadverti posset a sæpius laudata Constitutione *cum semper oblatas* definitum fuisse, eos, qui curam habent *actualem*, sive perpetui Curati, sive amovibiles sint, sive etiam non habeant stipendium pro applicatione, semper ex munere Curati teneri ad applicationem Missæ pro Populo, unde videtur hoc onere gravari eos, qui curam *actualem* exercent, non vero illos, qui *habitualis* tantum gaudent honore. Ita S. Congregatio censuit in *Calaguritana applicationis Missae pro Populo* 12. *Decembris* 1764. *In Oveten* 12. *Januarii* 1774., *et in Vici Equen Missae pro Populo* 7. *Maii* 1808.

Aliquid addendum superest quoad præteritas omissiones. Hæ respiciunt tum legata, tum Missas pro Populo. Quoad legata defecerunt fundi pro iis obnoxii, et ad ea adimplenda non teneri Canonicos a die expoliationis bonorum putant, tum Ordinarius, tum Promothor Fiscalis. Quo vero ad Missas pro Populo

Vi-

Vicario opitulatur bona fides ex consuetudine, cujus vigore hæ Missæ a Canonicis per turnum, non a Vicario applicabantur; Canonici pariter in medium afferunt bonam fidem, qua putarunt ab hoc onere exemptos fuisse ob sequutam bonorum usurpationem, præsertim cum Archiepiscopus Benincasa ipsis responderit „ *Gli obblighi dei Legati delle Collegiate soppresse, sono portati con l' avocazione dei loro fondi al Governo* „ Videant ergo EE. Patres, utrum hæc tanti sint, ut bonam fidem non quoad Legata tantum, sed etiam quoad Missas pro Populo, quæ in numero circiter quingentum inadimpletæ fuerunt, adstruere valeant, quæque necessario requiri pro obtinenda absolutione docuit S. Congregatio *in Narnien. Reductionis* 18. *Februarii* 1783., *et in Firmana* 9. *Augusti* 1817.

Proponuntur Dubia.

I. *An, et ad quem spectat onus celebrationis Missae pro Populo in casu etc.*

II. *An, et a quo tempore sit concedenda suspensio Legatorum in casu etc.*

III. *An, et ad quem spectat onus instruendi Plebem salutaribus verbis singulis diebus Dominicis, aliisque Festis in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad praeteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad quatuor Canonicos primæ erectionis ad formam consuetudinis.

Ad II. Dilata, et Archiepiscopus referat an, et quam compensationem Capitulum receperit pro legatis piis.

Ad III. Affirmative ad vicarium Curatum.

Ad IV. Affirmative celebratis sexaginta missis per quatuor Canonicos applicandis pro populo.

FER-

Sess.22.cap.6., et Sess.23.cap. 18. de Refor.

FERRARIEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Nicolaus Gavioli ex testamento nonnulla pia opera perpetuo institui jussit, quas inter ut quatuor adolescentes, qui Massam Superiorem Patriam haberent in Ferrariensi Archiepiscopali Seminario alerentur, ita tamen, ut ex iis adolescentibus pro duobus tantum stipendia, vulgo *Dozzine* integra persolverentur, pro duobus aliis dimidio minus. Voluit etiam, ut hi juvenes essent „ *di povere famiglie, e di povertà tale, che non possano pagare del proprio le dozzine suddette rispettivamente*. Hisce aliam quoque addidit conditionem, ut sponsorem nempe idoneum aliquem adolescentes haberent, qui solveret, et ex integro redderet Operibus Piis pro stipendiis persolutis, nisi ipsi injunctæ satisfacerent obligationi, quod scilicet „ *si debbano far Sacerdoti o Secolari, o Regolari, o almeno esser promossi al prim' Ordine Sagro, o professare in qualche Religione* „ ; quod se fecisse dicit testator de more, atque ex institutis ipsius Seminarii Ferrariensis „ *Intendo che la Istituzione di quest' Opera Pia del Seminario sia come, ed in quella stessissima maniera, che prattica il detto Seminario*.

Prævidit etiam casum restitutionis stipendiorum, voluitque, ut summa exinde redacta erogaretur „ *in celebrare tante Messe per l' Anima mia, e de miei Antenati, e per l' Anime sante del Purgatorio colla elemosina di baj.* 12. *nella Chiesa Parrocchiale di Massa Superiore* „ . Tandem ita suam conclusit dispositionem „ *Proibisco espressamente alla Congregazione* (cui Piorum operum administrationem commendaverat) *l' ammettere al benefizio di queste dozzine, e mezze dozzine quei Giovani, le di cui Famiglie hanno comodo di soccombere, e pagare del proprio, e ciò ancorchè li posti fossero vacanti, ed il denaro che avanza sempre s' impieghi come ho detto di sopra*.

Actualis ejusdem Seminarii Rector Canonicus Antonius Bussoli, nomine etiam Populi prædictæ Massæ Superioris preces SSmo dedit, ut hanc dispositionem quoad cautionis exhibitionem commutare, ac pro ea aliam

aliam substituere dignaretur conditionem, scilicet ,, *che i Giovani non dedicandosi alla vita Sacerdotale, debbano terminati i proprj studj abilitarsi almeno a qualche professione liberale* ,, ; cum hisce præsertim temporibus impossibile pene sit invenire, qui hanc cautionem pro clericis pauperibus præstare, suaque bona hypothecæ vinculo obligare velit. Ex quo factum esse addit Orator, ut non sine magno illius populosæ Pareciæ detrimento Sacerdotum numerus admodum sit imminutus.

Archiepiscopus, quem rogavi, ut auditis omnibus interesse habentibus, de hac instantia referret, respondit quoad cautionem, quæ de more, ac Seminarii institutis exigi dicitur, hoc ,, *si pi fortassis per errorem profecto factum esse contendere, et affirmare non dubitamus*,

Sequitur deinde ,, *Ex adolescentibus, qui ejusmodi usi sunt beneficio, multi equidem, aut etiam plerique in Sacerdotium venere, et si nonnulli cum primum eam aetatem obtigerint, qua per seipsos adhibitis etiam prudentum consiliis, intelligerent, se nondum ad Sanctissimum munus a Domino vocatos, ab loco recesserunt, ut liberalium artium aliquam viam inirent. Ob hanc causam ab iis, qui piam operam administrabant, vi adacti sunt sponsores ut stipendia illa rependerent, ne impotenti arbitrio testatoris voluntatem ipsi fallere viderentur*,

Hinc autem visum est absurdam ipsius Auctoris in befactis ambiguitatem considerare. Primum enim Gavioli, qui testamentum fecit, voluit, adolescentes, qui ab eodem beneficium haberent, che siano di povere famiglie, e di povertà tale, che non possano pagare le dozzine, e mezze dozzine suddette. Verum cur scutata pluries centena sponsoribus reddet is, qui paupertatis primum causa beneficium promeritus est? Aut qui pro accepto beneficio indignissimam mendicitatem consequuntur? Deinde arctissimo vinculo adeo tenentur adolescientium conscientiae, ut ex hoc vel inviti nonnulli possent clericali militiae, domino non vocante, nomen dare, propterea quod familiam perdere non velint, aut vexari nimium timerent. Hinc mali exempli Sacerdotes illi, qui inani circumferuntur doctrina,

vi-

vitiosi , perniciosissimi ; qui tamen se ad honestatem, ad doctrinam , ad Sanctitatem conformari , ut possent , id potissimum ex testamento desideravit Gavioli .

Tandem hujus piae operae Auctor , quando Sponsorem idoneum aliquem de more Ven. nostri Archiepiscopalis Seminarii pro Adolescentibus opibus suis sustentandis fieri voluit , aut aliorum , aut sua certe falsa ductus opinione in errorem venit . Numquam enim in aliis , quas in nostro Seminario habemus , operibus piis , hoc modo , aut more factum esse apparet .

Addit denique Archiepiscopus , in eadem quoque esse sententia eos , qui Seminario præsunt , nec non piorum operum Administratores , ac Parochiæ etiam Massæ Superioris æconomum tum propter incredibilem sponsionis inveniendæ difficultatem , cum propter levitatem atque incostantiam Adolescentium , ideoque concludit ,, orant et obtestantur supplices nos ,, pro his , de causa commutationis nedum referre , ,, sed et obsecrari quamprimum .

Primum quidem petitio isthæc aliquid sibi roboris vindicare posse videtur ex Concilio Tridentino . Sessione enim 23. *cap.* 18 OEcomenica Synodus ,, *pauperum filios precipue eligi vult* ,, qui Seminarii sumptibus admittantur , numquam autem certam exegit scientiam , quæ haberi non posset , illos in vocatione mansuros ; multoque minus pro expensarum restitutione , si adolescentes a statu Ecclesiastico se deinde subtraxerint , cautionem postulavit , sed voluit tantum , ut hi dumtaxat eligerentur ,, *quorum indoles , et voluntas spem afferat , eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros* .

Verum pro excludenda dispensatione dici posset , testatorem , utpote suorum bonorum dominum , exegisse , quod Concilium non exegit , ut nempe cautio præstaretur omnino ab iis , qui suo beneficio uti fruique vellent . Hinc vero testamentariam dispositionem tali conditione limitatam tum Seminarium , tum Massæ Superioris Parochiani acceptam habuere , et usque ad hæc tempora exequutioni commissa est. Porro exploratum est in jure defunctorum ultimam voluntatem esse religiose servandam ex *can. ult. vol. cau.* 17. *q.2.*

q. 2. *Conc. Trid.Sess* 22 *c.6.deRef.et haecS.Cong.pluribas aliis omissis in Romana Commutationis voluntatis* 14. *Jan.* 1806.

Accedit etiam, quod si non in Ferrariensi, in quibusdam aliis tamen Diæcesibus ut refert Van Espenius *In Jur. Eccl. Univ. Par.* 2. *sect.* 1. *Tit. XI. de Semin. Cleric. cap.* 1. *num.* 15., *et cap.* 2. *num.* 6. in Seminarium admissi interdum ad expensarum restitutionem adstriuguntur, si in statu ecclesiastico non perseverent. Præterea licet causa, sub qua legavit Gavioli falsa omnino esset non in Ferrariensi tantum, sed et in quovis alio Seminario, non ideo tamen falsitas ista vitiaret Legati conditionem, nisi probaretur testatorem, si causam falsam scivisset, non fuisse hac conditione legaturum *Leg.* 72. §. 6. *ff. de condit. et demonst.*

At certum pariter est ultimam defunctorum voluntatem posse commutari justa, ac necessaria accedente causa. Num autem maxima sponsores inveniendi difficultas, Sacerdotum pergrandis imminutio in ea præsertim Paræcia, ac etiam periculum haud quidem leve, quod adolescentes, ne sponsores ad restitutionem stipendii cogant, necessitati pareant, ac licet a Deo non vocati, Sacerdotium ingrediantur, num hæ causæ, inquam, pro justis, necessariisque sint habendæ videant EE. PP.

Quod si attentis peculiaribus circumstantiis, de quibus Archiepiscopus, Parochus, et Seminarii Moderatores testantur, eam amplecti placeat sententiam, ut pro non apposita habeatur sponsionis conditio, ne præsertim libertati electionis status vinculum inferatur; semper necessaria erit commutatio voluntatis. Siquidem Testator de alimentis restituendis disponens voluit, ut summa inde percepta erogaretur „ *in tante Messe per l' anima mia, e de' miei antenati* „.

Dubium erit.

An, et quomodo sit annuendum precibus in casu etc.

Non proposita cum sequen.

Sess. 25. *cap.* 12. *de Reform.*

LUCANA CAPPELLANIAE. Capellaniam in Ecclesia S. Michaelis cum onere quotidianæ Missæ anno 1462. instituit Augustinus de Ghivizzano Lucensis, reservato activo jure patronatus suis Fratribus, et eorum descendentibus in perpetuum. Voluit insuper, ut Capellanus nominatus interesse deberet quotidie divinis officiis, qui celebrarentur in dicta Ecclesia S. Michaelis.

Pia Testatoris voluntas adimpleta est usque ad annum 1808., quo tempore, occupata jam a GALLICIS copiis Lucensi ditione, lex data est qua Beneficiis, et Capellaniis immanis illata est clades, earumque bona Fisco sub notissimo Demanii nomine addicta fuerunt, data Patronis potestate eadem bona recuperandi soluta Demanio pretii medietate, quæ dicebatur *affrancazione*.

Plures tunc aderant ex Familia de Ghivizzanis, qui compatronatus jure gaudebant; sed nemo ex iis per triennii lapsum bonorum affrancationem petiit: donec anno 1810. Joannes Cajetanus Ghivizzanus Capellaniæ bona sibi vindicavit, soluta summa libellarum Italicarum 8838. 97. quæ medietatem valoris bonorum Capellaniæ æquabat, atque ita, non medietatem tantum, sed universa Beneficii bona sibi addixit.

Hæc omnia Joannes Cajetanus egisse asserit, obtenta tunc oretenus Apostolica venia, et interea retentis penes se omnibus Capellaniæ bonis quotidianam Missam semper celebrari curavit; donec habito ab ipso recursu ad S. Pœnitentiariam die 7. Julii 1818. obtinuit pro foro conscientiæ „ *ut dimidiam partem Fundi dicti Beneficii retinere licite valeat, firma obligatione libera restituendi dicto Beneficio aliam medietatem fundi cum onere Beneficiato adimplendi ad ratam redituum dictae medietatis onera eidem Beneficio adnexa*.

Satis tamen hæc Pontificia indulgentia non fuit Joanni Cajetano, qui iteratis precibus SSum exoravit his verbis „ *Potrebbe* (Orator) *in oggi prendere la metà de' Beni, ma egli desidera più tosto quanto appresso*/„ *Primo* „ *Restituisca Immediatamente i beni*,

ni, al Benefiziato tutti per intero . . . con condizione, che siano soddisfatti tutti i pesi come prima dell' addemaniazione „ Secondo „ Siccome le finanze dell' Oratore sono oltremodo ristrette, perciò bramerebbe che dopo la morte del Beneficiato attuale, restino i beni medesimi al suo figlio Antonio presentemente in età di anni dieci, coll' obbligo della soddisfazione di tutti gli oneri, ed a suoi figli, e discendenti, se ve ne saranno, e terminata la linea del Maschio passino nei figli maschi delle femmine, ed ultimati i Maschi di questo Ramo, vadano, e ritornino alla Chiesa liberamente, ed a quella corporazione che piacerà alla Santità Vostra.

Archiepiscopus qui super hisce precibus ad Sacram Congregationem remissis rogatus fuit, ut auditis præsertim Compatronis, et trasmissa fundatione referret, ait, summam ab Oratore erogatam pro redemptione, seu affrancatione bonorum, eam esse, quam idem Orator in precibus exposuit, quapropter eidem cessisse dicit vi Gallicæ legis omnia ejusdem Beneficii bona, licet vigore Pontificiæ concessionis dimidii tantum eorumdem bonorum Dominium acquisierit. Annui beneficii reditus in scutis Romanis 163. computari, onera vero Beneficiato imposita esse, ut singulis diebus ad Altare Santissimi Crucifixi in Ecclesia S. Michaelis sacrum celebret; Compatronos audivisse, eosque suum in scriptis præbere consensum, uno tantum excepto Constantino Ghivizzani.

Hisce expositis, suum ita aperit Votum Archiepiscopus *Attamen duo hic mihi opportuna animadvertenda esse videntur primo Oratori unicum esse filium, qui ne perfecta quidem valetudine gaudet; secundo alienationem bonorum Beneficii necessario ad restituendum pretium ab Oratore in affrancatione solutum faciendam, pro qua instat Orator, nisi petitam gratiam obtineat, posse de facili in grave dimidiae Beneficii partis super extantis damnum redundare. Ipsa enim Bona, rebus instantibus ob inopiam emptorum, pecuniaeque deficientiam admodum vili existimantur. Perpetuae vero securitati Pii Legati, nec non fundorum Capellaniae manutentioni, stipulatione Instrumenti, addita Ordinario facultate exigendi a Possessore non solum integrum missarum ad*

implementum , sed etiam insistendi pro necessaria fundorum manutentione sub poena eorumdem Bonorum possessionem amittendi , satis provisum erit ,, .

Tunc in mandatis datum est Archiepiscopo, ut præfigeret terminum Constantino Ghivizzani ad deducendum jura sua in S. Congregatione , utque referret , utrum Orator Jus patronatus Beneficii assequi velit , exclusis aliis Compatronis , activum , et passivum pro suis filiis ac descendentibus, quatenus idonei supervenerint ad formam fundationis, et SS. Canonum . Hæc respondit Ordinarius,,*Costantinus Ghivizzani jura sua in istæ S. Congregatione prosequi renuit , nonnullaque tantum opposuisse testatur,ne ut ipse ait sibi conscientia remordeat , eleemosyna vere necessaria ad missam quotidie celebrandam in triginta sex monetae Romanae scutata computatur , et Beneficii reditus ante ipsius affrancationem ad 178. tritici , sextaria , sexque olci libras reducebantur , qui reditus annuatim in 163.scutata jam dictae monctae computari queunt. Orator Pontificii Idulti vigore ad refusionem pretii in affrancatione soluti certum jus habet , ad quam refusionem redituum ipsorum dimidium sufficiens forte esse non poterit . Vult insuper in suis filiis confirmare bona, quae pretio affrancationis supersunt , exclusis aliis in fundatione compatronis.* Constat igitur ex huc usque relatis Oratorem haud quidem contendere sibi , suisque hæredibus privationem addicere JurispatronatusBeneficii ad formam fundationis, et SS. Canonum , ceteris compatronis exclusis , sed velle , ut suis descendentibus bona ipsa Beneficii reserventur , cum onere tantum satisfaciendi Missæ quotidianæ, eaque bona Ecclesiæ reddendi , quoties ejus successorum linea penitus exaruerit . Hinc sequitur , ut suspendi deberet in incertum tempus , nimirum donec aliquis ex Oratoris descendentibus extiterit , nominatio Capellani , firma tamen remanente satisfactione Missæ quotidianæ . Porro hæc petititio piæ fundatoris dispositioni plane adversatur . Siquidem in tabulis fundationis expresse cavetur *quod ad dictum Altare per fratres ipsius testatoris , et deinde successive futuris temporibus per eorum descendentes eligatur , et eligi debeat unus idonèus Capellanus , qui sit Presbyter , et qui teneatur , et debeat singulis diebus celebrare ad dictum Altare unam Missam pro anima ipsius Testatoris*

et suorum ascendentium Inquirendum igitur est, utrum ea justa, ac rationibilis causa adesse videatur ad voluntatem testatoris commutandam, qua quidem deficiente causa nullimode ultimæ defunctorum voluntatis commutatio concedi potest. *S. Trident. Synod. Sess. 22. Cap. 6. de Refor Can.ultima voluntas caus.* 13. *quaest. 2. Cap. Quia Monasterium de Relig. Dom* S. Congregatio cæteris missis *in Romana commut. voluntatis* 14. *Jun.* 1806.

Manifestum præterea est, lædi cæterorum patronorum jura per gratiam ab oratore exoratam. Omnes quippe suorum fratrum descendentes testator ad nominationis compendium invitavit, quorum plurimi fortasse ab hoc exercendo jure arcerentur, si nominatio inter descendentes Oratoris tantum cohiberetur. Verum enim vero actu septem inter vivos reperiuntur patroni, quorum sex, comprehenso oratore, plenum in scriptis consensum præstitere. Unicus opponitur Constantinus Ghivizzani, non de suo jure sollicitus, sed de Ecclesiæ utilitate. Aut enim ,, *Debbo rilevare, che attese le attuali critiche circostanze relative ai beni della Chiesa Lucchese ravviso più utile, anzi necessario un possesso, benchè tenue, per altro certo, e determinato nella sua rendita, e con il quale può adesso sufficientemente essere proveduto un Individuo della Famiglia desideroso di divenire Ecclesiastico, che quello di una maggiore rendita, ma verificabile dopo un lasso lungo di tempo, ed esistente soltanto, per così dire nelle cose possibili.*

E' contra Archiepiscopus in sua Informatione putat utilitatem Capellaniæ redundare, si impediatur alienatio medietatis bonorum. Ait enim ,, *Alienationem bonorum Beneficii necessario ad restituendam pretium ab Oratore in affrancatione solutum faciendam, pro qua instat orator, nisi petitam gratiam obtineat posse de facili in grave dimidiae Beneficii partis superexstantis damnum redundare; ipsa enim bona ob inopiam emptorum, pecuniaeque deficientiam admodum vili existimantur* ,, Verum errasse videtur Orator, dum in casu denegatæ gratiæ jus sibi asseruit competere, tot bona Capellaniæ vendendi, quot satis sint

sint ad æquandum pretium in affrancatione solutum. Si ita res esset, facile contingere posset ex deficientia emptorum, et numeratæ pecuniæ, ut plusquam dimidia pars bonorum in alienationem venirent, atque ita superextantia bona decurtarentur. At in Rescripto S. Pænitentieriæ diei 7. Julii 1818. conceditur Oratori „ *ut dimidiam partem Fundi Beneficii retinere licite valeat, firma obligatione libere restituendi dicto Beneficio aliam medietatem* „ unde videtur, non de valore, sed de materiali bonorum divisione habendam esse rationem.

Quo vero ad securitatem in futurum tum adimplementi Missæ quotidianæ (quæ quidem dimidiaretur, si fieret bonorum divisio) tum manutentionis bonorum, hæc proponit Archiepiscopus „ *Perpetuae vero securitati pii legati, nec non Fundorum Capellaniae manutentioni, stipulatione instrumenti, addita Ordinario facultate exigendi a possessore non solum integrum Missarum adimplementum, sed etiam insistendi pro necessaria fundorum manutentione sub paena eorumdem bonorum possessionem amittendi, satis provisum erit.* „

Dubia proponuntur.

I. *An, et ad quod tempus sit concedenda suspensio nominationis Capellani in casu etc.*

et quatenus affirmative

II. *An, et quomodo sit annuendum precibus Oratoris in casu etc.*

et quatenus negative ad primum

III. *An, et quomodo sit providendum securitati Capellaniae in casu etc.*

INDEX

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in S. Congreg. Concilii anno 1820. propositis.

A

re æque dilecta superesset Canonicus Stephanus Martini, in quo coaluerant omnia patronatus jura, non obstante *arrogatione* præfata, declaravit S. Congregatio in *Lucana Legati 26. Augusti ad I. Dub.*

C

Canon emphyteuticus vide *emphyteusis*.

Sententiam privationis *Canonicatus* a Vicario Capitulari metropolitanæ Ecclesiæ S. Severinæ latam contra Archipresbyterum Franciscum Apa absentem a quinquennio non substineri dixit S. Congregatio nedum ob inobservatos pœnarum gradus a Concilio Tridentino præscriptos, verum etiam ob justam absentiæ causam declinandi injustam tyrannidem in *S. Severinæ Privationis Canonicatus 22. Ianuarii ad I. Dub.*

Eumdemque Archypresbiterum manutenendum esse in dignitate Archipresbyterali, et quatenus opus esset, ad eamdem etiam redintegrandum esse, judicavit eadem S. Congregatio *ibidem ad II. Dub.*

Ac illi a die cessatæ perceptionis omnes fructus restituendos esse ab iis Canonicis, qui eos perceperunt, exceptis tamen fructibus provenientibus ex Massa pro Missis celebratis decrevit eadem S. Congregatio *ibid. ad III. Dub.*

Canonicatus vide *Patronus*, *Reductio*. *Suspensio.*

Cum Parochus suburbanus Ecclesiæ S. Quirici Florentinæ diœcesis auxilio indigeret *Capellani Curati*, ac vicissim pensio scutatorum quadraginta huic assignata insufficiens esset, antequam annueret S. Congregatio, ut *Capellania* sub titulo S. Bonaventuræ redderetur amovibilis, et uniretur Capellano Curato pro tempore, quamvis laici patroni in id assentirentur, nec non hujus Capellaniæ onera Missarum reducerentur, rursus Archiepiscopo scribendum esse duxit ad mentem in *Florentina Vnionis 15. Aprilis ad I., et II. Dub.*

Cognita vero aliorum mediorum deficientia, quibus augeri posset congrua *Capellani Curati*, eam *Capellaniam* amovibilem reddidit juxta votum Archiepiscopi in *Florentina Vnionis*, et *Reductionis 26. Augusti ad I. Dub.*

Ac onera biscentum missarum ferialium ad centum dumtaxat reduxit, firma remanente celebratione Missarum in diebus festivis, *ibid. ad II. Dub.*

Quia non constabat de jurepatronatus activo ad *Capellaniam* S. Ignatii favore Sebastiani Friderici Andreozzi, hujus preces rejecit S. Congregatio, quibus postulaverat, ut prævia derogatione qualitati Sacerdotali, et amovibilitati *Capellani* a fundatore volitis, *Capellaniæ* ejusdem ususfructus haberi posset in posterum a suis nepotibus, et descendentibus adimpletis oneribus in *Lucana Legati 26. Augusti ad II. Dub.*

Vide *Arrogatio*, *Arrogatus*.

Cum ageretur de actu voluntario, et non necessario contra antiquam consuetudinem, censuit S. Congregatio non esse approbandam resolutionem *Capitularem* licet a majori parte, non ab integro Capitulo Alatrinæ Ecclesiæ factam die 18. Januarii 1817., in qua resolutum fuerat Capituli officiales non esse proponendos a Decano Canonicis secreto suffragium laturis, sed omissa propositione Decani, esse per secreta suffragia eligendos in *Alatrina 17. Iunii ad I. Dub.*

Cumque præfatum capitulum Alatrinum non haberet *Capitulares Constitutiones* legitime confectas, et approbatas, decrevit eadem S. Congregatio providendum esse quoad futurum ad formam S. Concilii Ro-

E

I

dignitate fulgentium, excepit tamen Caudatarios S. R. E. Cardinalium, quibus *indultum* concedendum esse confirmavit, juxta decretum ejusdem S. Congregationis diei 19. Augusti anni 1690. *ibid. ad VIII. Dub.*

Indultum absentiæ a residentia Præposito, et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Grossetanæ mensibus Julii, Augusti, et Septembris, exceptis Festis S. Laurentii, et Assumptionis B.M.V. ob aeris insalubritatem ad decennium concessit S. Congregatio juxta votum Episcopi ubi variæ præscribuntur conditiones in *Grossetana Servitii Chori* 18. *Martii*.

Indultum reductionis servitii chori ab Episcopo Aquilano ex facultatibus sibi oretenus impertitis a Delegato Apostolico concessum anno 1813. Capitulo, ut chori servitium præstaret diebus festivis de præcepto, tempore Adventus, Quadragesimæ, atque Octavarum Nativitatis, Resurrectionis, et Sanctissimi Corporis Christi, attentis peculiaribus circumstantiis confirmatum ad triennium a S. Congregatione *die* 23. *Novembris* 1816., ob easdem circumstantias ad aliud triennium ad formam præcedentis prorogandum esse censuit eadem S. Congregatio in *Aquilana Servitii Chori* 15. *Aprilis*.

Jubilationis indultum denegavit S. Congregatio Joanni Teodori præbendato in Ecclesia Cathedrali Ripana, tum quia non constabat de quadragenario continuo, et laudabili præstito servitio, tum quia ejus præbendæ possessor ex lege fundationis est amovibilis ad nutum Capituli patroni, accedente juxta causa, et consensu Ordinarii, in *Ripana Jubilationis* 22. *Januarii*.

Licet quatuor anni deessent ad explendum quadragenarium servitium, quibus ob non præstitum jusjurandum deportatus fuit a Gallis Joannes Baptista Ercoli Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ Vallerani, attamen ob expletum continuo, et laudabiliter reliquum servitium chori *indultum jubilationis* ei concessit S. Congregatio, salvo jure Episcopi illum revocandi in casibus urgentis necessitatis ad servitium, cujus deficientiam præ cæteris opposuerat Capitulum in *Civitatis Castellanæ Jubilationis* 15. *Julii ad I. Dub.*

Eumdemque debere adimplere onera tantum Missarum lectarum præbendæ adnexa, non vero cætera onera, ut orabat Capitulum *ibid. ad II. Dub.*

Indulta Jubilationum ob easdem causas concedenda esse duxit Sacra Congregatio Carolo Orlandi, et Paulo Pacelli ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Vallerani Canonicis, salvo tamen jure Episcopi eos quoque revocandi in casibus urgentis necessitatis in altera *Civitatis Castellanæ Jubilationum* 15. *Julii ad I. Dub.*

Et ab eisdem adimplenda esse onera dumtaxat Missarum lectarum infixa præbendæ censuit *ibid. ad II. Dub.*

Dominicum Butti Canonicum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Frusinonis jam *jubilatum* cum facultate percipiendi fructus omnes, et distributiones sui canonicatus, perinde ac si choro, et divinis officiis personaliter interesset, debere esse participem, quamvis absentem, de summa, quæ a Canonico Marcocci absente causa studiorum ex conventione inita cum Capitulo quotannis solvitur loco punctaturarum, definivit Sacra Congregatio in *Verulana Jubilationis* 17. *Junii ad I. Dub.*

Eumdemque Canonicum Butti licet non interessentem participare debere de scutatis sex, quæ annuatim a Communitate persolvuntur ob sacra novendialia in honorem SS. Pontificum Silverii, et Hormisdæ, quæque inter præsentes Canonicos dividebantur, judicavit eadem Sacra Congregatio, cum ea sex scutata potius in compensationem expensarum massæ Sacrarii (cujus superextans summa

L

M

Nedum ob defectum justæ causæ, et uxoris dissensum censuit Sacra Congregatio non esse consulendum SSmo pro dispensatione a *matrimonio* inito inter Antoniam Guttadauro ex principibus Reburdone, et Ignatium Paternò ex principibus Biscari, sed etiam ob nullitatem processus contra Benedictinam Constitutionem exarati, et quia certo non constabat de non sequuta consummatione in *Catanien. Dispensationis Matrimonii* 26. *Augusti*.

Ob alterum, pendente judicio initum *matrimonium* a Comitissa Livia Colombani recedendum esse declaravit S. Congregatio a decisis sub *die* 20. *Septembris* 1817., in quibus decretum fuerat triennale experimentum, cum vero de ipsius Comitissæ, et Comitis Antonii Albicini relativa impotentia liquido non constitisset, respondit Sacra Congregatio, non constare de nullitate matrimonii hujus, ac non esse consulendum SSmo pro dispensatione in *Forolivien. Nullitatis Matrimonii* 16. *Decembris*.

Onus celebrandi *Missam* quotidianam conventualem in Cathedrali Ecclesia Auximana spectare declaravit Sacra Congregatio ad Capitulares tantum ad formam Benedictinæ Constitutionis, non vero ad Sacerdotes extraneos, licet ipsis persolveretur eleemosyna, nec ad beneficiatos, qui non sunt de gremio Capituli, sed beneficium tantum obtinent in Altaribus ejusdem Cathedralis fundatum in *Auximana Missæ Conventualis* 16. *Decembr. ad I. Dub.*

Eleemosynam vero *Missarum* hujusmodi solvendam esse statuit ad rationem obolorum viginti ex massa distributionum *ibid. ad II. Dub.*

Ac proinde non esse locum exactioni taxæ scut. 15., et obolorum viginti, a beneficiatis illius Ecclesiæ, licet per octoginta et supra annos exacta fuerit, quia exonerati fuerant a celebratione *Missæ* conventualis, *ibid. ad III. Dub.*

Priusquam Capitulo nuper erectæ Collegiatæ Montis S. Juliani Mazzarien. diœcesis concederet Sacra Congregatio reductionem *Missæ* conventualis pro benefactoribus, definitionem prorogans, voluit ut exhiberentur Bullæ erectionis Collegiatæ, status activus, et passivus tum hodiernus, tum de tempore erectionis omnium redituum Capituli, comprehensis distributionibus in *Mazzarien. Missæ Conventualis* 17. *Junii*.

Onus celebrationis *Missæ* pro populo censuit Sacra Congregatio ad formam consuetudinis spectare ad quatuor primæ erectionis Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Sanctanatoliæ habentes curam habitualem animarum, licet bonis præbendarum spoliati fuissent ab Italico regimine, et subrogata pensio minoris esset reditus in *Camerinen. Missæ pro Populo, et Legatorum* 16. *Decembris ad I. Dub.*

Attentis peculiaribus circumstantiis, et in casu, de quo agitur duas tantum *Missas* in hebdomada pro Capellania laicali Valenti celebrandas esse indulsit Sacra Congregatio, Religiosis Ord. Min. S. Francisci degentibus in oppido Montiscæli, qui ignorantes reductionem trium hebdomadalium ad duas factam ab ipso fundatore prope moriturо in levamen religiosæ familiæ, tres Missas huc usque quavis hebdomada celebrarunt, in *Tiburtina* 6. *Maii ad I. Dub.*

Eidemque Religiosæ Familiæ Sacra Congregatio denegavit reductionem Missarum ob defectum legitimæ causæ, verum concessit suspensionem celebrationis unius Missæ hebdomadalis, donec compensaretur de Missis 5720. ultra obligationem celebratis, mandavitque ut hæc describerentur in Tabella *ibid. ad II. Dub.*

N

gregatio: quia defunctus intra fines dictæ Paræciæ suum habebat domicilium, et in Urbevetana quadam villa, quo animi relaxandi causa paullo ante se contulerat, mortem oppetiit in *Romana, seu Urbevetana 16. Septembris*.

R

Cum bona Comitis Odoardi præter inscriptionem hypothecariam dotis uxoris pluribus hypothecis obnoxia essent ob æs alienum a Patre contractum, hinc antequam judicaret Sacra Congregatio, utrum Odoardo (instante uxore, ne suæ doti præjudicium inferretur) concedenda esset *reductio* legatorum Missarum ea bona gravantium, scribendum esse censuit Episcopo, ut adhibitis diligentiis referret an familia Odoardi ex primogenituris Cauti, et Malaspina, vel alio quocumque titulo alia, et quæ bona possideret sive Asculi, sive aliis in Districtibus, et cujus annui reditus, in *Asculana Reductionis 17. Junii*.

Ita etiam priusquam eadem Sacra Congregatio annueret precibus Dignitatum, et Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Thelesinæ, et Cerretanæ postulantium *reductiones* plurium onerum, voluit, ut trasmitteretur status activus, et passivus massæ, et præbendarum, ac notula distincta onerum Missarum sive cum cantu, sive lectarum, in *Thelesina, et Cerretana 17. Junii ad I., II. et III. Dub.*

Hisce vero omnibus cognitis, et inspectis ad triennium *reducendas* esse duxit Missas Canonicalibus præbendis infixas ad centum tantum annuas a quolibet Canonico celebrandas, in eadem *Thelesina, et Cerretana die 16. Decembris ad I. Dub.*

Denegavit vero quamlibet *reductionem* anniversariorum, ac novam *reductionem* Missarum conventualium pro benefactoribus ad medietatem festorum. *ibid. ad II. et III. Dub.*

Nec non antequam declararet Sac. Congregatio, an Sebastiano Brancoli concedenda esset *reductio* Missarum in compensationem summæ æquantis medietatem circiter valoris fundorum legati pii, quam erogaverat, obtenta prius venia ab Ecclesiastica auctoritate pro affrancatione bonorum præfati legati, voluit eadem Sacra Congregatio, ut scriberetur Archiepiscopo ad mentem in *Lucana Translationis Reductionis, et Sanationis 16. Septembris ad II. Dub.*

Duobus mansionariis Vannarelli in Cathedrali Asculana post dilatam resolutionem *die 26. Februarii* nedum confirmavit Sac. Congregatio obtentam *reductionem* binæ Missæ in hebdomada ad unam, sed ob novam redituum inculpabilem diminutionem concessit utrique Mansionario *reductionem* unius Missæ hebdomadalis ad unam quolibet mense, ab utroque applicandam pro beneficio ab Episcopis unito ad augendos Mansionariarum reditus, in *Asculana Reductionis, et Absolutionis 15. Julii ad I. Dub.*

Simili modo ob inculpabilem diminutionem redituum LL. MM. constituentium dotem Capellaniæ Saraceni erectæ in Ecclesia B. M. V. *dell'Ajuto* in territorio Montis Clavelli, Principi ab Auria Pamphyli patrono *reductionem* Missarum ad tot indulsit Sacra Congregatio, quot celebrari queunt ex superexstantibus reditibus ad eleemosynam obolorum viginti in *Balneoregien. 17. Junii ad II. Dub.*

Attenta eadem diminutione LL. MM. quatuor Canonicales præbendas Razzanti, quarum unaquæque vix annua scutata sex reddebat, in Mathelicensi Collegiata erectas, ad duas *reducendas* esse censuit Sac. Congregatio, contradicente licet Capitulo; et simul duas Missas in hebdomada unicuique præbendæ adnexas ad duas annuas *reduxit* juxta obtentum alias indultum,

T

V

Onus instituendi plebem salutaribus verbis singulis diebus Dominicis aliisque festis spectare declaravit Sacra Congregatio ad *Vicarium* curatum, non vero ad quatuor Canonicos primæ erectionis in Collegiata Ecclesia Oppidi Sanctanatoliæ habitualem curam habentes in *Camerinen. Missæ pro Populo*, *et Legatorum 16. Decembris ad III. Dub.*

F I N I S

INDEX CONCLUSIONUM

Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum anni 1820.

ABSENTIA

CONTRACTUS

DELIBERATIO

DELICTUM

DIACONUS

DISPENSATIO

DISSENSUS

DISTRIBUTIONES

DOMICILIUM

DOMINIUM

JUDÆI

JUS CIVITATIS

JUSPATRONATUS

JUS TERTII TOLLENDUM VEL NON

LEGATARIUS

LEGATUM IN GENERE

LEGATUM PIUM

LIBRI PAROCHIALES

LIITTERÆ APOSTOLICÆ

MATRIMONIUM

OBSERVANTIA

PAROCHIA

JURA PAROCHIALIA

RESIDENTIA

SEMINARIUM

SERVITIUM CHORI

SERVITUS

TEXTUS CANONICI

TEXTUS CIVILES

TRANSLATIO

VICARIUS CAPITULARIS

VICARIA, VICARIUS PERPETUUS

ERRATA				CORRIGE
Pag. 82.	lin.	21.	novissimum	notissimum.
84.	lin.	17.	*ad anum*	*ad annum*
92.	lin.	3.	*Instit. de legat.* §. 2.	lib. 3. *Istit.* §. 4. *de verb. Oblig.*
93.	lin.	17.	*lib.* 2560.	*libel.* 2500.
104.	lin.	9.	*libr.* 2560.	*libel.* 2500.
107.	lin.	18.	*quolibet*	*qualibet*
223.	lin.	37.	*Ibid.*	*Tridentini*
230.	lin.	28.	sclvo	salvo
245.	lin.	5.	Proquinquos	Propinquos
259.	lin.	8.	auno	anno
ibid.	lin.	39.	*soppresso*	*suppresso*
266.	lin.	21.	huic.	hinc.
280.	lin.	8.	Vita lis	Vitalis
298.	lin.	23.	*lib.* 13.	*lib. III.*
304.	lin.	10.	*revivixerint*	*revixerint*
ibid.	lin.	13.	tunc erant.	tunc erat